


ÆSCHYLI

QUÆ SUPERSUNT OMNIA:

RECENSUIT ET BREVI COMMENTARIO INSTRUXIT

FREDERICUS A. PALEY, M.A.

OLIM COLL. DIV. JOH. CANT.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDON:
WHITTAKER AND CO., AND GEORGE BELL.



ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

ÆSCHYLI

PROMETHEUS VINCTUS.

BREVI COMMENTARIO INSTRUXIT

FREDERICUS A. PALEY, A.M.
COLL. DIV. JOH. CANT.

CANTABRIGIÆ:
APUD J. ET J. J. DEIGHTON.
TYPIS ACADEMICIS.

M.DCCC.XLVI.

PRÆFATIO.

PARUM novi, reconditi nihil, in hoc libello invenient nostræ Academiæ Alumni, quorum præcipue usibus destinatus est. Neque enim illud egit Editor, ut subtiliter quidem, sed paucorum in utilitatem literatus a junioribus haberetur, sed hoc potius negotium sibi proposuit, ut celeberrimam pulcherrimamque Æschyli fabulam qua posset diligentia recensitam atque illustratam discentibus traderet. Restabant enim nonnulla, quæ post excussos Antiquitatis thesauros exhaustamque fere Criticorum artem ἀμαθέστερόν πως καὶ σαφέστερον exponi posse arbitraretur.

Adnotationes criticæ in Æschylum a summo Viro Gul. Dindorfio conscriptæ, et abhinc paucis annis Oxonii impressæ[1], gravissimum edendi onus editori exemerunt. Etenim non modo vett. librorum lectiones luculenter ac fideliter ab eo recensentur, sed ubique inter tantam varietatem quæ sit vera scriptura summo cum judicio indicavit Vir egregius, monitis subinde lectoribus, ex diversis priorum editorum emendationibus quæ sibi præcipue in textum admittendæ videantur. A quo paucis tantum in locis equidem discedere ausus sum; quia nec difficilis nec admodum depravata est hæc fabula, effecitque jam magna moles commentariorum a clarissimo Episcopo Londinensi in notis ac glossario et ab aliis cumulata, ut et ille uberrimam eligendi materiam haberet, et in posterum ne conjectando quidem latum spatium pateret, cum nihil fere quod usquam

[1] Tomis duobus, M.DCCC.XLI.

ad tollenda librorum vitia probabiliter excogitatum sit prætermiserit Vir diligentissimus.

Sunt autem nonnulli, quibus ea præcipua laus esse videatur, nihil in edendo Æschylo novare[1], nihil conjectura corrigere, nihil ne fluxum quidem et plane labefactatum secundum linguæ et metri leges ex ingenio ad integritatem velle restituere. Incertæ omnino, inquiunt, sunt grammaticorum regulæ; absurdæ interdum, falsæ non parum sæpe; periculosa vero mutandi licentia, immoderata plerumque cupido, ridicula criticorum subtilitas. Hæc ego sæpissime et legi et audivi contra nimium emendandi studium cum quadam acerbitate objecta; sed tamen maximam partem ab iis, qui mediocri tantum linguæ et metrorum et artis criticæ scientia instructi corruptos codices propterea sequendos clamaverunt, quia corruptos esse non intellexerunt; qui emendandi necessitatem non perspexerunt, quia vitia in vulgatis latentia deprehendere non potuerunt. Sciunt harum rerum peritiores, in melicis Æschyli carminibus adeo accuratam semper esse antitheticam stropharum responsionem, ut qui metrorum rationem probe noverint, certissimum in iis indicium habeant, quo corrupta loca et discernere et simul corrigere possint. Quod quidem quo apertius fiat junioribus, quinque tantum exempla ex sexcentis infra apponemus.

In Theb. 773. libri omnes *ἀναρπαξάνδραν* exhibent. Versus antitheticus est *ἀνδρῶν ἀλφηστᾶν*. Peccat *ἀναρπαξάνδραν* in metrum simul et in linguæ analogiam; siquidem Atticis ignota sunt vocabula ex verbo cum præpositione et substantivo composita, qualia *ἀφαμαρτοεπὴς* Hom. Il. III.

[1] Klausenium dico, Scholefieldium, et Wellauerum; quorum consilium in edendo Æschylo ut temere susceptum, ita haud feliciter absolutum mihi quidem videtur, tametsi scio alios longe aliter existimare.

215. Itaque præclare Hermannus τὰν ἁρπαξάνδραν restituit, etsi præclarius etiam, ut opinor, potuit τὰν ἁρπάξανδρον, Blomfieldium sequutus. Nego de veritate hujus conjecturæ dubitari debere; dubitaverunt tamen, et dubitabunt critici, sive codicum auctoritatem decantantes, seu facilitatem corruptelæ non satis agnoscentes.

Choeph. 635. vulgo:

προσχαλκεύει δ' Αἶσα φασγανουργὸς,
τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοισιν
αἱμάτων παλαιτέρων.
    τείνει μύσος
χρόνῳ κλυτὰ βυσσόφρων 'Ερινύς.

In hoc loco duo versus, primus et quartus, antitheticis non ad amussim respondent, qui sunt

διανταίαν ὀξυπευκὲς οὐτᾷ, et
τὸ πᾶν Διός.

Pro τείνει quidam libri τίνει præbuerunt. Sed quis, quæso, aut hoc aut illud tolerari posse putabit, qui tragicorum usum cognitum habeat? Sic scripsisse Æschylum certissimum est:

προχαλκεύει δ' Αἶσα φασγανουργός·
τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοισιν,
αἱμάτων παλαιτέρων
    τίνειν μύσος,
χρόνῳ κλυτὰ βυσσόφρων 'Ερινύς.

atque ita jam emendarunt Hermannus et Lachmannus. *Filium domum introducit Erinys, qui patris sui cædem ulciscatur.*

Eumen. 520.

ἐκ τῶνδ' ἀνάγκας ἄτερ δίκαιος ὢν
οὐκ ἄνολβος ἔσται.

Versus antistrophicus hic est,

καλεῖ δ' ἀκούοντας οὐδὲν, ἐν μέσᾳ—

Unde præclare ἑκὼν δ' emendavit Wieselerus. Dubitat aliquis an recte id fecerit? Laudabimus eandem philosophorum sententiam ex Platone, Rep. II. §. 4. μηδένα ἑκόντα εἶναι δίκαιον, ἀλλ' ἀναγκαζόμενον.

Suppl. 680. corrupte libri:

προμαθεὺς εὐκοινόμητις ἀρχά.

Antistrophicus est

δαφνηφόροισιν βουθύτοισι τιμαῖς.

Unde vix aliud scribere potuit Æschylus quam

προμαθίας εὖ κοινόμητις ἀρχά.

magistratus consilium bene cum prudentia conjunctum habens.

Ibid. 627.

τὸν ἄχορον βοὰν κτίσαι μάχλον Ἄρη,

cui cum non respondeat v. 636.

δυσπολέμητον, ὃν οὔτις ἂν δόμοις ἔχοι,

manifesto legendum est

ἀπόλεμον, τὸν οὔτις ἂν δόμος ἔχοι,

nam nihil est δυσπολέμητον nisi glossema ad v. ἀπόλεμον ascriptum. Confer Cho. 48.

Præterea quum satis compertum sit, permultas scripturæ et dialecti varietates, inepta sæpe metrorum supplementa[1], pravas verborum formas, et cetera ejusdem generis, a librariis veritatem rei ignorantibus, et pleraque pro suo arbitrio rescribentibus, in codices suos inlata esse; de quibus nemini probe scire contingit, nisi qui veterum

[1] Vide Ag. 462. 448. ubi senarium conficere conati sunt grammatici, θεοὶ κελαιναὶ δ' [οὖν] Ἐρινύες χρόνῳ. ibid. 1311. Hermann. ad Œd. Tyr. 1202.

librorum lectiones diligentissime contulerit; graviter profecto falluntur, qui non animadvertentes ulcus in vulgatis inveteratum, oblatam medicinam temere et inconsiderate aversantur, et illud sanissimum judicant, quod utique, ut ex antiquissimis libris enotatum, iccirco antiquissimum esse præsumunt.

Ex more recitandi memoriter quæ præcipue tragicorum loca veteribus placebant[2], vel fortasse propter redactas toties in scenam Æschyli fabulas, illud evenisse putamus, (quod quibusdam mirum videri potest,) ut quædam lectiones, quas incuria transcribentium non videatur invexisse, in nonnullis libris reperiantur, aut saltem in margine commemorentur[3]. Hujusmodi sunt ἄριστος pro δίκαιος Theb. 588. ἀντηρέτας pro ἀντιστάτας Theb. 512. τόπῳ pro πάγῳ Prom. 20. τύχης pro τέχνης ib. 87. ὀδύρομαι pro αἰσχύνομαι ib. 660. ἄναρχον pro ἄνανδρον Pers. 300. ἐξημείψατο pro ἀντημείψατο Prom. 231. λόγους pro λιτὰς Theb. 622. λόγῳ pro χρόνῳ Pers. 709. εὔθετον pro εὔκυκλον Theb. 639. διδάσκαλος pro κατήγορος Theb. 434. Alia ex grammaticorum glossis sive commentariis interlinearibus invecta germanam vocem expulerunt; unde factum est ut futilissimæ lectiones ἐφεζομένη pro ἐφημένη Eum. 424. τυράννων pro κοιράνων Ag. 532. δίκας pro καὶ χερὶ ib. 111. τυραννοῦντ' pro κοιρανοῦντ' Prom. 979. ἀνίαισι pro αἰκίαισι ib. 93. τἄριστα pro τὰ λῷστα ib. 212. λόγῳ pro μύθῳ ib. 513. δόμους pro γενεὰν Theb. 943. φύλῳ pro γένει ib. 175. hodie compareant, quæ quia metrum plerumque pessumdent, fieri vix potest quin casu vel negligentia potius quam ex corrigendi studio intrusa sint. Interdum

[2] Vide Schol. ad Arist. Nubb. 1367.

[3] Exemplo esse potest locus laudatissimus Theb. 588—90. ubi insigniter variatur in δίκαιος pro ἄριστος, αὔλακα pro ἄλοκα, ἀφ' ἧς pro ἐξ ἧς. Ita ψυχῆς pro ὀργῆς Prom. 386.

etiam et verba (ut Theb. 718. 877.) et versus irrepserunt, qui tamen plerumque acri animorum intentione a genuinis dignosci possunt. Plures ego hujusmodi in mea editione ejiciendos indicavi: Suppl. 190. 303. (addendus erat v. 442.) Prom. 854. Cho. 62. 573. 959. Eum. 811. Pers. 322—4. ib. 331—2. Theb. 264—6. ib. 682. 801.

Et hæc quidem hactenus. Sed in diversis verborum formis et dialectis potissimum inter se discrepare solent librarii, qui nunc *ἀεὶ* (Prom. 26.) nunc *αἰεὶ* (ib. 42.) exhibent; qui *μιν* et *νιν*, *-ης* et *-ας*, *-ῃσι* et *-αισι*, *-ην* et *-αν*, confundunt; qui Epica cum Atticis, Attica cum Ionicis et Doricis frequentissime permiscent. Quæ quidem varietates plerumque omnium difficillimæ sunt, in quibus hodie versetur criticorum sagacitas; siquidem minima, vel potius nulla est in his rebus librorum auctoritas, cum satis constet non ex ultima eas antiquitate servatas esse, sed ex librariorum vel grammaticorum sive licentia sive arbitrio profluxisse.

Itaque hoc equidem persuasum habeo, permulta loca rectius quam in MSS. leguntur daturos fuisse quosdam editores, si veteris Atticismi proprietates et metrorum rationes satis accurate perpensas habuissent; quas nunc vel paullo incuriosius percurrentes, vel saltem laxissime interpretantes, et cæco codicum suorum amore abrepti, permulta in libris suis reliquerunt, quæ accuratior harum rerum intelligentia stare non posse demonstravisset.

Ceterum communis doctorum virorum opinio fuit, propensiorem in Ionicam sive potius Epicam dialectum fuisse Æschylum, apertum illum Homeri imitatorem, et antiquioris linguæ acerrimum sectatorem. De qua re quoniam hodieque maxima lis est inter criticos, Epica nunc cum Dindorfio ejicientes, nunc sedulo etiam ex paucioribus libris cum Wellauero reponentes, breviter de hac quæstione nobis

disputare licebit, si forte certum aliquid ex diversissimis sententiis reperire possimus.

Duo erant potissimum librariorum genera, sive potius duæ scholæ, quorum altera Homerica lectione imbuta Epicorum propria serioribus poetis infercire non dubitabat, altera Atticæ dictionis amantissima Epicas formas tantum non barbaras esse putabat, et summo ubique cum studio ad vulgarem Atticismum mutando accommodabat. Hos igitur *Atticistas*, illos *Hellenistas* vocemus. Factum autem esse videtur, quantum hodie judicare possumus ex vestigiis variarum lectionum apud codices repertarum, ut serioribus demum sæculis librarii, utra forma verior esset non dijudicantes, ex suo arbitrio nunc hanc, nunc illam prætulerint; Doricas autem terminationes præcipue ex melicis expulerint, utpote nec Epicæ nec Atticæ orationi satis convenientes. Jam semper in codicis alicujus auctoritate æstimanda, sicubi de incerta lectione disceptatur, illud primum observandum est, utrorum ex officina librariorum exivisse putandus sit: si enim transcripsit Hellenista, eo cautius agendum erit, ne temere omnes quos exhibeat Hellenismos amplectamur. Jam si *ἕδρης* Prom. 209. *πολεύμεναι* v. 663. *Ἰναχείης* v. 606. *ὀλιγοδρανίην* v. 557. *ἀμπλακίης* v. 574. *γαμφηλῇσι* v. 363. ac plura ejus generis in quovis libro constanter scripta reperias, fortasse haud inepte putaveris eas formas inde ab ipsius poetæ temporibus religiose ex optimo archetypo servatas esse; quasi Ionicæ dictionis amator Æschylus vel senariis suis indulserit licentiam, quam reliqui Tragici sibi minus concessam habuerint. Sed magis dubia statim visa est ejusdem codicis auctoritas, si *ἐλεεινὸς* in v. 254. plane contra metri leges exhibeat; ea enim scriptura fidem facit, reliquos etiam Ionismos non ex Æschylo descendisse, nec temere pro genuinis esse admittendos. Eaque dubitatio vehementius animum subit, si

has ipsas voces Attice inflexas in alio codice inveneris, alias autem hic Ionice, quæ ibi Attice scriptæ exstabant. Non nego quidem, subtiliorem videri quæstionem, si insolentem formam unanimi consensu tueantur codices, ut Doricam γαθούσῃ in senario Cho. 759. quæ fieri sane possit ut genuina sit; sed ne hoc quidem pro certo habendum; et talia apposito obelo potius notaverim, quam aut contra omnes libros correxerim, aut ut plane vera lectori commendare velim.

Epicas verborum formas dilexisse Æschylum, et plurima etiam ex ipso Homero in suos usus convertisse, notissimum est. Hoc enim ejus studium nulla librorum discrepantia deleri potuit. Hujusmodi licentiæ (quæ saltem licentia in Attico poeta habenda sit) quædam exempla operæ pretium erit adduxisse. Ac nonnullorum verborum scripturam, ut αἰεὶ, αἰετὸς, ἐλαία, quæ severior Atticorum oratio ἀεὶ, ἀετὸς, ἐλάα efferebat, uti nunc ex antiquis Marmoribus satis compertum est, in medio relinquentes alia paullo diversi generis excitemus, quæ a vulgari Atticorum poetarum sermone paullo longius discedunt.

I. Epica: ὁμοίιαν (sic enim ex metri indicio certissime restituit Klausenius, cum ex libris delevissent Atticistæ) Suppl. 430. τοὶ pro ἐκεῖνοι Pers. 426. ἐγὼν Pers. 915. βελέεσσιν ib. 1003. ἔσσεται ib. 124. οἴω pro οἴομαι Prom. 196. τεοῖσι ib. 168. τεὰν Theb. 102. κελαινὸς passim; πάγχυ Theb. 638. ὔμμε Eum. 590. ἄμμι Theb. 144. πέπεισθι ib. 569. Ἄρης prima producta passim; (vide ad Theb. 125. Hom. Il. III. 128.) νέφεσσι Suppl. 760. (postulante metro); μερόπεσσι ib. 84. φυγάδεσσιν ib. 1026. διπλάκεσσιν Pers. 279. omissum sæpe augmentum, de quo vide ad Pers. 315. articulus et pro relativo, Theb. 37. Suppl. 515. et pro οὗτος vel potius ἐκεῖνος usurpatus, Ag. 7. Suppl. 433. 1032. Eum. 132. Theb. 380. 974. ἔσκεν pro

ἦν Pers. 658. κλαίεσκον pro ἔκλαιον Frag. 285. ὅστε pro ὃς, προτὶ Theb. 337. κεν Cho. 582. si recte ego eum locum interpretatus sum; ἶσον pro ἴσον Frag. 200. et haud semel in compositis. κατέκτα Frag. 208. ἆσαι pro βλάψαι Frag. 420. (Cf. Od. xi. 61.) ἔθεν Suppl. 64. πολεῖ pro πολλῷ ibid. 725. πτόλις et πτόλεμος Suppl. 77. ποτὶ πτόλιν Eum. 79. οὐλομένας Prom. 405. ᾱπαράμυθον Prom. 193. ᾱθάνατον Frag. 178. κραδία Prom. 900. πὰρ pro παρὰ Eum. 220. et in compositis, ut πάρβατος, παρβαίνω. Aorista κτάμενος et χύμενος Cho. 793. Eum. 253. εὐρυπόροιο Pers. 111. ποταμοῖο ib. 860. κᾱλὸς Frag. 308. ἔνθα pro ἐνταῦθα Suppl. 33. πόντονδε ib.

II. Ionica: ἐκτημέναι Prom. 814. Ἀΐδης ib. 158. ὑπείροχον ib. 436. (sed dubia lectio) ἐξεκείνωσεν Pers. 757. ἐποδώκει pro ἐφωδώκει ib. 658. μουνῶπα Prom. 823. νούσων Suppl. 666. λελημμένης Ag. 849. εἰσοιχνεῦσιν Prom. 122. πωλεύμεναι ib. 663. θρεῦμαι Theb. 78. στεῦνται Pers. 49. παιὼν pro παιὰν Cho. 335. Ag. 1219. παιωνίζειν Theb. 257. præcipue autem hoc cernitur in solutis syllabis, προοίμιον pro φροίμιον Prom. 741. ἀπρόοπτον ib. 1095. ῥέεθρον Pers. 499. ποθέουσαι ib. 544. τρομέονται ib. 64. καλέω Ag. 144. Τρωΐας ib. 132. διπλόοι Frag. 30. διάπλοον Pers. 384. τέλεα pro τέλη Suppl. 115. et fortasse (licet per synizesin pronuntiandum,) πορφυρέᾳ Pers. 319. κυάνεον ib. 83. Sic Τηρεΐας Suppl. 58. εὐρέϊος ib. 849. Ἀτρεΐδας Ag. 122. ἀρείων Theb. 114. ἄϊστος, ἀεικὴς, ἀεκόντων pro ἀκόντων Suppl. 39. νόον pro νοῦν Prom. 169. ἐπιβώντων Suppl. 674. ἐπιβῶ Pers. 1033. ἐχθαιροίατο Suppl. 734. διδοῖ pro διδῶσι ib. 987. ἐκσωζοίατο Pers. 453. δεδόκηκεν pro δέδοκται Eum. 299. κοεῖν et κοννεῖν Suppl. 110. 154. (si recte emendavimus.) πολιήταις Pers. 557.

III. Æolica: πεδάρσιοι Prom. 277. 729. πέδαιχμιοι Cho.

587. πεδάμεροι ibid. πεδοίκου χελιδόνος Frag. 45. ὀράνιος Suppl. 787. (quam formam et hic et Œd. Col. 1466. restituit Dindorfius, postulante metro; confer βόλομαι pro βούλομαι Od. XVI. 387. ἐβολλόμαν Theocr. XXX. pro ἐβουλόμην.) κάρζα pro καρδία idem ex conjectura, sed audaciori quidem illa, Theb. 277. et Suppl. 68. ἐπίπφορος, ut mihi scribendum videtur propter metrum, quod nullo alio modo sanari potest, Cho. 797. Eum. 354. collato αἰόλον ὄπφιν Hom. Il. XII. 208. πιπφαύσκων X. 502. σφετεριξάμενος Suppl. 38. δίφυιος pro διφυὴς Ag. 1444. corrigente Hermanno. κακκυνηγέτις pro κατακυνηγέτις Eum. 222. modo vera lectio.

IV. Dorica: γαθούσῃ Cho. 759. πέδοι, ἀρμοῖ, Prom. 633. καρανιστὴρ Eum. 177. καρανοῦται Cho. 519. Παρνασοῦ (ut quidam volunt) Eum. 11. Παρνασίδα Cho. 554. εὐνάτειρα Pers. 159. confer v. 161. μάσσων pro μακρότερος Prom. 650. πῶ Ag. 1484. μακιστὴρ a μήκιστος Pers. 694. Suppl. 460. Μάκιστος Ag. 280. βαλὸν Cho. 562. δᾷος pro δήϊος passim; αὐτόθακτος Frag. 360. δᾶ pro γῆ Eum. 836. δάπεδον Prom. 845. Cho. 784. μᾶ pro μῆτερ Suppl. 830. λοχαγέτης, ἑβδομαγέτης, γάμορος, γάποτος, γάπονος, Ἀθάνα, quæ Atticis satis usitata sunt. Nec omittendum est, pluribus in locis, etiam in senariis versibus, Doricas formas in quibusdam libris, præsertim in ed. Aldina, hodie exstare, quarum exempla longius fuerit exscribere.

Videbis, Lector, haud pauca eorum quæ modo apposuimus, ex virorum doctorum conjectura jam Æschylo esse restituta, cum e codd. MSS. ab Atticistis fuissent deleta: id quod cavendum esse docet, ne propter metrorum incuriam vel ignorantiam corrupta pro genuinis tueamur.

Ionica scripsisse Æschylum, Atticorum scriptorum prope vetustissimum, inde colligere liceret, vel si ejus poetæ reliquias non haberemus, quod antiquissima Atti-

eorum lingua plane cum Ionica dialecto congruebat[1]. Idem etiam diserte testari videtur Athenæus, XIII. p. 573. b. (Vide Frag. 311.) Ἰωνικήν τινα ῥῆσιν ἐκτείνας κατὰ τὸν Αἰσχύλον, quæ sive ipsius poetæ verba sunt

Ἰωνικὴν ῥῆσίν τιν᾽ ἐκτείνας,

sive Athenæi, non aliter interpretari licet, quam Ionica dialecto usum esse poetam. Nec illud ingratum fuisse Atheniensibus, ipsis Ionica gente oriundis, facile credendum est. Nam et ipsi non pauca ex Ionica lingua adservarunt, ut ξεῖνος, μοῦνος, etc. et futura verborum tempora δοκήσω pro δόξω, τυπτήσω pro τύψω, παιήσω, βαλλήσω, κλαιήσω, et satis familiarem in quotidiano sermone fuisse hanc dialectum admodum probabile est. Sic apud Arist. Pac. 45. homo in theatro sedens Ionice loquitur:

κᾆτ᾽ αὐτῷ γ᾽ ἀνὴρ
Ἰωνικός τίς φησι παρακαθήμενος,
Δοκέω μὲν, εἰς Κλέωνα τοῦτ᾽ αἰνίσσεται,
ὡς κεῖνος ἀναιδέως σπατίλην ἐσθίει.

Itaque magna inter veterem Atticam et Epicam sive Ionicam dialectum intercessit affinitas. In multis etiam voculis nunc hanc, nunc illam formam usurpabant, ut in una eademque Inscriptione σὺν et ξὺν reperiuntur[2]. Quod autem ad contrahendas syllabas attinet, manifestum est, synizesin antiquiorem fuisse quam crasin vel contractionem, ut apud Homerum φοινικόεντι pronuntiabatur quidem, etsi non scribitur, φοινικοῦντι, ἔαρι πολεῖν valet ἦρι πολεῖν Hes. Opp. 462. Difficile est dicere, quo tempore hic scribendi mos primum invaluerit, ut nesciamus annon recte κυάνεον et πορφυρέᾳ Pers. 83. 319. pro κυάνουν et πορφυρᾷ exhi-

[1] Blomf. ad Prom. 122. in Glossario.

[2] Vide Rose, Inscript. Græc. p. 123. et Prolegg. xlviii.

beant libri[1]. Articulus cum nomine primum coaluisse videtur, ut TANTPON pro TO ANTPON Inscriptio apud *Athens and Attica*, p. 203. TOPMOKPATEOΣ pro TOY 'EPMOKPATOYΣ Inscriptio Sigea apud ROSE, p. 1. ΗΑΔΕΛΦΟΙ pro οἱ ἀδελφοὶ ibid p. 13.

Medius igitur quodammodo inter Epicos, et Atticos tragœdiæ scriptores, lingua utebatur Æschylus ex utroque genere liberius temperata: unde materiam et argumentum habebant et Hellenistæ et Atticistæ, quo poetæ verba ad suam uterque sententiam depravarent. Vestigia hujus mutationis passim in libris reperiuntur. Sic ab Hellenistis profecta videntur ἐλεεινὸς Prom. 254. θῶκος fortasse pro θᾶκος ib. 850. ἕδρης ib. 209. ἑκατογκάρηνος 361. (confer Hesiod. Theog. 312.) παρήορος pro παράορος, quod servavit Mediceus, ib. 371. νηὸς pro ναὸς Theb. 62. νήϊοι Suppl. 699. πρηγμάτων Cho. 238. Ἄρεος pro Ἄρεως Theb. 64. et sexcenta id genus. Contra autem nonnulla sunt quæ pari ratione Atticistis deberi multo etiam manifestius est. Hujusmodi sunt συμπράττειν ib. 302. πυρρὰν Pers. 302. ἅττα Prom. 1092. πόλεως pro πόλεος Theb. 167. Plerisque etiam in locis dativus in -εσσι ab Atticistis deletus est, etsi nobis hodie satis certo indicio fuit metrum ubi is restituendus sit, e. g. Suppl. 760. 1026. Pers. 1003. τείχεσσι autem libri habent Cho. 356. ubi metrum τείχεσι desiderat, et similiter in pluribus locis peccatur.

Quæ quum ita se habeant, nec a certis librorum testimoniis quæstio ad liquidum perduci posse videatur, magnopere in eo laboramus, rectene an secus factum sit, quod

[1] *Synizesin* permulta patiuntur verba, quorum ea natura est, ut *contrahi* non possint, ut apud Atticos θεος, νεος, καρδια, πολεως etc. Sic Hom. Od. IX. 283. νέα μέν μοι κατέαξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων. Hes. Opp. 5. ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει. Postea vero, ubicunque id fieri potuit, duas syllabas in unam cogebant Attici, ut ἦρι pro ἔαρι scribendo.

plerumque Ionicum *γινώσκω, γίνομαι, συμφορὰ* pro *ξυμφορὰ*, et similia, *-ησι* pro *-αισι*, *γνώσῃ* pro *γνώσει*, etc. in libris scripta reperiantur. Redegerunt quidem hæc omnia editores ad severas vetustioris Atticismi asperitates; sed interdum non sine quadam duritie, quam vulgata scriptura evitare potuit. Quid enim statuamus de Cho. 208?

ΗΛ. *καὶ τίνα σύνοισθά μοι καλουμένῃ βροτῶν;*
ΟΡ. *σύνοιδ' Ὀρέστην πολλά σ' ἐκπαγλουμένην.*

Num altero versu *σύνοισθα* ob metrum stare sinamus, altero *ξύνοιδ'* scribamus? Ita quidem Pors. Blomf. Dind. contra libros; sed paullo accuratius quod ad responsum se habet *σύνοιδ'*. Utramque literam adhibuisse poetam certum est ex metri indicio, ut *ὃ ξυναμπέχεις* Prom. 529. sed *ἴσθι συναλγῶ* ib. 296. Utramque etiam Atticos sine ullo discrimine adhibuisse ex vett. Marmoribus compertum est.

Profecto difficillimum est, cum poetas scenicos ex Alexandrinorum grammaticorum recensione castigatos hodie habeamus[2], ipsius Æschyli manum, remota malæ istius industriæ nebula, a posteriorum additamentis dignoscere ac vindicare. Si enim casu aliquo, et dextro Hercule, marmor nostris temporibus effossum integram Æschyli fabulam, vivente ipso exaratam, exhiberet, fortasse satis largam ridendi materiem haberemus, cum plane intellecta esset nostrorum librorum depravatio, nostrorum etiam hominum hallucinatio. Plurima etiam, ut opinari licet, nostris lexicis addenda essent vocabula. Quid enim, si duce metro, aut vett. grammaticorum aliquo indicante, pauca etiam nunc reducere potuimus, qualia sunt *ἀφυίδιος* Prom. 698. *ποτᾶνιος* Theb. 228. *δοκαὶ* (pro *δόξαι*) Ag.

[2] Vide Blomf. Præf. ad Sept. Cont. Theb. p. x.

411. λάπη Eum. 365. πυκήεις Cho. 378. μελλώ Ag. 1327. λέχαιος Theb. 281? Lateant necesse est plurima ejusdem generis; plures etiam versos omissos supplere, interpolatos ejicere, possemus, per quos adeo incerta nobis fit nobilissimorum carminum interpretatio. Nonnulla denique læti inveniremus, quæ a vett. scriptoribus ex Æschyli fabulis hodie exstantibus memorata, nusquam tamen in iis leguntur[1].

Tironibus fortasse utile fuerit indicavisse rationem scribendi, ab hodierna diversissimam, qua ipsa Æschyli verba primo edita sunt. Ita igitur secundum veterum Inscriptionum fidem initium hujus fabulæ exprimendum putamus, ipsarum tamen literarum formis, et verborum intervallis aliter atque olim constitutis.

ΧΘΟΝΟΣ ΜΕΝ ΕΣ ΤΕΛΟΡΟΝ ΗΕΚΑΜΕΝ ΠΕΔΟΝ
ΣΚΥΘΕΝ ΕΣ ΟΙΜΟΝ ΑΒΑΤΟΝ ΕΙΣ ΕΡΕΜΙΑΝ:
ΗΕΦΑΙΣΤΕ ΣΟΙ ΔΕ ΧΡΕΙ ΜΕΛΕΙΝ ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ
ΗΑΣ ΣΟΙ ΠΑΤΕΡ ΕΦΕΙΤΟ: ΤΟΝΔΕ ΠΡΟΣ ΠΕΤΡΑΙΣ
ΗΥΦΣΕΛΟΚΡΕΜΝΟΙΣ ΤΟΝ ΛΕΟΡΓΟΝ ΟΧΜΑΣΑΙ
ΑΔΑΜΑΝΤΙΝΟΝ ΔΕΣΜΟΝ ΕΝ ΑΡΕΚΤΟΙΣ ΠΕΔΑΙΣ.

Rursus, vv. 751—757.

ΕΣΤΑΙ ΔΕ ΘΝΕΤΟΙΣ ΕΙΣ ΑΕΙ ΛΟΓΟΣ ΜΕΓΑΣ
ΤΕΣ ΣΕΣ ΠΟΡΕΙΑΣ: ΒΟΣΠΟΡΟΣ Δ ΕΠΟΝΥΜΟΣ
ΚΕΚΛΕΣΕΤΑΙ: ΛΙΠΟΣΑ Δ ΕΥΡΟΠΕΣ ΠΕΔΟΝ
ΕΠΕΙΡΟΝ ΗΕΧΣΕΙΣ ΑΣΙΔ: ΑΡ ΗΥΜΙΝ ΔΟΚΕΙ
ΗΟ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΤΥΡΑΝΝΟΣ ΕΣ ΤΑ ΠΑΝΘ ΗΟΜΟΣ
ΒΙΑΙΟΣ ΕΙΝΑΙ: ΤΕΙΔΕ ΓΑΡ ΘΝΕΤΕΙ ΘΕΟΣ
ΧΡΕΙΞΔΟΝ ΜΙΓΕΝΑΙ ΤΑΣΔ ΕΠΕΡΙΦΣΕΝ ΠΛΑΝΑΣ:

[1] Vide Blomf. Præf. ad Pers. p. xxxi. Nos in Præf. ad Suppl. p. ix. et ad Prom. v. 810.

Ibid. vv. 174 seqq.

Ε ΜΕΝ ΕΤ ΕΜΟ ΚΑΙΠΕΡ ΚΡΑΤΕΡΑΙΣ ΄
ΕΓ[2] ΓΥΟΠΕΔΑΙΣ ΑΙΚΙΞΟΜΕΝΟ
ΧΡΕΙΑΝ ΗΕΧΣΕΙ ΜΑΚΑΡΟΜ[3] ΠΡΥΤΑΝΙΣ
ΔΕΙΧΣΑΙ ΤΟ ΝΕΟΜ[3] ΒΟΥΛΕΥΜ ΗΥΦ ΗΟΤΟ
ΣΚΕΠΤΡΟΝ ΤΙΜΑΣ Τ ΑΠΟΣΥΛΑΤΑΙ:
ΚΑΙ Μ ΟΥΤΙ ΜΕΛΙΓΛΟΣΣΟΙΣ ΠΕΙΘΟΣ
ΕΠΑΟΙΔΑΙΣΙΝ ΘΕΛΧΣΕΙ : ΣΤΕΡΕΑΣ Τ
ΟΥΠΟΤ ΑΠΕΙΛΑΣ ΠΤΕΧΣΑΣ ΤΟΔ ΕΓΟ
ΚΑΤΑΜΕΝΥΣΟ ΠΡΙΝ ΑΝ ΕΧΣ ΑΓΡΙΟΝ
ΔΕΣΜΟΝ ΧΑΛΑΣΕΙ ΠΟΙΝΑΣ ΤΕ ΤΙΝΕΙΝ
ΤΕΣΔ ΑΙΚΙΑΣ ΕΘΕΛΕΣΕΙ.

Manifestum est igitur, seriorum arbitrio factum esse, ut vel πέδῳ vel πέδοι, γαμφηλῇσι vel γαμφηλαῖσι, γνώσῃ vel γνώσει, scriberent, et nihil omnino probare nostrorum librorum auctoritatem, ubi de hisce rebus habeatur quæstio. Nam non nisi unam eandemque terminationem Æschyli temporibus noverunt hæ voces. Idem de στυγὸς et στύγους Cho. 523. ἡνιοστροφῶ et ἡνιοστρόφου ib. 1011. αἰδεσθεὶς et αἰδεσθῇς Ag. 910. et permultis aliis locis, hodie in suspicionem propter diversitatem scripturæ vocatis, dicendum est. Sic ἐρώμεθα et ἐρούμεθα Ag. 1631. αἱματώμεθα et ᾑματώμεθα ib. 1634. αἰτούμεσθα et ᾐτούμεσθα Prom. 840. ἐπεύρω et ἐπηύρου, ib. 28, nulla scripturæ diversitate olim inter se distingui potuerunt.

Quædam autem loca si ex Homero adumbravit Æschylus, interdum etiam ipsissima poetæ verba mutuatus esse

[2] Rose, Inscript. Græc. p. xliii.

[3] Ibid. p. xlv. Hinc perantiqua videtur lectio in uno cod. memorata, Prom. 450. τ' ἀμβροτοῖς pro τὰν βροτοῖς, i. e. ΤΑΜ ΒΡΟΤΟΙΣ, et ἐμβροτοῖς pro ἐν βροτοῖς Cho. 52. Contra ἐμπύροισι in ἐν πυροῖσι corruptum Cho. 476. Sed ξὺν πολίταις in ξυμπολίταις Theb. 601. Ex eadem causa excidit ἐν Cho. 935. ubi ἔθιγε σὲ μάχᾳ ex ἔθιγε σ' ἐμμάχᾳ. pro ἐν μάχᾳ, depravatum est.

videtur, quasi epicum colorem carminibus suis obducere voluerit. Sic εἰσοιχνεῦσιν Prom. 122. ex Od. I. 120. πωλεύμεναι ib. 663. βροτολοιγὸς Ἄρης Suppl. 651. νυκτὸς ἀμολγὸν Frag. 64. Ἀΐδᾳ προϊάψαι Theb. 310. et vide plura in Præfatione ad Supplices, p. xii. Sæpius autem respexit quidem, sed non plane imitatus est Homerum; quod ideirco tenendum est, quia ad interpretationem potius quam ad orthographiam spectat. Sic (ut ex una tantum fabula exempla capiamus) versus paullo obscurior de Aquilæ pullis apud Cho. 242,

οὐ γὰρ ἐντελὴς
θήραν πατρῴαν προσφέρειν σκηνήμασιν,

ex Hom. Il. XII. 219. leviter immutatus esse videtur:

αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων,
φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον,
ζωόν· ἄφαρ δ' ἀφέηκε, πάρος φίλα οἰκί' ἱκέσθαι,
οὐδ' ἐτέλεσσε φέρων δόμεναι τεκέεσσιν ἑοῖσιν.

unde vertendum esse apparet: *neque enim prædam* (sc. serpentem) *a patre captam et omissam ad nidum usque perferre potuit*, i.e. ἐτέλεσε προσφέρων. Similiter Cho. 337.

εἰ γὰρ ὑπ' Ἰλίῳ—κατηναρίσθης.
λιπὼν ἂν εὔκλειαν ἐν δόμοισιν
τέκνων τ' ἐν κελεύθοις
ἐπίστρεπτον αἰῶνα κτίσας,
πολύχωστον ἂν εἶχες
τάφον διαποντίου γᾶς,
δώμασιν εὐφόρητον.

ex Od. I. 237—40. sumptum esse patet:

ἐπεὶ οὔ κε θανόντι περ ὧδ' ἀκαχοίμην,
εἰ μετὰ οἷς ἑτάροισι δάμη Τρώων ἐνὶ δήμῳ,
ἠὲ φίλων ἐν χερσὶν, ἐπεὶ πόλεμον τολύπευσεν.
τῷ κεν οἱ τύμβον μὲν ἐποίησαν Παναχαιοί,
ἠδέ κε καὶ ᾧ παιδὶ μέγα κλέος ἤρατ' ὀπίσσω.

Ibid. v. 864.

γυναικείους πύλας
μοχλοῖς χαλᾶτε, καὶ μάλ' ἡβῶντος δὲ δεῖ,

ex Od. XXIII. 187. profluxit:

ἀνδρῶν δ' οὔ κέν τις ζωὸς βροτὸς, οὐδὲ μάλ' ἡβῶν,
ῥεῖα μετοχλήσειεν.

Fortasse etiam v. 495.

οὔτω γὰρ οὐ τέθνηκας, οὐδέ περ θανών.
παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνος σωτήριοι
θανόντι,

ex Od. XXIV. 93. petitum est:

ὣς σὺ μὲν οὐδὲ θανὼν ὄνομ' ὤλεσας, ἀλλά τοι αἰεὶ
πάντας ἐπ' ἀνθρώπους κλέος ἔσσεται ἐσθλὸν, Ἀχιλλεῦ.

Fabulam de Iûs erroribus summo cum ingenio nuper explicavit Vir Doctus W. H. SCOTT, in *Classical Journal*, XII. p. 157—169. Cujus rationes brevi narratione hic percurrisse studiosis nostræ tragœdiæ lectoribus non inutile fuerit.

Itaque perspexit Vir sagacissimus, sub IUS persona ejusque laborioso itinere magnam aliquam et perantiquam latere gentis immigrationem. Quod Io ex Argis usque ad Caucasum pervenerit, id mutatis peregrinationis finibus de populo a Caucaso ad Argos proficiscente interpretandum esse, secundum analogiam quam primus indicaverit Niebuhrius (Hist. Rom. I. p. 40.) Pelasgos autem olim ab India ad Caucasum permeavisse, atque inde demum in Græciam pervenisse. Et Ionas et Argivos a Pelasgis oriundos esse: Io communem cum Demetri, sive Matre Terra, habere potentiam; utramque enim sub Lunæ nomine coli solitam (Suidas in v. Ἰώ, Virg. Georg. I. 5.) Quod vero Demeter et Iasion matrimonium conjunxisse ferantur, (Hom. Od. v. 125.), hoc ita intelligendum. Io

et Iasionem, sicut Dianum et Dianam, Hecatum et Hecatam, veteribus Pelasgis fuisse marem et fœminam Terræ deos. Etenim ipsum nomen *Io* ab antiquo verbo ἴα, id est, αἶα, *terra*, deductum videri, unde ἴον, *viola*; ἰὼ etiam cerni in Hesychii Ἰῶλκα· αὔλακα. Ἴωρος· τὸ ὀρεινὸν χωρίον. [Potuit etiam huc referre Ἰα-ωλκὸν, Jasonis patriam, Αἴσονα, Jasonis patrem, Αἰήτην Colchorum Regem.] *Argos* Pelasgorum lingua significare πέδον, campum, [quod sane nihil aliud est quam ἀγρὸς, transpositis literis; unde etiam Argus est γηγενής.] Homericum epitheton Ἴασον Ἄργος hinc explicandum. Jam quod Io Ἥρας, sc. Junonis sacerdos fuerit, id revera eandem Deam esse quam Ἥραν significare. [Hoc nomen ab ἔρα, Lat. *terra*, et *hera*, i. e. domina, deductum esse per se patet.] Itaque Io, Hera, Demeter; Jason, Iasion; Argos, Argum τὸν πανόπτην, et navim Argo; hæc omnia paullo diversa esse ejusdem fabulæ nomina. Etiam *Medeam* Junonem esse, quæ Jasonem periculo exemerit, [i. e. Μήδειαν, τὴν μηδομένην θεὸν, vide Grote, Hist. Græc. i. p. 165.]

Quod denique Io in vaccam mutata sit, quodque simili ratione βοῶπις Ἥρα ex antiquissima Argivorum traditione ab Homero dicta sit, utrumque inde explicandum, quod inter βοῦς et γῆ veteribus Græcis mira quædam exstiterit cognatio, quam cerni in βῶλαξ, βῶλος, i. e. βούλαξ, et βουνίς, (*New Cratylus*, p. 569.) et in particulis intendentibus βου, δα, ερι, et αρι, (βούπαις, ἐριβώλαξ, collato Ἐριχθόνιος, et ἀριδείκετος).

An *Janus*, *Dianus*, *Diana*, Sol sc. et Luna, cognatum aliquod cum ἰαίνω, *calfacio*, et cum rariore vocabulo Ἰάνων pro Ἰώνων Pers. 929. habeant, ex his disputatis judicent doctiores.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΠΡΟΜΗΘΕΩΣ ΔΕΣΜΩΤΟΥ.

Προμηθεως ἐν Σκυθίᾳ δεδεμένου διὰ τὸ κεκλοφέναι τὸ πῦρ, πυνθάνεται Ἰὼ πλανωμένη, ὅτι, κατ' Αἴγυπτον γενομένη, ἐκ τῆς ἐπαφήσεως τοῦ Διὸς τέξεται τὸν Ἔπαφον. Ἑρμῆς δὲ παράγεται ἀπειλῶν αὐτῷ κεραυνωθήσεσθαι, ἐὰν μὴ εἴπῃ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι τῷ Διΐ. προέλεγε γὰρ ὁ Προμηθεὺς ὡς ἐξωσθήσεται ὁ Ζεὺς τῆς ἀρχῆς ὑπό τινος οἰκείου υἱοῦ. τέλος δὲ βροντῆς γενομένης ἀφανὴς ὁ Προμηθεὺς γίνεται.

Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιΐα ἐν παρεκβάσει παρὰ Σοφοκλεῖ Κολχίσι· παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ ὅλως οὐ κεῖται. ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Σκυθίᾳ, ἐπὶ τὸ Καυκάσιον. ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ὠκεανίδων νυμφῶν. τὸ δὲ κεφάλαιον αὐτοῦ ἐστι, Προμηθέως δέσις.

Ἰστέον δὲ ὅτι οὐ κατὰ τὸν κοινὸν λόγον ἐν Καυκάσῳ φησὶ δεδέσθαι τὸν Προμηθέα, ἀλλὰ πρὸς τοῖς Εὐρωπαίοις μέρεσι τοῦ Ὠκεανοῦ, ὡς ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν Ἰὼ λεγομένων ἔξεστι συμβαλεῖν.

ΑΛΛΩΣ.

Προμηθέως ἐκ Διὸς κεκλοφότος τὸ πῦρ καὶ δεδωκότος ἀνθρώποις, δι' οὗ τέχνας πάσας ἄνθρωποι εὕραντο, ὀργισθεὶς ὁ Ζεὺς παραδίδωσιν αὐτὸν Κράτει καὶ Βίᾳ τοῖς αὐτοῦ ὑπηρέταις, καὶ Ἡφαίστῳ, ὡς ἀναγαγόντες πρὸς τὸ Καυκάσιον ὄρος, δεσμοῖσι σιδηροῖς αὐτὸν ἐκεῖ προσηλώσαιεν. οὗ γενομένου παραγίνονται πᾶσαι αἱ Ὠκεαναῖαι νύμφαι πρὸς παραμυθίαν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὁ Ὠκεανὸς, ὃς δὴ καὶ λέγει τῷ Προμηθεῖ, ἵνα ἀπελθὼν πρὸς τὸν Δία, δεήσεσι καὶ λιταῖς πείσῃ αὐτὸν ἐκλῦσαι τοῦ δεσμοῦ Προμηθέα· καὶ Προμηθεὺς οὐκ ἐᾷ, τὸ τοῦ Διὸς εἰδὼς ἄκαμπτον καὶ θρασύ. καὶ ἀναχωρήσαντος τοῦ Ὠκεανοῦ, παραγίνεται Ἰὼ πλανωμένη, ἡ τοῦ Ἰνάχου, καὶ μανθάνει παρ' αὐτοῦ ἅ τε πέπονθε καὶ ἃ πείσεται, καὶ ὅτι τὶς τῶν αὐτῆς ἀπογόνων λύσει αὐτὸν, ὃς ἦν ὁ Διὸς Ἡρακλῆς· καὶ ὅτι ἐκ τῆς ἐπαφήσεως τοῦ Διὸς τέξει τὸν Ἔπαφον. θρασυστομοῦντι δὲ Προμηθεῖ κατὰ Διὸς, ὡς ἐκπεσεῖται τῆς ἀρχῆς ὑφ' οὗ τέξεται παιδὸς, καὶ ἄλλα βλάσφημα λέγοντι, παραγίνεται Ἑρμῆς, Διὸς πέμψαντος, ἀπειλῶν αὐτῷ κεραυνὸν, εἰ μὴ τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι τῷ Διῒ εἴπῃ· καὶ μὴ βουλόμενον, βροντὴ καταρραγεῖσα αὐτὸν ἀφανίζει.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Σκυθίᾳ, ἐπὶ τὸ Καυκάσιον ὄρος, ἡ δὲ ἐπιγραφὴ τούτου, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΚΡΑΤΟΣ.

ΒΙΑ.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ΧΟΡΟΣ ΩΚΕΑΝΙΔΩΝ ΝΥΜΦΩΝ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

ΙΩ Η ΙΝΑΧΟΥ.

ΕΡΜΗΣ.

"In Ed. Ald. recensentur etiam ΓΗ et ΗΡΑΚΛΗΣ, quæ personæ ad Promethea Solutum fortasse pertinebant." BLOMFIELDIUS.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

ΚΡΑΤΟΣ.

Χθονος μὲν ἐς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον,
Σκύθην ἐς οἶμον, † ἄβατον εἰς ἐρημίαν.

1. ἐς pro εἰς ex Suid. et Schol. Aristoph. reposuerunt Blomf. Dind.

2. Σκύθην, pro Σκυθικὸν, ut inf. v. 425. Σκύθης ὅμιλος. v. 828. ποταμὸς Αἰθίοψ. γυνὴ Αἰθίοψ Frag. 303. Ἕλλην φάτις Ag. 1225. Ἕλλην χθὼν pro Ἑλληνικὴ, et plura ejusdem generis, de quibus videndus ante alios Hermannus ad Iph. Taur. 334. Est autem ea regio ita appellata per anachronismum, sive πρόληψιν historiæ, cum postea ab Herculis filio Scytha (Herod. IV. 10.) nomen acceperit, quod notavit Stanleius.

Ibid. ἄβατον vel ἄβατόν τ' omnes Æschyli libri. ἄβροτον Phavorinus, Eustathius, Schol. ad Hom. Il. Ξ. 78. et aliquot Suidæ codices in v. ἐριβρεμέτας. Sed quum frequentissima sit in hujusmodi vocibus literæ ρ interpolatio (vide ad Suppl. 283. Ag. 245.), facillime intelligitur causa variantis scripturæ; quare non major fides quatuor grammaticis tribuenda videtur, quam totidem Æschyli codicibus. ἄβροτον tamen receperunt Pors. Blomf. Dind., quod valeat, secundum Hesychium, ἀπάνθρωπον. Quæ tamen significatio longe diversa est ab Homerico sensu in νὺξ ἀβρότη, *divina nox* (vide Buttman. Lexil. in v. ἀμβρόσιος,) unde magis etiam dubium est an ἄβροτον aliter usurpaverit Æschylus, Homeri imitator. Frustra autem colligit Burgesius ex Scholiastæ explicatione, ἵνα ἀπαραμύθητος εἴη ὁ Προμηθεὺς, διὰ τοῦτο εἰς ἐκείνους τόπους ἄγουσιν—ἢ διὰ τὸ ἄγριον καὶ ἀπάνθρωπον τοῦ τόπου· ὅτι δὲ τοιοῦτος ὁ τόπος ἦν δῆλον ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν ἄβατον εἰς ἐρημίαν, legisse eum ἄβροτον: acute tamen ex optimorum librorum (Med. Rob.) lectione ἄβατόν τ' suspicatur veram scripturam esse ἄβροτόν τ' ἐρημίαν, cum magnopere offendat præpositio εἰς ter repetita. Nec tamen sensit Burgesius, cum Scholiastæ verba ὡς καὶ ὁ Σοφοκλῆς τὸ αὐτὸ περὶ Φιλοκτήτου λέγει (sc. βροτοῖς ἄστειπτος, v. 2.) ad ἄβροτον plane spectare putabat, ea revera multo aptius ad ἄβατον referri posse.—Ceterum hinc in proverbium abiit

Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς
ἅς σοι Πατὴρ ἐφεῖτο, τόνδε πρὸς πέτραις
ὑψηλοκρήμνοις τὸν λεωργὸν ὀχμάσαι
ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀρρήκτοις πέδαις.
τὸ σὸν γὰρ ἄνθος παντέχνου πυρὸς σέλας
θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν· τοιᾶσδέ τοι
ἁμαρτίας σφὲ δεῖ θεοῖς δοῦναι δίκην,
ὡς ἂν διδαχθῇ τὴν Διὸς τυραννίδα
στέργειν, φιλανθρώπου δὲ παύεσθαι τρόπου.
ΗΦ. Κράτος, Βία τε, σφῷν μὲν ἐντολὴ Διὸς

ἡ Σκυθῶν ἐρημία, Arist. Ach. 704. unde τῇ λύχνων ἐρημίᾳ Av. 1484.

3. Ἥφαιστε, σοὶ δέ. Vide Pors. ad Orest. 614.—ἐφεῖτο, *mandavit.* Od. XIII. 7. ὑμέων δ' ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἐφιέμενος τάδε εἴρω. Ajac. 116. τοῦτό σοι δ' ἐφίεμαι.—Πατὴρ, i.e. Ζεὺς, cum majuscula litera scribendum, ut inf. 17. 40.

5. ὑψηλοκρήμνοις. Vix putes huc respexisse Aristophanem, Nub. 1366. κᾆθ' οὗτος εὐθὺς εἶπεν, Ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς, ψόφου πλέων, ἀξύστατον, στόμφακα, κρημνοποιόν; *egone credam?* etc.

Ibid. λεωργόν. Hoc est, ῥᾳδιοῦργον, πανοῦργον, κακοῦργον, ut recte Hesychius, i.e. τὸν λείως καὶ εὐμαρῶς ἐργαζόμενόν τι, τὸν λίαν εὐχερῆ, ut dicit Demosth. Mid. p. 548. Inepta est etymologia a λεὼς, *populus.*

6. Insigne hic versus præbet exemplum, quam proni essent librarii etiam falsissima pro genuinis in suos codices transcribere, quippe qui consentiant in prava lectione ἀδαμαντίναις πέδῃσιν ἐν ἀρρήκτοις πέτραις, nisi quod πέδαις Robortellus. Causa erroris erat πέτραις in fine v. 4. Vera scriptura servata est apud Schol. Arist. Ran. 826.

7. Non intelligendum simpliciter τὸ σὸν ἄνθος, pro τὸν σὸν κόσμον, sed ita hoc cum πυρὸς conjungendum quasi non sequeretur σέλας, quod tanquam ἐκ παρέργου superadditum est. Nam πυρὸς ἄνθος ex Homero est, quem imitatur etiam Lucretius I. 900. *flos flammæ.* Quare non necessaria est Wakefieldii emendatio, quam recepit Burges. τὸ σὸν γὰρ, ἄνθος παντέχνου πυρὸς, σέβας.—παντέχνου, cujus ope omnes artes exercentur, τὴν ἔμπυρον τέχνην τὴν τοῦ Ἡφαίστου Plat. Protag. p. 321. κλέπτει Ἡφαίστου τὴν ἔντεχνον σοφίαν σὺν πυρί ibid. Confer inf. v. 262.

11. στέργειν, *tolerare,* ut ὡς στέργειν ἐμέ Antig. 292.

12. σφῷν (pro σφῷϊν) minime

ἔχει τέλος δή, κοὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι·
ἐγὼ δ' ἄτολμός εἰμι συγγενῆ θεὸν
δῆσαι βίᾳ φάραγγι πρὸς δυσχειμέρῳ.
πάντως δ' ἀνάγκη τῶνδέ μοι τόλμαν σχεθεῖν·
†ἐξωριάζειν γὰρ Πατρὸς λόγους βαρύ.
τῆς ὀρθοβούλου Θέμιδος αἰπυμῆτα παῖ,

genitivus, sed dativus est acquisitive positus, ut dicunt grammatici. Male Schol. ἡ μὲν παρὰ τοῦ Διὸς ἐντολὴ δι' ὑμῶν ἀγγελθεῖσά μοι ἔχει ἤδη τέλος. οὐδὲν ἐμποδών ἐστι τοῦ γενέσθαι καὶ πληρωθῆναι αὐτήν. Immo hoc dicit: Vobis quidem, quatenus ad vos pertinebat, Jovis mandata rata fiunt, nec quicquam jam restat impedimenti quo minus statim fiat summi patris voluntas, nisi quod mihi ipsi deest audacia ad tantum facinus aggrediendum. Ita enim intelligendum indicat particularum μὲν et δὲ ratio, quibus σφῷν et ἐγὼ diversam intentionem adsciscunt.—συγγενῆ non tam *cognatum, consanguineum,* quam *pariter atque ego divina stirpe ortum.*

16. σχεθεῖν Elmsl. Dind. Blomf. Libri σχέθειν. Satis manifestum videtur hunc esse aoristi infinitivum, quicquid statuas de ἀμυνάθω, διωκάθω, εἰργάθω, εἰκάθω, et similibus, quæ omnia quidem præsentis temporis esse debent, ut φλεγέθω, μινύθω, quoniam tamen diversam aoristi formam non habent, pro aoristis interdum usurpantur, ut Œd. Col. 1334. αἰτῶ πιθέσθαι καὶ παρεικαθεῖν, quemadmodum participium ἰὼν de præterito, præsente, et futuro tempore usurpari potest. Videndum igitur, an aoristi accentus, εἰκαθεῖν, potius quam præsentis, εἰκάθειν, appingi debeat. Et hæc, si recte memini, Dissenii fuit sententia de infinitivo σχέθειν. Idem fortasse de verbo ἔρομαι statuendum est, quod præsentis temporis esse videtur Pers. 952. Vide ad Theb. 75. Sed præsens σχέθω nusquam occurrit; reperitur autem soluta infinitivi forma σχεθέειν Il. XXIII. 466. ἀνσχεθέειν Od. V. 320. quæ quidem litem de hac voce inter viros doctos excitatam dirimere videtur. Confer ἰδέειν, φυγέειν, παθέειν, βαλέειν, etc. qualia passim apud Epicos leguntur.

17. Verum fortasse est εὐωριάζειν, quod ex Hesychio recepit Blomf. probante Dind. sed hic bene addit: "ἐξωριάζειν qui defendent, fortasse Hesychii glossa utentur, qua ἐπωριάζειν, verbum aliunde non cognitum, per μεριμνᾶν explicatur, cui oppositum esse possit ἐξωριάζειν." εὔωρος et εὐωριάζειν agnoscunt Etymol. M. et Photius, et probabile est formam ἐξωριάζειν hodie apud grammaticos repertam fuisse, si illis ex Æschylo innotuisset. Quare obelum appinxi.

ἄκοντά σ' ἄκων δυσλύτοις χαλκεύμασι
προσπασσαλεύσω τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ,
ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν
ὄψει, σταθευτὸς δ' ἡλίου φοίβῃ φλογὶ
χροιᾶς ἀμείψεις ἄνθος· ἀσμένῳ δέ σοι
ἡ ποικιλείμων νὺξ ἀποκρύψει φάος,
πάχνην θ' ἑῴαν ἥλιος σκεδᾷ πάλιν·
ἀεὶ δὲ τοῦ παρόντος ἀχθηδὼν κακοῦ
τρύσει σ'· ὁ λωφήσων γὰρ οὐ πέφυκέ πω.
τοιαῦτ' † ἀπηύρω τοῦ φιλανθρώπου τρόπου.

20. τόπῳ pro πάγῳ Med. Rob.

22. ὄψει, *senties.* Confer κτύπον δέδορκα, Theb. 100. τὴν σὴν θρασύτητα καὶ φωνὴν—θεωροῦντας, Dem. p. 577. Scilicet latior est usus verborum quibus corporis sensus indicantur, nec necesse est aliud verbum per figuram *zeugma* subintelligi.—σταθευτὸς, *lente tostus,* quo gravior ac diuturnior sit cruciatus. Arist. Ach. 1041. τὰς σηπίας στάθευε.

23. ἀσμένῳ, quia quævis vicissitudo levamen venit inter tormenta; μεταβολὴ πάντων γλυκὺ, Orest. 234. Butlerus laudat simillimum locum, Deuteron. xxviii. 67.—ποικιλείμων, *starry-kirtled,* ab εἶμα formatum tirones monuit Blomf. De ἀπο͞κρύψει vide ad Suppl. 617.

26. ἀεὶ Scholefieldius hic, αἰεὶ infra v. 42, quia scilicet sic in libris scriptum est. Sed constantior in alterutra forma fuisse putandus est poeta.

27. ὁ λωφήσων, sc. Hercules, nondum natus est. Nescit autem Vulcanus in fatis esse ut quisquam Promethea liberaturus sit; vide infra v. 790. itaque hoc temere, non consulto nec ἐκ προνοίας dicere putandus est. λωφάω plerumque intransitivum est, ut v. 384. Plat. Rep. x. § 15. ψυχὴν φιλοτιμίας λελωφηκυῖαν, et fortasse Od. ix. 460. κὰδ δέ κ' ἐμὸν κῆρ λωφήσειε κακῶν. Ajac. 61. ἐπειδὴ τοῦδ' ἐλώφησεν πόνου. A λόφος deductum putant grammatici, ut sit proprie *jugum demere.* Quod si verum, aut Æolica forma λόπφος longæ syllabæ originem dedit, aut eandem analogiam sequitur quam τρωπάω, στρωφάω, πωλέω, a τρέπω, στρέφω, πολέω, πωτάομαι, a πέτομαι, τρωχάω, a τρέχω, Od. vi. 318.

28. ἀπηύρω. De hac voce vide Buttmannum in Lexilogo, p. 152. Verte, *talia humanitatis præmia reportasti.* Sed ἐπηύρου, aor. 2. med. ab ἐπαυρίσκομαι, admodum

θεὸς θεῶν γὰρ οὐχ ὑποπτήσσων χόλον,
βροτοῖσι τιμὰς ὤπασας πέρα δίκης.
ἀνθ' ὧν ἀτερπῆ τήνδε φρουρήσεις πέτραν,
ὀρθοστάδην, ἄϋπνος, οὐ κάμπτων γόνυ·
πολλοὺς δ' ὀδυρμοὺς καὶ γόους ἀνωφελεῖς
φθέγξει· Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες·
ἅπας δὲ τραχὺς, ὅστις ἂν νέον κρατῇ.
ΚΡ. εἶεν· τί μέλλεις καὶ κατοικτίζει μάτην;
τί τὸν θεοῖς ἔχθιστον οὐ στυγεῖς θεὸν,
ὅστις τὸ σὸν θνητοῖσι προὔδωκεν γέρας;
ΗΦ. τὸ ξυγγενές τοι δεινὸν, ἥ θ' ὁμιλία.
ΚΡ. ξύμφημ', ἀνηκουστεῖν δὲ τῶν Πατρὸς λόγων
οἷόν τε πῶς; οὐ τοῦτο δειμαίνεις πλέον;
ΗΦ. ἀεί τε δὴ νηλὴς σὺ καὶ θράσους πλέως.

probabiliter restituit Elmsleius, habet enim liber Mediceus ἐπηύρω, et prorsus alia forma est ἀπαυράω, unde ἀπηύρα Pers. 929. et sæpius apud Epicos, quanquam cum altera confundit Blomfieldius in Glossario. Confer Hel. 469. τίν' αἰτίαν σχὼν, ἧς ἐπηυρόμην ἐγώ; Hom. Il. xv. 16. οὐ μὰν οἶδ' εἰ αὖτε κακορραφίης ἀλεγεινῆς πρώτη ἐπαύρηαι. Iph. Taur. 529. πρὶν γὰρ θανεῖν σε, τοῦδ' ἐπαυρέσθαι θέλω. ἀπηύρω si sanum est, geminam aoristi inflexionem, ἀπηυρόμην et ἀπηυράμην, ut εὑρόμην et εὑράμην, a verbo ἀπαυρίσκομαι arguit. Vulgatum defendit Buttmannus; sed obelo ut dubium notavi.

31. φρουρήσεις ut Antig. 892. οἴκησις ἀείφρουρος, *semper habitanda.* Confer inf. v. 146.

38. ὅστις προὔδωκεν, Latine exprimas *qui prodiderit.* Confer v. 778. Pers. 741. Nimirum sæpissime etiam de finita persona usurpatur relativum ὅστις, ubi causale est.

39. Meminerint tirones, plerumque in Æschyli libris σὺν, συγγενὲς, et similia, non ξὺν, ξυγγενὲς, etc. reperiri. Atticam formam ubique fere restituerunt critici, ex vett. inscriptionibus, ut aiunt. Qui tamen illud in medio reliquunt, an quod Ἀττικώτερον sit, idem etiam Æschylo magis conveniat; et præterea non satis animadverterunt, ne in Atticis quidem inscriptionibus constare scripturam. De quo vide Præfationem nostram.

42. αἰεί τε, vel γε, vel τι, vel

ΚΡ. ἄκος γὰρ οὐδὲν τόνδε θρηνεῖσθαι· σὺ δὲ
τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ πόνει μάτην.
ΗΦ. ὦ πολλὰ μισηθεῖσα χειρωναξία.
ΚΡ. τί νιν στυγεῖς; πόνων γὰρ, ὡς ἁπλῷ λόγῳ,
τῶν νῦν παρόντων οὐδὲν αἰτία τέχνη.
ΗΦ. ἔμπας τὶς αὐτὴν ἄλλος ὤφελεν λαχεῖν.
ΚΡ. ἅπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν·
ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.
ΗΦ. ἔγνωκα τοῖσδε κοὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω.
ΚΡ. οὔκουν ἐπείξει δεσμὰ τῷδε περιβαλεῖν,
ὡς μή σ' ἐλινύοντα προσδερχθῇ πατήρ;
ΗΦ. καὶ δὴ πρόχειρα ψάλια δέρκεσθαι πάρα.
ΚΡ. λαβών νιν, ἀμφὶ χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει

τοι, in libris veteribus legitur. ἀεί τε ita defendit Censor Mus. Phil. Cant. I. p. 240, ut τε pertineat ad νηλής, non ad ἀεί. Vide Theb. 192. 1067. ἀεί γέ τοι Stallbaum. ad Phæd. p. 63. init. Ceterum θράσος et αἰδὼς opponuntur, quorum hoc est *misericordia* (Angl. *mercy*), illud *crudelitas*. Sic fere αὐθαδής (*ruthless*) et αὐθαδία, 64. 79.

49. Dindorfius: *omnia facta, i. e. permissa, nobis sunt præterquam diis imperare.* Sensus est: Tu quidem vis alius fuisset hujus operis artifex; at cedendum necessitati, nam nobis subjectis nihil restat nisi parere, cum solus Zeus suo arbitrio agat. Tecta est oratio, ut quæ iniquior in Jovis imperium videri posset. Scilicet nemo vere ἐλεύθερος vocari potest, nisi qui non novit superiorem, ut Zeus; quod ceteris diis non contingit, quibus ipse Zeus superior est. Alia ratio, omnium fortasse optima, hæc est: *every thing has been achieved, except for the gods to hold rule;* h. e. hoc solum nobis non concessum est, ut Jovi imperemus quid fieri, quid non fieri debeat. ἐπράχθη hic revera valet *fieri potest;* quod enim semel factum est, idem iterum fieri plerumque licet. Sic Hom. εἰ δύναμαι τελέειν γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστί.

51. Transposuit Blomf. καὶ τοῖσδ' οὐδὲν, sed vulgatum tuetur Dindorfius ad Acharn. 884. ubi similiter legitur ἔκβαθι τῷδε κὴπιχαρίττα τῷ ξένῳ. Subest huic versui levis irrisio.

55. νιν, i. e. αὐτὰ, non αὐτόν. Sed verum videtur βαλών νιν ἀμφὶ χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει, ῥαιστῆρι θεῖνε.

ῥαιστῆρι θεῖνε, πασσάλευε πρὸς πέτραις.
ΗΦ. περαίνεται δὴ κοὐ ματᾷ τοὔργον τόδε.
ΚΡ. ἄρασσε μᾶλλον, σφίγγε, μηδαμῇ χάλα·
δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρον.
ΗΦ. ἄραρεν ἥδε γ' ὠλένη δυσεκλύτως.
ΚΡ. καὶ τήνδε νῦν πόρπασον ἀσφαλῶς, ἵνα
μάθῃ σοφιστὴς ὢν Διὸς νωθέστερος.
ΗΦ. πλὴν τοῦδ' ἂν οὐδεὶς ἐνδίκως μέμψαιτό μοι.
ΚΡ. ἀδαμαντίνου νῦν σφηνὸς αὐθάδη γνάθον
στέρνων διαμπὰξ πασσάλευ' ἐρρωμένως.
ΗΦ. αἰαῖ Προμηθεῦ, σῶν ὑπερστένω πόνων.

Sic ἀμφὶ πλευραῖς μασχαλιστῆρας βάλε v. 71. ἀμφίβληστρα v. 81.

57. οὐ ματᾷ, *non vanum est*, ut Theb. 37. Eum. 137. Formatur a μάτη, unde adverbium μάτην, ut λημάω a λήμη, et proprie significare videtur *vanitate affici*. Blomfieldius interpretatur *non moratur*, Hesychius enim explicat χρονίζει. Sed ματάω, ματάζω, (Ag. 966.) et ματαΐζω idem valent. Photius: ματαΐσαι: μαται. Legendum videtur ματᾶν.

58. σφίγγω communem originem habere cum Latino *fingo*, ut *tingo* a τέγγω, apertum est. Mireris Blomfieldium, virum peritissimum, de σφῆν' ἄγω, σφήνγω, serio scribentem. Proprie σφίγγειν idem significat quod nostrum verbum *to squeeze*: ut *fingere* de compresso luto vel cera usurpatur.

59. πόρους ex Marcellino in vit. Thucydidis et Schol. ad Equit. 759. reposuerunt Blomf. Dind. sine idonea causa. Confer Frag. incert. 23. ed. Scholef. σὺ δ' ἀμαχανίας πόρον εἶδες (lege εὗρες) ἐν ἄλγεσι.

65. διαμπὰξ, *penitus transfixum*, adverbium fortasse ex πήγνυμι compositum. Suppl. 921. τῶνδ' ἐφήλωται τορῶς γόμφος διαμπάξ. Dixerit fortasse aliquis, non hic intelligendum videri, ferrum penitus per præcordia adactum esse, quod utique hominem utcunque immortalem occidisset; sed potius *trans medium pectus insertum*, ut in scopuli fissura (φάραγγι, v. 15.) juxta oceanum coarctatus, illæso corpore, supplicium subire putetur. Sed nihil profuerit veram vocis sententiam interpretando pervertere; nam vivere potuit etiam clavis pertusus qui quotidie a vulture eviscerabatur.

66. σῶν ὕπερ Dind. quod nolim contra libros receptum.

ΚΡ. σὺ δ' αὖ κατοκνεῖς, τῶν Διός τ' ἐχθρῶν ὕπερ
στένεις· ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτέ.
ΗΦ. ὁρᾷς θέαμα δυσθέατον ὄμμασιν.
ΚΡ. ὁρῶ κυροῦντα τόνδε τῶν ἐπαξίων.
ἀλλ' ἀμφὶ πλευραῖς μασχαλιστῆρας βάλε.
ΗΦ. δρᾶν ταῦτ' ἀνάγκη, μηδὲν ἐγκέλευ' ἄγαν.
ΚΡ. ἦ μὴν κελεύσω, κἀπιθωΰξω γε πρός.
χώρει κάτω, σκέλη δὲ κίρκωσον βίᾳ.
ΗΦ. καὶ δὴ πέπρακται τοὔργον οὐ μακρῷ πόνῳ.
ΚΡ. ἐρρωμένως νῦν θεῖνε διατόρους πέδας,
ὡς οὑπιτιμητής γε τῶν ἔργων βαρύς.
ΗΦ. ὅμοια μορφῇ γλῶσσά σου γηρύεται.
ΚΡ. σὺ μαλθακίζου, τὴν δ' ἐμὴν αὐθαδίαν
ὀργῆς τε τραχύτητα μὴ 'πίπλησσέ μοι.

67. αὖ. Non est *iterum*, quasi respiciat v. 36, sed *aliter atque ego facio*. Non recte post στένεις interrogationis nota ponitur. Confer v. 762. σὺ δ' αὖ κέκραγας κἀναμυχθίζει· τί που δράσεις, κ. τ. λ. et vide ad Ag. 1221.

73. Anglice vertas: *Yea, but I will urge, aye, and set you on him too!* Vehementissimam vim habet verbum venaticum ἐπιθωΰσσειν, quod proprie est κύνας ἐπὶ θῶας (contracta est θὼς, *a jackall*, a θοὸς,) ἐπισίζειν. Confer v. 285.

76. διατόρους. τὰς διαπειρούσας καὶ τιτρωσκούσας, Schol. Ang. *galling*; nisi clavis etiam transfixos habuit pedes, ut sit θεῖνε ὥστε εἶναι διατόρους τὰς πέδας. Quicquid enim constringit ac colligat pedes πέδη dici potest, licet non sit pedibus circumdatum. Cic. Tusc. Q. II. x. Prometheus dicit "hos ille cuneos fabrica crudeli *inserens, perrupit* artus." Primum autem distentas manus, deinde pectus, tum ventrem (v. 71), mox ad inferiora membra descendens crura, denique pedes etiam scopulo adfigit Vulcanus.

77. ἐπιτιμητὴς βαρὺς, idem quod εὔθυνος βαρὺς, Pers. 824. proprie ὁ ἐπιβάλλων τὸ τίμημα. Soph. Frag. 478. κολασταὶ κἀπιτιμηταὶ κακῶν. ἐπιτιμήτωρ, *vindex, patronus*, Od. IX. 270. τὸ ἐπιτίμιον, Theb. 1015.

80. Malis fortasse μὴ 'πίπλησσ' ἐμοὶ, propter præcedens σύ. Sed idonea personæ emphasis est in τὴν δ' ἐμήν.

ΗΦ. στείχωμεν, ὡς κώλοισιν ἀμφίβληστρ' ἔχει.
ΚΡ. ἐνταῦθά νυν ὕβριζε, καὶ θεῶν γέρα
συλῶν, ἐφημέροισι προστίθει. τί σοι
οἷοί τε θνητοὶ τῶνδ' ἀπαντλῆσαι πόνων;
ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα
καλοῦσιν· αὐτὸν γάρ σε δεῖ Προμηθέως,
ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσει τέχνης.
ΠΡ. ὦ δῖος αἰθὴρ, καὶ ταχύπτεροι πνοαὶ,
ποταμῶν τε πηγαὶ, ποντίων τε κυμάτων
ἀνήριθμον γέλασμα, παμμῆτόρ τε γῆ,

82. Vulgo νῦν. Hunc locum respexit Arist. Thesm. 1001. ubi barbarus Scytha exclamat ἐνταῦτά νυν οἴμωξι πρὸς τὴν αἰτρίαν. Adde Hom. Od. XVIII. 105. ἐνταυθοῖ νυν ἧσο, σύας τε κύνας τ' ἀπερύκων. Il. XXI. 122. ἐνταυθοῖ νυν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν. Comparat Censor Phil. Mus. Cant. I. p. 227. Vesp. 149. ἐνταῦθά νυν ζήτει τιν' ἄλλην μηχανήν. Plut. 724. ἐνταῦθά νυν κάθησο. Falsam cavillationem commentus est Burgesius, ἐνταῦθα nunquam initio novi sermonis inveniri; vide Thesm. 1001. Rationem saltem dare debebat, quare non possit sic stare.

86. Προμηθέως. Proverbialiter dictum, quia aliquis ad incitas redactus perhibebatur δεῖσθαι Προμηθέως. Unde etiam Προμηθεὺς ἀρχὴ Suppl. 680, si sana est lectio. Vide Donaldson ad Pind. Ol. VII. 44. Structuræ δεῖ σέ τινος pro δεῖ σοί τινος antiquissimum hoc exemplum putat Porsonus ad Orest. 659. At præiverat Homerus, Od. XXII. 377. ὄφρ' ἂν ἐγὼ κατὰ δῶμα πονήσομαι ὅττεό με χρή. Ib. III. 14. οὐ χρή σε αἰδοῦς. IV. 463. τέο σε χρή; Il. X. 43. χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σέ.

87. τῆσδε cum emphasi pronuntiandum est. Etsi ipse es admodum artificiosus et solers, vide tamen ne hanc artem non possis elabi. τύχης pro τέχνης aliquot libri bonæ notæ, non item Mediceus, ut conjecit Burges. qui non recte putat Robortelli editionem ex eo codice expressam esse, a quo lectiones sæpe præbet diversissimas. Vide ad v. 108.

88. Indignationem Prometheus nunc tandem, remotis tortoribus, per invocationem elementorum effundit, injusti supplicii testes nobilissima oratione appellans.

90. ἀνήριθμον γέλασμα, celebris admodum locutio, quam sui juris fecerunt plures post Æschylum poetæ, inter quos Lucretius in pul-

καὶ τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου καλῶ·
ἴδεσθέ μ', οἷα πρὸς θεῶν πάσχω θεός.
δέρχθηθ' οἵαις αἰκίαισιν
† Ἀραβίας τ' ἄρειον ἄνθος, ἀντιστρ. β'.

416. *στένουσι* Med. Rob. alii: vulgo *στένουσα*. Pluralis numerus post *λέλακε* minus durus est propter sequens *ὁπόσοι*. Plenius etiam post *χώρα* interpunximus.—*ξυνομαίμονες* sunt Titanes.

419. *ἔποικον ἕδος*, i.e. *ἐποικίαν*, Asiæ Minoris colonias. *ἁγνὴ* poetice dicitur Asia quasi esset persona. Vide ad Pers. 498. Sensus est, omnes Asiæ, Scythiæ, Caucasi, accolæ, etiam Amazones (cf. v. 742.), tuæ sortis miserentur, ut qui circa easdem tecum regiones habitantes tui cruciatus conscii sint.

424. *παρθένοι*, sc. Amazones. *μάχας* accusativus, non genitivus casus est, monente Dind. Confer *δεινοὶ μάχην* Pers. 27. *ἐν δαΐοις ἄτρεστον μάχαις* legitur Ajac. 365.

428. Corruptum esse nomen *Ἀραβίας* certum videtur. Quodcunque statuas de vulgatæ lectionis integritate, vel ex hoc uno argumento manifestum est Arabiam non esse regionem sic vulgo appellatam, quod delendam esse particulam *τε* in proximo versu postulat metrum: quare nisi alteram Arabiam *πέλας Καυκάσου* fuisse demonstratum sit (conaturque id demonstrare Butlerus ex Hor. Od. I. xxxv. 40. ubi *Massagetas Arabasque* una memorat poeta, sed vide ibid. Orellium), omnino necesse est *Ἀραβίας* ut corruptum damnare. Magnopere placet ingeniosa Burgesii emendatio *Ἀβάριές τ'*, qui citat Suidam in v. *Ἄβαρις*, et Eustath. ex Herod. IV. 36. *εἰσί τινες ὑπερβόρεοι, οὕτω δὲ καὶ ὑπερνότιοι. καὶ ὅτι ὁ Ἄβαρις ὁ ὑμνούμενος ὑπερβόρειος ἦν, ὃς οὐδέν γε σιτεῖσθαι λέγεται, καὶ τὸν οἰστὸν περιφέρειν κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν*, monetque quodammodo congruere mentionem *τῶν ὀξυπρῴρων αἰχμῶν* cum ista Abaridis sagitta. Malim equidem *Ἀβαρέων τ'*, sed parum refert vocis forma, modo veram vocem assequamur. Ce-

ὑψίκρημνόν [θ'] οἳ πόλισμα
Καυκάσου πέλας νέμονται,
δάϊος στρατὸς, ὀξυπρῴροισι βρέμων ἐν αἰχμαῖς.

μόνον δὴ πρόσθεν ἄλλον ἐν πόνοις δαμέντ' † ἀδαμαντοδέτοις [ἐπῳδ.
Τιτᾶνα λύμαις εἰσιδόμαν θεὸν
Ἄτλανθ', ὃς αἰὲν
ὑπέροχον σθένος κραταιὸν
οὐράνιόν τε πόλον
νώτοις ὑποστενάζει.
βοᾷ δὲ πόντιος κλύδων

terum v. 426, glyconeus est, ut Cho. 778. δίδυμα καὶ τριπλᾶ παλίμποινα θέλων ἀμείψει. Suppl. 530.

434. ἀκαμαντοδέτοις omnes præter unum librum. Confer v. 152. Recte tamen observat Burgesius, Promethea quidem, sed non item Atlanta, adamantinis catenis fuisse illigatum. Voluisse videtur poeta δαμέντ' ἐν πόνοις, ὥ'σ σὺ ἐν ἀδαμαντοδέτοις λύμαις, nisi ex Hes. Theog. 519. ἀκαμάτῃσι χέρεσσι vulgatum effinxit.

435. θεὸν Rob. cum duobus MSS. θεῶν vulgo.

436. Ἄτλαν Dindorfius, qui similes formas Αἴαν, Θόαν, laudat ex Chæробоsco. Sed vix intelligo causam mutandi.—ὑπέροχον Herm. Blomf. Dind. Libri ὑπείροχον. Non sine magna probabilitate Burgesius legendum censet ὑπείροχον σθένος χθονὸς κραταιὸν, cujus versus metrum esset ut inf. 922. Conjectura non absimili γᾶς post κραταιὸν inseruit Dindorfius. Fortasse tamen ferri potest quod tentavit Scholefieldius, σθένος κραταιὸν πόλον τε pro σθένος πόλου, quanquam ea structura minime Æschylea est. Sed longe audacior est νώτοις ὑποστενάζει, quo exprimitur ægra et gemebunda impositi oneris sustentatio. Verissimam tamen esse hanc lectionem, ideoque falsam Hermanni conjecturam ὑποστεγάζει, docent sequentia, quibus significatur elementa ac Tartarum ipsum concinere (ξυμπίτνειν) cum Atlantis gemitu. Neque enim hæc facile ex v. συγκάμνουσι sup. 421. continuantur, ita ut de Prometheo accipienda sint, interposita narratione de simili Atlantis casu. Illud potius dici crediderim, ipsam terram, mare, fluvios, Atlantis casu ingemiscere, quemadmodum Asia aliæque regiones Promethea lugeant supplicio affectum.

ξυμπίτνων, στένει βυθὸς,
κελαινὸς δ' ἄϊδος ὑποβρέμει μυχὸς γᾶς,
παγαί θ' ἁγνορύτων ποταμῶν στένουσιν ἄλγος οἰκτρόν.

ΠΡ. μή τοι χλιδῇ δοκεῖτε μηδ' αὐθαδίᾳ
σιγᾶν με· συννοίᾳ δὲ δάπτομαι κέαρ,
ὁρῶν ἐμαυτὸν ὧδε προυσελούμενον.
καίτοι θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις γέρα
τίς ἄλλος ἢ 'γὼ παντελῶς διώρισεν;
ἀλλ' αὐτὰ σιγῶ· καὶ γὰρ εἰδυίαισιν ἂν
ὑμῖν λέγοιμι. τἀν βροτοῖς δὲ πήματα
ἀκούσαθ', ὥς σφᾶς, νηπίους ὄντας τὸ πρὶν,

441. ἄϊδος adjectivum esse videtur, ut ἄϊς γῆ sit terra quæ non cernitur. Homerus enim δῦν' ἄϊδος κυνέην, (Angl. *cap of invisibility.*) Sed libenter deleverim γᾶς, quod nec sententia nec metrum desideraret.

442. ἁγνορύτων Heathius pro ἁγνορρύτων. Confer ἀμφίρυτος Ajac. 134. καλλίροον Od. XVII. 206. et vide sup. ad v. 243.

Ibid. ἄλγος. Atlantis, non Promethei, si recte intelligo.

Metra Epodi hæc esse videntur. 1. Antispastico-dactylicum vocare liceat. 2. Dactylicum, præmissa penthemim. iambica. 3. Penthemimeris iambica. 4. Trochaicum. 5. Dactylicum. 6. Iambicum. 7. Idem. 8. Trochaicum. 9. Dochmiacum cum longa syllaba. 10. Dactylico-trochaicum. Longe aliter sex priores versus distribuunt Dindorfius aliique editores.

446. Plerique libri et hic et Ran. 730. προσελούμενον præbent. Formam vocis veteribus etymologis parum intellectam nuper explicavit Buttmannus in Lexilogo, qui ad radicem πρὸ et ἕλω, σϜέλω, *proculcare,* retrahit, ut *suavis* ab ἁδὺς formatur. Ejusdem familiæ sunt εἰλεῖν, σφάλλειν, σφέλας, et antiquissimam formam fuisse εἰλεῖν manifestum est ex εἴλη et εἱλίσσειν.

450. Pro πήματα Vir doctus in Mus. Phil. Cant. I. p. 687. corrigi vult εὑρήματα. Sed nulla causa mutationis est; nam si in sequentibus narratur quomodo ignorantia laborarent mortales atque omnia temere miscerent, antequam Prometheus opem attulisset, hi casus et hæc eorum infortunia rectissime dicuntur τὰ ἐν βροτοῖς πήματα.

ἔννους ἔθηκα καὶ φρενῶν ἐπηβόλους.
λέξω δὲ, μέμψιν οὔτιν' ἀνθρώποις ἔχων,
ἀλλ' ὧν δέδωκ' εὔνοιαν ἐξηγούμενος·
οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην,
κλύοντες οὐκ ἤκουον· ἀλλ' ὀνειράτων
ἀλίγκιοι μορφαῖσι τὸν μακρὸν χρόνον
ἔφυρον εἰκῆ πάντα, κοὔτε πλινθυφεῖς
δόμους προσείλους ᾖσαν, οὐ ξυλουργίαν·
κατώρυχες δ' ἔναιον, ὥστ' ἀήσυροι

453. μέμψιν οὔτιν' ἀνθρώποις ἔχων, *non parvi pendens homines;* sive malis, *non efficere volens, ut mala de hominibus opinio concipiatur propter infirmitatem et inscitiam eorum.* Nam ἔχων valet fere παρέχων. Vide Donaldson ad Pind. Isthm. III. 54. ubi eodem sensu legitur μομφὰν ἔχων.

454. ὧν δέδωκ' εὔνοιαν, sc. ἐκείνων ἃ δέδωκα, gratiam et benevolentiam eorum munerum quæ iis largitus sum.

456. Confer Cho. 5. κλύειν, ἀκοῦσαι, et ibi notata. Hom. Il. XV. 128. οὔατ' ἀκουέμεν ἔστι, νόος δ' ἀπόλωλε.

457. βίον pro χρόνον libri longe plurimi. Plat. Phæd. §. 105. ἄλλον τρόπον αὐτὸς εἰκῆ φύρω.

459. προσείλους, proprie *ad solem conversos,* ab εἵλη, *radius,* hic respicit contrarium ἀνηλίοις v. 461, et nihil aliud quam *apricos* significat.—ᾖσαν pro ᾔδεσαν. Vide Buttmann. *Irregular Verbs,* in v. εἴδω, p. 78.

460. ἀήσυροι, *parvi, pusilli,* Angl. *tiny.* Suidas: ἀήσυρον, τὸ λεπτὸν, τὸ μετέωρον καὶ κοῦφον, τὸ ἐλαφρὸν, παρὰ τὸ ἀέρι σύρεσθαι, et sic Apollonius, Lex. Hom. ἀήσυρον, κοῦφον, τὸ οἷόν τε ὑπ' ἀνέμου σύρεσθαι, τουτέστι ὑπὸ τῆς ἀήτης, τῆς ἀνέμου πνοῆς. Alii ab ἀεὶ et σύρω deducunt, quia formica *semper trahit* ore quodcunque potest, atque addit acervo. Vox fortasse Æolica est; sed dubiæ admodum etymologiæ, nam prior syllaba in σύρω producitur. An terminatio tantum in -υρος, ut ἁλμυρὸς, hanc formam effecerit, nescimus. ἀείσυροι libri fere omnes, quæ fortasse forma Atticæ dialecto convenientior erat; confer similem varietatem inter προσείλους et προσήλους in vett. libris v. 459. ut et κειρύλος pro κηρύλος dicebant. (Schol. ad Arist. Av. 299.) Crediderim tamen ἀήσυρος communem originem habere cum εὖρος (ἠ-υρος), ζέφυρος, (ζοφ-υρος, i. e. ἐκ ζόφου,) ἄ-υρα, αὔρα. Ut enim his prior syllaba v. ἀὴρ, ἠὼς, vel ἀὼς, radix est, sic ab ἀήτης, *spiritus,* ἀήτ-υρος, *ventosus,*

μύρμηκες, ἄντρων ἐν μυχοῖς ἀνηλίοις.
ἦν δ᾽ οὐδὲν αὐτοῖς οὔτε χείματος τέκμαρ,
οὔτ᾽ ἀνθεμώδους ἦρος, οὔτε καρπίμου
θέρους βέβαιον· ἀλλ᾽ ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν
ἔπρασσον, ἔς τε δή σφιν ἀντολὰς ἐγὼ
ἄστρων ἔδειξα, τάς τε δυσκρίτους δύσεις.
καὶ μὴν ἀριθμὸν, ἔξοχον σοφισμάτων,
ἐξηῦρον αὐτοῖς, γραμμάτων τε συνθέσεις,
μνήμην θ᾽, ἁπάντων μουσομήτορ᾽ † ἐργάνην·
κἄζευξα πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα
ζεύγλαισι δουλεύοντα· σώμασίν θ᾽ ὅπως
θνητοῖς μεγίστων διαδόχοι μοχθημάτων

quod in ἀήσ-υρος transivit, notissima analogia. Vide Müller, Dor. II. p. 499. De alite proprie usurpatur hæc vox in loco ex Suida citato in Blomf. gloss. ad v. 32.

465. ἀντολὰς, scil. ad tempestatum spatia dignoscenda. Unde Ag. 7. ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν. Vide Mus. Phil. Cant. I. p. 21. ἄτερ γνώμης, temere, sine judicio, sine facultate percipiendi, sine cura digerendi.

467. ἀριθμόν, arithmeticam, quam artium præstantissimam censebant boni Pythagorei.—γραμμάτων συνθέσεις, literarum compositiones, sc. artem qua per singulas literas diverso ordine conjunctas exprimitur animi sententia. Sic sæpe συντιθέναι, ut Suppl. 63. ἐγγεγραμμένην ξυνθήματα Trach. 158.

469. ἐργάτιν vulgo. Sed ἐργάνην Blomf. Dind. alii ex Stobæo, eandemque lectionem olim in Mediceo scriptam videri testatur Dindorfius. ἐργάτις veteribus plerumque πόρνη significabat, vel saltem *mercenaria*, ut Pind. Isthm. II. 6. Sensus hic esse videtur: et memoriam, quæ in omnibus efficiendis Musarum mater est; i. e. quæ μουσικὴν, artem et scientiam, in omnibus adhibet. Vel simpliciter Memoria dicitur omnium effectrix, quia sine memoria nihil servari, nihil ad finem perduci potest. In epitheto μουσομήτορα eleganter alludit ad Mnemosynem Musarum matrem, monente Schützio. Confer Hesiod. Theog. 916.

472. διαδόχοι (διάδοχοι edd.) *vicarii*, i. e. successores, adjutores. Citat Schützius frag. Prom. Solut. 180. ubi jumenta vocantur ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα.—γένοινθ᾽ pro γένωνθ᾽ Brunckius. Vide ad v. 210. Falluntur autem, qui docent ζυγὸν et ζεύγλην synonyma esse.

γένοινθ', ὑφ' ἅρματ' ἤγαγον φιληνίους
ἵππους, ἄγαλμα τῆς ὑπερπλούτου χλιδῆς.
θαλασσόπλαγκτα δ' οὔτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ
λινόπτερ' ηὗρε ναυτίλων ὀχήματα.
τοιαῦτα μηχανήματ' ἐξευρὼν τάλας
βροτοῖσιν, αὐτὸς οὐκ ἔχω σόφισμ', ὅτῳ
τῆς νῦν παρούσης πημονῆς ἀπαλλαγῶ.
ΧΟ. πέπονθας αἰκὲς πῆμ' · ἀποσφαλεὶς φρενῶν
πλανᾷ, κακὸς δ' ἰατρὸς ὥς τις, ἐς νόσον
πεσὼν ἀθυμεῖς, καὶ σεαυτὸν οὐκ ἔχεις
εὑρεῖν ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμος.
ΠΡ. τὰ λοιπά μου κλύουσα θαυμάσει πλέον,
οἵας τέχνας τε καὶ πόρους ἐμησάμην.
τὸ μὲν μέγιστον, εἴ τις ἐς νόσον πέσοι,
οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον,

Quid differant optime intelligent tirones ex libro utilissimo, *Dictionary of Antiquities*, p. 534. ζυγὸν scilicet erat transversum ac leviter incurvatum tignum, equorum et boum cervicibus impositum, ad quas aptabatur vel ζεύγλαις, *collaribus*, quæ collo circumdata erant, vel λεπάδνοις, *loris*, quibus ad collum alligabatur. Vide Pers. 193. Confer autem Hom. Il. XIX. 406. πᾶσα δὲ χαίτη ζεύγλης ἐξεριποῦσα παρὰ ζυγὸν οὖδας ἵκανεν. Ag. 1617.

474. Scholiasta: τὸ γὰρ ἐποχεῖσθαι τοῖς ἵπποις πλουσίων ἐστί. Sumptuosa admodum habebatur ἡ ἱπποτροφία, unde οἰκίη τεθριπποτρόφος ex Herod. VI. 35. laudat Blomf. Sic Demosth. adv. Phænippum, p. 1046. ἱπποτρόφος ἀγαθός ἐστι καὶ φιλότιμος, ἅτε νέος καὶ πλούσιος καὶ ἰσχυρὸς ὤν.

476. ὀχήματα de navibus Suppl. 32. λινόπτερα ibid. 126. et 714.

480. Male vulgo interpungitur hic locus. Sensus est: turpe tibi et inhonestum est quod pateris: qui errasti quidem, nec tamen errorem corrigere aut potes aut curas. Post πλανᾷ intelligendum est μέν, ut sæpe. Vide ad Theb. 50. — αἰκὲς pro ἀεικὲς Porsonus. Infra tamen v. 533. habemus solutam formam ἀεικεῖς. Vide ad Pers. 472.

487—8. οὐδὲ pro οὔτε libri fere omnes; sed recte videntur Blomf. et Dind. οὔτε utrique loco resti-

οὐ χριστὸν, οὔτε πιστόν· ἀλλὰ φαρμάκων
χρείᾳ κατεσκέλλοντο, πρίν γ' ἐγὼ σφίσιν
ἔδειξα κράσεις ἠπίων ἀκεσμάτων,
αἷς τὰς ἁπάσας ἐξαμύνονται νόσους.
τρόπους τε πολλοὺς μαντικῆς ἐστοίχισα,
κἄκρινα πρῶτος ἐξ ὀνειράτων ἃ χρὴ

tuisse. Comparat Dind. Orest. 46. μήθ' ἡμᾶς στέγαις, μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα. Supra 458—9. Theb. 45. Œd. Col. 972. ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρὸς, οὐ μητρὸς εἶχον. De quinque medicamentorum generibus, quæ sunt πότιμα vel πιστὰ, (Angl. *draughts,*) ἐπίπαστα, *aspergenda,* (*powders,*) βρώσιμα, *comedenda,* ἔγχριστα, *inungenda,* (*embrocades,*) καταπλαστὰ, Arist. Plut. 717, (*plaisters, poultices,* etc.) vide omnino doctissimam Blomfieldii dissertationem in Glossario. Addit Burgesius ὀσφραντὰ, (*scents,*) et εἴσφρητα, (*injections,*) recteque distinguit inter medicos, (*physicians,*) qui his omnibus utebantur, chirurgos (*surgeons,*) quibus propria erat τομὴ et καῦσις (cf. Ag. 822.) et empiricos, (*quacks,*) qui ad ἐπῳδὰς, μαγεύματα, γοητείας, et περίαπτα (*amulets,*) confugiebant. Unde Soph. Ajac. 581. οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι. Observandum præterea est, quoties metaphoras a scientia medicinæ mutuatus sit noster poeta. Exempla quædam apponere fortasse non pigebit. Supra 481. 386—8. Ag. 821. ὅτῳ δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων παιωνίων, ἤτοι κέαντες ἢ τεμόντες εὐφρόνως πειρασόμεσθα πῆμ' ἀποστρέψαι νόσου. Cho. 462. δώμασιν ἔμμοτον τῶνδ' ἄκος. Eum. 179. παίδων κακοῦται χλοῦνις, ubi κακοῦσθαι medicorum vocabulum esse videtur, quo sæpe utitur Hippocrates. Ag. 1378. τί κακὸν, ὦ γύναι, χθονοτρεφὲς ἐδανὸν, ἢ ποτὸν πασαμένα ῥυτᾶς ἐξ ἁλὸς ὄρμενον; Prom. 507. ἐξομματόω et ἐπάργεμα vide not. Ag. 17. Cho. 530. Suppl. 264. ἐντέμνειν ἄκος et ἄκος τομαῖον.

489. Notanda in κατεσκέλλοντο imperfecti temporis significatio. Est autem σκέλλω *arefacio, exsicco,* unde deducitur nostrum vocabulum *skeleton.* Cf. Il. XXIII. 191.—πρίν γ' libri optimi. Vulgo πρὶν, de cujus vocis mensura vide ad v. 789. σφίσιν pro αὐτοῖς, ut σφιν v. 465, ex usu epicorum.

491. ἐξαμύνονται, *quibus nunc homines a se arcere solent omnes morbos.* Quod dedit Blomf. ἐξαμύνωνται, vide ne Latina potius quam Græca structura sit.

492. τρόπους τε Med. Reliqui τρόπους δέ.

ὕπαρ γενέσθαι, κληδόνας τε δυσκρίτους
ἐγνώρισ' αὐτοῖς· ἐνοδίους τε συμβόλους
γαμψωνύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν σκεθρῶς
διώρισ', οἵτινές τε δεξιοὶ φύσιν,
εὐωνύμους τε, καὶ δίαιταν ἥντινα
ἔχουσ' ἕκαστοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους τίνες
ἔχθραι τε καὶ στέργηθρα καὶ ξυνεδρίαι·
σπλάγχνων τε λειότητα, καὶ χροιὰν τίνα
ἔχοντ' ἂν εἴη δαίμοσιν πρὸς ἡδονὴν,
χολῆς λοβοῦ τε ποικίλην εὐμορφίαν.

494. κληδόνας, omina per voces subitaneas intellecta, quæ plerumque dicebantur φῆμαι. Hujusmodi generis sunt *aery tongues, that syllable men's names, on sands, and shores, and desert wildernesses.* Miltonus in Como.

495. ἐνοδίους συμβόλους, Angl. *objects first met on a journey.* Suppl. 496. καὶ συμβόλοισιν οὐ πολυστομεῖν χρεών, ubi vide notata.

498. εὐωνύμους τε, i. e. καὶ οἵτινες εὐώνυμοι, *tristes, lævi.* Hom. Il. XII. 238. τῶν (sc. οἰωνῶν) οὔ τι μετατρέπομ' οὐδ' ἀλεγίζω, εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοί γε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

500. ξυνεδρίαι, *consessus*; contraria vox erat διεδρία, utraque autem auguralis, monente Abreschio, qui bene laudat Arist. Hist. Anim. 9. 1. τὰς διεδρίας, καὶ τὰς συνεδρίας οἱ μάντεις λαμβάνουσι, δίεδρα μὲν τὰ πολέμια τιθέντες, σύνεδρα δὲ τὰ εἰρηνεύοντα πρὸς ἄλληλα. Unde hic clarius intelligimus quæ præcedunt, ἔχθρας καὶ στέργηθρα avium.

501. λειότης. Rugosum scilicet et exile jecur infaustum habebatur; contra autem lubricum, plenum, leve, εὐτραφὲς, deorum favorem portendebat. Cic. de Div. II. 13.

502. πρὸς ἡδονὴν, i. e. ἡδέως, scil. ἡδέα. Vide ad Ag. 278. Respicit in his verbis τὸ καλλιερεῖσθαι. Sensus est, Quemnam colorem habentia, deorum portenderent benevolentiam. Ad ἔχοντα enim manifesto supplendum est τὰ σπλάγχνα, quod tamen non vidit supplendum G. Burges.

503. Adeo dura est copulæ omissio si καὶ εὐμορφίαν χολῆς λοβοῦ τε intelligas, ut rectius εὐμορφίαν per epexegesin ad λειότητα adnectas. λοβὸς, *jecur*, si ποικίλος (Angl. *streaked*) et εὔμορφος erat, familiaris putabatur; si omnino deesset visceribus, triste omen habitum est. Laudat Blomf. Eur. El. 826. λοβὸς μὲν οὐ προσῆν σπλάγχνοις.

κνίσῃ τε κῶλα συγκαλυπτὰ καὶ μακρὰν
ὀσφῦν πυρώσας δυστέκμαρτον εἰς τέχνην
ὥδωσα θνητούς· καὶ φλογωπὰ σήματα
ἐξωμμάτωσα, πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα.
τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτ'· ἔνερθε δὲ χθονὸς
κεκρυμμέν' ἀνθρώποισιν ὠφελήματα,
χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε, τίς
φήσειεν ἂν πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμοῦ;
οὐδεὶς, σάφ' οἶδα, μὴ μάτην φλῦσαι θέλων.
βραχεῖ δὲ μύθῳ πάντα συλλήβδην μάθε,
πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως.
ΧΟ. μή νυν βροτοὺς μὲν ὠφέλει καιροῦ πέρα,

Addit Griffiths ex Cic. de Div. II. 13. "caput jecoris ex omni parte diligentissime considerant; si vero id non est inventum, nihil putant accidere potuisse tristius."

504. κνίσῃ συγκαλυπτά. Confer Antig. 1011. Ad ὀσφῦν, (Angl. the *chine*,) vide Arist. Pac. 1053. et ibi Schol. Vulgo autem ὀσφύν. Ridicule hic Burgesius: "Cur *longam* dicit? Subest certe error." Respondeat quivis puer, "Quia longam fecit Natura." Sed totum locum perverse intellexit et mutando corrupit Vir ille ἀκορεστότατος.

505. τέχνην, sc. τὴν τῶν ἐμπύρων.—φλογωπὰ σήματα de ignispicio intellige; vide Eur. Phœn. 1255.—ἄργεμος vel ἄργεμον oculi morbus erat, λεύκωμα, (nostris medicis vocatur *cataract*,) et ἐξομματοῦν significat oculos increscente hoc vitio purgare. Cf. Suppl. 463. Cho. 839. Arist. Plut. 635. ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας, quod ex Phineo Sophoclis sumptum monet Schol. Hesych. ἀργέματα· τὰ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν λευκώματα. Vide eundem in ἐπάργεμος.

512. *Nisi qui velit inepte garrire.* φλῦσαι, a φλύω, Angl. *to babble*, proprie de aqua dicitur. Cf. Theb. 658. Hinc deducitur Latinum *fluo*.

515. Sensus est; μή νυν, βροτοὺς ὠφελῶν, h.e. ὠφελήσας, σαυτοῦ ἀκήδει. Non monuissem, nisi graviter errasset Burgesius, qui seorsum accipiens μὴ νῦν ὠφέλει quærit quomodo *nunc* Prometheus mortales adjuvare potuerit.—πέρα καιροῦ, *ultra scopum*, i.e. justum modum. De vera hujus formulæ significatione disputatum est ad Suppl. 1044. Ag. 355.

σαυτοῦ δ' ἀκήδει δυστυχοῦντος· ὡς ἐγὼ
εὔελπίς εἰμι τῶνδέ σ' ἐκ δεσμῶν ἔτι
λυθέντα μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν Διός.
ΠΡ. οὐ ταῦτα ταύτῃ Μοῖρά πω τελεσφόρος
κρᾶναι πέπρωται, μυρίαις δὲ πημοναῖς
δύαις τε καμφθεὶς, ὧδε δεσμὰ φυγγάνω.
τέχνη δ' Ἀνάγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ.
ΧΟ. τίς οὖν Ἀνάγκης ἐστὶν οἰακοστρόφος;
ΠΡ. Μοῖραι τρίμορφοι, μνήμονές τ' Ἐρινύες.
ΧΟ. τούτων ἄρ' ὁ Ζεύς ἐστιν ἀσθενέστερος;
ΠΡ. οὔκουν ἂν ἐκφύγοι γε τὴν πεπρωμένην.
ΧΟ. τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ, πλὴν ἀεὶ κρατεῖν;
ΠΡ. τοῦτ' οὐκέτ' ἂν πύθοιο, μηδὲ λιπάρει.
ΧΟ. ἦ πού τι σεμνόν ἐστιν ὃ ξυναμπέχεις.
ΠΡ. ἄλλου λόγου μέμνησθε, τόνδε δ' οὐδαμῶς
καιρὸς γεγωνεῖν, ἀλλὰ συγκαλυπτέος
ὅσον μάλιστα· τόνδε γὰρ σώζων ἐγὼ
δεσμοὺς ἀεικεῖς καὶ δύας ἐκφυγγάνω.

519. Arist. Equit. 843. οὐκ, ὦγαθοὶ, ταῦτ' ἐστί πω ταύτῃ, μὰ τὸν Ποσειδῶ.

520. Notandum πέπρωται cum nominativo personæ, cum plerumque impersonaliter usurpetur. Sed ut ἔοικα μάτην ἐρεῖν (inf. 1028.) dicitur, non ἔοικεν ἐμὲ ἐρεῖν, δίκαιός ἐστι ποιεῖν pro δίκαιόν ἐστιν αὐτὸν ποιεῖν, etc. sic Μοῖρα πέπρωται κρᾶναι accipi potest pro πέπρωται Μοῖραν κρᾶναι. Vide inf. ad v. 639. Fortasse tamen pro activo est, *statuit.*

524. Eum. 360. κακῶν μνήμονες Σεμναί. μνήμων Ἐρινὺς Ajac. 1390.—τρίμορφοι pro τρεῖς vide ad Suppl. 368.

525. Vulgo ἄρα Ζεύς. Articulum ex optimis libris restituendum censuit Dindorfius.

526. De οὔκουν—γε vide ad v. 330.

528. Vulgo οὐκ ἂν οὖν, quod parum recte diceretur. Altera lectio exstat in bonis codicibus. οὐκέτι sæpe sic usurpatur; *hactenus quidem, sed non ulterius.* Male intellexit Burgesius.

ΧΟ. μηδάμ' ὁ πάντα νέμων στρ. ά.
θεῖτ' ἐμᾷ γνώμᾳ κράτος ἀντίπαλον Ζεύς,
μηδ' ἐλινύσαιμι θεοὺς ὁσίαις θοίναις ποτινισσομένα
βουφόνοις, παρ' Ὠκεανοῦ πατρὸς ἄσβεστον πόρον,
μηδ' ἀλίτοιμι λόγοις·
ἀλλά μοι τόδ' ἐμμένοι,
καὶ μήποτ' ἐκτακείη.
ἁδύ τι θαρσαλέαις ἀντιστρ. ά.
τὸν μακρὸν τείνειν βίον ἐλπίσι, φαναῖς
θυμὸν ἀλδαίνουσαν ἐν εὐφροσύναις· φρίσσω δέ σε δερ-
κομένα

535. Nunquam eveniat, ut contrariam meo arbitrio potentiam exerceat Zeus omnium rerum dispensator; nec ut ipsa negligam deos adire cum puris cæsarum boum sacrificiis, juxta patris mei Oceani flumen, nec ut verbis offendam; sed hoc, quod nunc facio, maneat mihi, et nunquam ex animo evanidum fiat. Metra sunt: 1. Dactylicum. 2. 3. 4. idem, præeunte dipodia trochaica, et intertextis spondæis. 5. ut 1. 6. Trochaicum. 7. Iambicum.

541. *ἀλίτοιμι*, aoristum ab *ἀλιταίνω*. Alia forma *ἀλιτρέω* occurrit Eum. 306. si vera lectio.

543. Contrarium *ἐντακῆναι* Soph. Electr. 1311. Trach. 463. Post hoc verbum comma ponendum censet Dind. quasi *τόδε* ad sequentia pertineat; quod insignem sententiæ pietatem mirifice labefactaret. Præterea semper fere in fine strophæ et antistrophæ concluditur oratio; et hunc esse novi sermonis tenorem quivis perspiciat: Dulce quidem est vitam inter spem et lætitiam producere; sed mihi nunc tuos cruciatus videnti non tam spes et confidentia quam metus ac terror animo obversantur.

544. Libri *ἡδύ*. Scribendum videtur *ἁδύ*.

Ibid. Dulce quiddam est, longam producere vitam inter spem et fiduciam, animum educantem lucidis in delectationibus. Horresco autem, quum te video innumeris laboribus cruciatum, [id quod tibi pro pœna contigit,] nam Jovem non veritus tute ex tuo ipsius arbitrio mortales nimium colis, Prometheu. Age, dic, amice, quomodo vanum istud beneficium tibi subsidio fuerit, aut ubi aliquod mortalium auxilium. Neque intellexisti viribus carentem impotentiam, qua cæcum hominum genus impeditum est?

μυρίοις μόχθοις διακναιόμενον * * * *
Ζῆνα γὰρ οὐ τρομέων
†ἰδίᾳ γνώμᾳ σέβει
θνατοὺς ἄγαν, Προμηθεῦ.

φέρ' ὅπως ἄχαρις χάρις, ὦ φίλος, εἰπὲ ποῦ τις
ἀλκά; [στρ. β'.
τίς ἐφαμερίων ἄρηξις; οὐδ' ἐδέρχθης
ὀλιγοδρανίαν ἄκικυν,
ἰσόνειρον, ᾇ τὸ φωτῶν ἀλαὸν γένος ἐμπεποδισμένον;
οὔποτε

550. Exciderunt quatuor syllabæ, – – ◡ –. Antistrophica verba *πατρὸς ἄσβεστον* non agnoscit Schol. qui *ὠκεανοῖο πόρον* legisse videtur.

552. *ἰδίᾳ* corruptum est, nec optime resarcitur metrum legendo †*ἐν*† *ἰδίᾳ* e Schol. *αὐτόνῳ* conjecit Dind. quod audacius esset recipere.

554. "Constructio est, *φέρ' εἰπὲ, ὅπως ἄχαρις χάρις. χάριν ἄχαριν* (cf. Cho. 38.) beneficium vocat pro quo damnum reportatur." Dind. Ceterum *εἰπὲ* bis sumendum est, *φέρ' εἰπὲ, ὅπως—εἰπὲ ποῦ τις ἀλκά.* (*ποῦ τίς*, *quæ et ubi*, Dindorfius.) Hoc plenius dixisset poeta: *εἰπὲ ὅπως ἄχαρις χάρις ἀλκή τις ἐστί σοι, ἢ ποῦ τις ἀλκή, ἢ τίς ἄρηξις, κ.τ.λ.*—Sed corruptum fortasse est *ὦ φίλος*, pro quo non male conjecit Burgesius *ὠφέλει σ'*, nisi quod omittendum fuerit pronomen propter metrum. Ita hoc diceret: age, narra quomodo vanum beneficium quod in mortales contulisti, tibi prodesset. Sup. 83. *τί σοι οἷοί τε θνητοὶ τῶνδ' ἀπαντλῆσαι πόνων;* Scilicet *ὠφέλει* primum in *ὦ φίλε*, deinde in *ὦ φίλος* hiatus vitandi causa mutatum videtur.—Metra sunt: 1. 2. 3. anapæstico-iambicum. 4. Versus ex dipodia trochaica, cretico, et dactylis consarcinatus. 5. Dactylicum. 6. Iambicum.

559. *ἰσόνειρον.* Producitur prima syllaba ut in *ἰσόμοιρον* Cho. 311. Hunc locum fortasse respexit Arist. Av. 686. monente Blomf. *ὀλιγοδρανέες, πλάσματα πηλοῦ, σκιοειδέα φῦλ' ἀμενηνὰ, ἀπτῆνες ἐφημέριοι, ταλαοὶ βροτοὶ, ἀνέρες εἰκελόνειροι.* Post *οὔποτε* deest spondæus, aut redundat *ἕδνοις* in v. 569. Nihil hic ad sensum desideratur, illic autem ægre omittitur *ἕδνοις*. Nimis audacter Dindorfius: *οὔποτε θνατῶν | τὰν Διὸς ἁρμονίαν ἀνδρῶν παρεξίασι βουλαί*, quanquam fortasse recte. Suspicor *δέδεται* post *ἀλαὸν* inserendum, *οὔπως* pro *οὔποτε* legendum esse, ex Od. v. 103.

τὰν Διὸς ἁρμονίαν
θνατῶν παρεξίασι βουλαί.
ἔμαθον τάδε σὰς προσιδοῦσ' ὀλοὰς τύχας, Προμη-
θεῦ· [ἀντ. β'.
τὸ διαμφίδιον δέ μοι μέλος προσέπτα
τόδ', ἐκεῖνό θ', ὅτ' ἀμφὶ λουτρὰ
καὶ λέχος σὸν ὑμεναίουν ἰότατι γάμων, ὅτε τὰν ὁμο-
πάτριον ἕδνοις
ἄγαγες Ἡσιόναν
πιθὼν δάμαρτα κοινόλεκτρον.

ΙΩ.

τίς γῆ; τί γένος; τίνα φῶ λεύσσειν
τόνδε χαλινοῖς ἐν πετρίνοισιν

561. ἁρμονίαν παρεξίασι, *fixum et immutabilem rerum ordinem excedent*, sc. impune violabunt. Antig. 60. εἰ νόμου βίᾳ ψῆφον τυράννων ἢ κράτη παρέξιμεν. οὔπω pro οὔποτε perperam dedit Burgesius, *quia* οὔποτε *futurum tempus postularet.* Nimirum παρεξίασι verbum perfecti temporis esse credidit.

Ibid. Nunquam rerum ordinem ab ipso Jove constitutum hominum excedent consilia. Hæc didici misera tua contuendo infortunia, Prometheu. Diversa autem mihi subito accessit cantilena, hæc scilicet ab illa, quam in lavacrum lectumque tuum olim accinebam, nuptiis consentiens, quum sororem nostram Hesionam domum ducebas, consors lectri quæ esset, donis persuasam.

566. διαμφίδιον μέλος, ἀλλοῖον, διαπαντὸς κεχωρισμένον. Αἰσχύλος Προμηθεῖ Δεσμώτῃ. Ita Hesychius. Expectabas simpliciorem structuram διαμφίδιον δέ μοι προσέπτα τόδε τὸ μέλος, ἐκεῖνό τε, (ὃ προσέπτα) ὅτε ὑμεναίουν. Nec tamen ita accipiendum. ὅτε alii ab ὥστε deducunt. Notabunt tirones productam primam syllabam in v. ὑμεναίουν, propter augmentum.—ἰότητι γάμων, *nuptiarum consensu.* Vox Homerica, proprie *voluntatem* significans, sed hic latiore sensu usurpata.

570. τὰν ὁμοπάτριον, sororem nostram; ex eodem patre, sed alia fortasse matre natam.—ἤγαγες, *domum abduxisti*, frequentius in media voce pro ἔγημας.

573. χαλινοῖς, i.e. δεσμοῖς. Vide Donaldson ad Pind. Isthm. VII. 45.

χειμαζόμενον; τίνος ἀμπλακίας
ποινὰς ὀλέκει; σήμηνον ὅποι
γῆς ἡ μογερὰ πεπλάνημαι.
ἆ ἆ, ἒ ἔ.
χρίει τις αὖ με τὰν τάλαιναν οἶστρος·
εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς·
ἄλευ', ἆ δᾶ· φοβοῦμαι
τὸν μυριωπὸν εἰσορῶσα βούταν·
ὁ δὲ πορεύεται δόλιον ὄμμ' ἔχων,
ὃν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει·
ἀλλά με τὰν τάλαιναν
ἐξ ἐνέρων περῶν κυναγετεῖ,
πλανᾷ τε νῆστιν ἀνὰ τὰν παραλίαν ψάμμαν·

575. ποινὰς Med. et plerique libri. ποινᾶς nonnulli. ποιναῖς vulgo. Rectissime se habet ποινὰς, accusativus sententiæ subjectus, de qua structura vide ad Ag. 218. Simillimum est ἀπόλαυσιν εἰκοῦς ἔθανες ἄν, Hel. 77. Ag. 1392. οὐ τοῦτον ἐκ γῆς τῆσδε χρῆν σ' ἀνδρηλατεῖν, μιασμάτων ἄποινα; Frequentior tamen est post activum verbum quam post intransitivum.

578. χρίει, *pungit*. Inf. 693. 899. Versus est senarius catalecticus, ut inf. 922.

580. Audacter Dind. ἄλευ δᾶ τὸν μυριωπὸν κ. τ. λ. omisso φοβοῦμαι, tentata apocope in ἄλευε, ut παῦ παῦ' οὗτος Equit. 821, et nominativum εἰσορῶσα explicans πρὸς τὸ σημαινόμενον, ut Hec. 970. αἰδώς μ' ἔχει, ἐν τῷδε πότμῳ τυγχάνουσα. Qui tamen locus vix huc pertineret: nec videtur idonea caussa subesse mutandæ vulgatæ lectionis, ἄλευ', ὦ δᾶ, *averte, terra*, nisi quod ἆ δᾶ in quibusdam libris scriptum ab Etymol. M. in ἀλευάδα diserte confirmatur. Confer ἆ Ζὴν Suppl. 152. Invocatur terra, ut quæ summiserit εἴδωλον Ἄργου, ut eum avertat. Confer Suppl. 866. μᾶ Γᾶ, μᾶ Γᾶ, βοὰν φοβερὸν ἀπότρεπε. δᾶ pro γῆ vel γᾶ Eum. 836. Metrum est ut v. 596, et antispastici genus esse videtur.

585. κυναγετεῖ pro κυνηγετεῖ Brunckius. Metrum hujus versus constat ex dochmio cum dipodia iambica, ut Theb. 319. βοᾷ δ' ἐκκενουμένα πόλις. Eum. 151. Proximus ex iambica dipodia, soluto cretico, et dochmio compositus est.

586. ψάμμαν Dind. ex Mediceo, laudans Lysistr. 1261. οὐκ ἐλάσσως

ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος ὀτοβεῖ δόναξ στροφή.
ἀχέτας ὑπνοδόταν νόμον. ἰὼ, ἰὼ, πόποι,
ποῖ, πόποι, ποῖ μ' ἄγουσι τηλέπλαγκτοι πλάναι;
τί ποτέ μ', ὦ Κρόνιε παῖ, τί ποτε ταῖσδ'
ἐνέζευξας εὑρὼν ἁμαρτοῦσαν ἐν πημοναῖσιν; ἒ ἔ,
οἰστρηλάτῳ δὲ δείματι δειλαίαν
παράκοπον ὧδε τείρεις;
πυρί †με† φλέξον, ἢ χθονὶ κάλυψον, ἢ ποντίοις δάκεσι δὸς βορὰν,

τᾶς ψάμμας. Occurrit etiam ψάμμη Herod. IV. 181. Vulgo ψάμμον, quod metro satisfacit.

587. Metra hujus strophæ ita se habent. 1. Dochmiacum. 2. Idem præmisso cretico. 3. Creticum interposita dipodia trochaica. 4. Creticum solutis syllabis. 5. Dochmius cum duobus creticis et dipodia trochaica. ἒ ἒ extra metrum est. 6. Dochmius post penthemim. iamb. 7. Ut v. 580. 8. Dochmiacum, interposito cretico. 9. Ithyphallicum. 10. Trochaicum. 11. Iambicum. 12. Idem. 13. ut 9. 14. Dochmius cum duobus creticis.

Ibid. Eleganter vertit Schützius: *cera vero compacta sonora fistula submurmurat carmen soporiferum.* Scilicet ut βούτης (v. 581.) fistula etiam instructus sequi visus est Argus, ac nonnunquam buculam ad somnum invitare.

591. ποῖ, πόποι, ποῖ Seidlerus et Elmsl. Quod ridicule in libris corruptum est in ποῖ ποῖ πῶ πῶ πῶ πῆ vel πῶ ποῖ πῶ ποῖ, aliaque ex more librariorum in eundem modum comparata. τηλέπλαγκτοι libri omnes, quod in τηλέπλανοι post Elmsleium mutarunt plerique edd. At in antistrophico v. 612. ultima in ἐτήτυμᾱ ante πρ producitur. Vide ad Cho. 216. Pers. 778.

594. Junge τί—ἁμαρτοῦσαν, ut Demosth. p. 364. fin. καὶ τί τῶν Φωκέων ἢ τῶν Λακεδαιμονίων ἢ ὑμῶν ἢ ἄλλου τινὸς ἀνθρώπων μετὰ τοὺς παρὰ τούτου λόγους ἐξαμαρτόντος οὐκ ἀπέβη τὰ πρὸς ὑμᾶς ὑπὸ τούτου τότε ῥηθέντα; πημοσύναις Dind. ex Hermanni conjectura, pro πημοναῖσιν. Quæ mutatio ut paullo violentior est, ita ne necessaria quidem videtur, siquidem φοιταλέοισιν epica licentia pronuntiabatur φοιταλλέοισιν in v. 615, ut in Orest. 327, etsi potest etiam ibi brevis esse. Similiter Αἰόλλου pro Αἰόλου Od. x. 36. 60. Vide ad Cho. 1038. ubi fusius de hoc usu expositum est. Potest v. 592. dochmiacus esse: ut Cho. 790. Theb. 115.

597. με inseruit Elmsleius, ad metrum melius et accuratius. Minime proba est vulgata lectio, ut

μηδέ μοι φθονήσῃς
εὐγμάτων, ἄναξ.
ἄδην με πολύπλανοι πλάναι
γεγυμνάκασιν, οὐδ' ἔχω μαθεῖν ὅπα
πημονὰς ἀλύξω.
[ΧΟ.] κλύεις φθέγμα τᾶς βούκερω παρθένου;
ΠΡ. πῶς δ' οὐ κλύω τῆς οἰστροδινήτου κόρης
τῆς Ἰναχείας; ἣ Διὸς θάλπει κέαρ
ἔρωτι, καὶ νῦν τοὺς ὑπερμήκεις δρόμους
Ἥρᾳ στυγητὸς πρὸς βίαν γυμνάζεται.
ΙΩ. πόθεν ἐμοῦ σὺ πατρὸς ὄνομ' ἀπύεις; ἀντιστρ.
εἰπέ μοι τᾷ μογερᾷ, τίς ὤν, τίς ἄρα μ', ὦ τάλας,
τὰν ταλαίπωρον ὧδ' ἐτήτυμα προσθροεῖς,
θεόσυτόν τε νόσον ὠνόμασας, ἃ
μαραίνει με χρίουσα κέντροισι φοιταλέοισιν; ἒ ἔ,
σκιρτημάτων δὲ νήστισιν αἰκίαις

νέα φρονεῖ Pers. 778. ubi vide, τινὰ πρόνοιαν Cho. 596.

601. ἄδην Brunckius pro ἄδδην, quod nihil est nisi librariorum inscita geminatio literæ δ, quam in nullo usquam vocabulo geminabant veteres Græci. Semper brevis est ἄδην, præter Il. v. 203. ubi plerumque legitur ἄδδην, sed male, monente Buttmanno in Lexilogo, p. 27. Proprie enim erat ἄδην, ut βήδην, poetica autem licentia ἄδην ut βάδην. Hoc loco nihil probat metrum.

608. Similiter dicitur ἐλαύνειν τινὰ δρόμους Nubb. 29. ἐμὲ μὲν σὺ πολλοὺς τὸν πατέρ' ἐλαύνεις δρόμους. Trach. 1045. κλύουσ' ἔφριξα τάσδε συμφορὰς, φίλαι, ἄνακτος, οἵας οἷος ὢν ἐλαύνεται.

610. Unde mei tu patris nomen nuncupas? Dic mihi infelici quis sis, quis inquam, o miser, qui me infortunatam adeo vera adloquaris, divinitusque immissum malum nominaveris, quod me tabefacit pungens stimulis insaniam excitantibus? Heu heu! Saliendi vero famelicis ignominiosisque exercitationibus provecta huc veni, Junonis iratis in me consiliis adacta. Qui autem infelicium qualia ego laborando patiuntur?

λαβρόσυτος ἦλθον, †Ἥρας†
ἐπικότοισι μήδεσι δαμεῖσα· δυσδαιμόνων δὲ τίνες,
οἳ, ἒ ἕ,
οἷ᾽ ἐγὼ μογοῦσιν;
ἀλλά μοι τορῶς
τέκμηρον, ὅ τι μ᾽ ἐπαμμένει
παθεῖν, τί μή με χρή· τί φάρμακον νόσου,
δεῖξον, εἴπερ οἶσθα.
θρόει, φράζε τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ.
ΠΡ. λέξω τορῶς σοι πᾶν, ὅπερ χρῄζεις μαθεῖν,
οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ᾽, ἀλλ᾽ ἁπλῷ λόγῳ,
ὥσπερ δίκαιον πρὸς φίλους οἴγειν στόμα.
πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ᾽ ὁρᾷς Προμηθέα.
ΙΩ. ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανεὶς,
τλῆμον Προμηθεῦ, τοῦ δίκην πάσχεις τάδε;
ΠΡ. ἁρμοῖ πέπαυμαι τοὺς ἐμοὺς θρηνῶν πόνους.

618. Deest Ἥρας in libris, sed ex Scholiis revocavit Hermannus.

623. τέκμηρον. Rarissimum est τεκμαίρειν activa voce, *certis indiciis planum facere*, unde τεκμαίρεσθαι *indiciis compertum habere, conjectura assequi*. Primario sensu τεκμαίρομαι idem fere valet quod ὁρίζομαι, ut et hoc loco dicere potuit ὅρισον ὅτι χρὴ παθεῖν, si per metrum licuisset. Sed apud Pindarum Ol. VI. 73. Nem. VI. 8. τεκμαίρειν plane pro δεικνύναι usurpatur, qui sensus huic loco optime convenit.—ἐπαμμένει, ut Pers. 803. *quid mihi insuper maneat ferendum.*

624. Vulgo τί μὴ χρή. Sed nonnulli libri τί με χρὴ, unde τί μή με χρὴ dedi propter metrum, nam versus iambicus esse debet. Ingeniose τί μῆχαρ, ἢ conjecerunt Dind. Elmsl.

627. ὅπερ restituit Porsonus ex Etymol. M. et Etym. Gud. pro vulgato ὅτι.—αἰνίγματα et ἁπλοῦς λόγος sibi opposita vide ad Suppl. 458.

633. ἁρμοῖ, *nuper*. Vox rarissima, ex Syracusanorum dialecto sumpta, ut tradunt Grammatici veteres. Apud Hippocratem aliquoties occurrit. Formatur autem ut ποῖ ab antiquo πὸς, οἴκοι ab οἶκος, πέδοι a πέδον, estque dativus

ΙΩ. οὔκουν πόροις ἂν τήνδε δωρεὰν ἐμοί;
ΠΡ. λέγ' ἥντιν' αἰτεῖ· πᾶν γὰρ ἂν πύθοιό μου.
ΙΩ. σήμηνον ὅστις ἐν φάραγγί σ' ὤχμασε.
ΠΡ. βούλευμα μὲν τὸ Δῖον, Ἡφαίστου δὲ χείρ.
ΙΩ. ποινὰς δὲ ποίων ἀμπλακημάτων τίνεις;
ΠΡ. τοσοῦτον ἀρκῶ σοι σαφηνίσαι μόνον.
ΙΩ. καὶ πρός γε τούτοις τέρμα τῆς ἐμῆς πλάνης
δεῖξον, τίς ἔσται τῇ ταλαιπώρῳ χρόνος.
ΠΡ. τὸ μὴ μαθεῖν σοι κρεῖσσον ἢ μαθεῖν τάδε.
ΙΩ. μήτοι με κρύψῃς τοῦθ' ὅπερ μέλλω παθεῖν.
ΠΡ. ἀλλ' οὐ μεγαίρω τοῦδέ σοι δωρήματος.
ΙΩ. τί δῆτα μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν τὸ πᾶν;

casus ab ἁρμός. Inscriptio Æolo-Dorica apud Wordsworth, *Athens and Attica*, p. 272. hunc ipsum dativum exhibet in ΑΥΤΟΙ pro αὐτῷ, ΤΟΙ pro τῷ. Ibid. p. 215. (λοι)μοι θανοσες ειμι (σ)εμα Μυρινες, i. e. λοιμῷ θανούσης εἰμὶ σῆμα Μυρρίνης.

635. πάντα γὰρ πύθοιο Rob. πᾶν γὰρ οὖν πύθοιο Med. Videtur πᾶν primum in πάντα mutatum, deinde omissum ἂν propter metrum. Verte, *nam quidvis ex me audiveris.* —λέγ' ἥντιν' αἰτεῖ est, *dic quamnam roges*, ut v. 785. τί δ' ὅντιν'; Vix credas rem tam simplicem Burgesium in errorem conjecisse. τήνδε in v. 634. est *quæ sequitur*, sc. 636.

637. βούλημα Rob. non male. Confusæ sunt hæ voces Arist. Plut. 493. ed. Dobræi.

638. Notandum ποίων secundo loco positum, ut plerumque dicunt Græci ἔστι δὲ ποῖον, λέγεις δὲ τί etc. in interrogationibus. Sic τρόποισι ποίοις Œd. Col. 468.

639. ἀρκῶ, *potis sum.* Nescio tamen an rectius accipias pro ἀρκεῖ ἐμὲ σαφηνίσαι, *satis est tantum tibi declarasse.* Vide ad v. 520. σαφηνίσας conjecit Linwood ad Soph. Ajac. 76. frustra, ut opinor.

644. Angl. *nay, 'tis not that I grudge you this boon.* Veram causam recusandi mox explicat. De structura verbi μεγαίρω vide Buttm. Lexil. p. 408. Sic μή μοι φθονήσῃς εὐγμάτων sup. v. 600.

645. γεγωνίσκειν, τὸ φθέγγεσθαι ἐξακουστόν, Eustathius ad Il. M. p. 909. Thucyd. VII. 76. ὡς ἐπὶ πλεῖστον γεγωνίσκων. Eur. El. 808. δεσπότης δ' ἐμὸς τἀναντί' ηὔχετ', οὐ γεγωνίσκων λόγους. De particulis μὴ οὐ post μέλλω vide Elmsl. ad Med. 1209.

ΠΡ. *φθόνος μὲν οὐδείς, σὰς δ' ὀκνῶ θρᾶξαι φρένας.*
ΙΩ. *μή μου προκήδου μᾶσσον †ὧν ἐμοὶ γλυκύ.*
ΠΡ. *ἐπεὶ προθυμεῖ, χρὴ λέγειν· ἄκουε δή.*
ΧΟ. *μήπω γε· μοῖραν δ' ἡδονῆς κἀμοὶ πόρε.*
τὴν τῆσδε πρῶτον ἱστορήσωμεν νόσον,
αὐτῆς λεγούσης τὰς πολυφθόρους τύχας·
τὰ λοιπὰ δ' ἄθλων σοῦ διδαχθήτω πάρα.
ΠΡ. *σὸν ἔργον, Ἰοῖ, ταῖσδ' ὑπουργῆσαι χάριν,*
ἄλλως τε πάντως καὶ κασιγνήταις πατρός·
ὡς τἀποκλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας
ἐνταῦθ', ὅπου μέλλει τις οἴσεσθαι δάκρυ

646. *θράξαι* libri. Accentum mutavit Buttmannus, Lexil. p. 508. qui *θράσσω* a *ταράσσω* formatum ostendit ut *φροίμιον* a *προοίμιον*, sc. propter spiritum in litera *ῥ*.

647. *ὡς* vel *ἢ ὡς* libri. *ἢ ὡς* Hermannus, sed *ὧν* idem vir doctus alibi reponi jussit. Et hoc unice verum crediderim, pro *μᾶσσον ἢ καθ' ἃ ἐμοὶ γλυκύ ἐστι.* Dicitur enim *προκήδεσθαί τί τινος*, ita ut *ὧν* pro accusativo casu positum facile accipi possit. Confusa *ως* et *ων* in fine vocabulorum vide ad Ag. 1366. Cho. 694. Sed vulgatum *ὡς* ita interpretatur Herm. ad Viger. p. 720. ut aliquando pro *ἢ ὡς* usurpatum doceat; cujus structuræ exempla quædam attulit Censor ap. Mus. Phil. Cant. I. p. 242. ex Lysia p. 109. *ἡγούμενος μᾶλλον λέγεσθαι ὥς μοι προσῆκε.* et p. 111. *ἅπαντα προθυμότερον πεποίηκα ὡς ὑπὸ τῆς πόλεως ἠναγκαζόμην.* Plat. Rep. VII. p. 526. *ἅ γε μείζω πόνον παρέχει—ὡς τοῦτο.* Similiter apud Platonem *ἄλλο τι* pro *ἄλλο τι ἤ.* Et Dem. Mid. p. 553. *τῇ μὲν προτεραίᾳ ὅτε ταῦτ' ἔλεγεν*, ubi vide Buttmannum.

649. Notanda particula *γε* cum imperativo in deprecando. Sic Acharn. 176. *χαῖρ' Ἀμφίθεε. Μήπω γε, πρὶν ἂν στῶ τρέχων*, vel, quod eodem redit, *πρὶν ἄν γε στῶ τρέχων.* Vide præterea ad Theb. 71. Nubb. 196. *μήπω γε, μήπω γ'.* ibid. 267.

651. *πολυφθόρους* hic dictum videtur sensu *τοῦ φθείρεσθαι*, de quo vide ad Pers. 453. Cf. inf. v. 839. *τῆς πολυφθόρου πλάνης.* Anglice, *the adventures of her long wanderings.*

654. *ἄλλως τε (πάντως) καὶ*, *præsertim*, ut Eum. 696. *ἄλλως τε πάντως χὥτε δεόμενος τύχοι.* Pers. 685. Inachus, utpote fluvius, filius erat Oceani, idemque Iûs pater; quare Inachi sorores erant Nymphæ Oceanitides.

656. *ὅποι* Med. Rob. Vulgo *ὅπη*

πρὸς τῶν κλυόντων, ἀξίαν τριβὴν ἔχει.
ΙΩ. οὐκ οἶδ' ὅπως ὑμῖν ἀπιστῆσαί με χρή,
σαφεῖ δὲ μύθῳ πᾶν, ὅπερ προσχρῄζετε,
πεύσεσθε· καίτοι καὶ λέγουσ' αἰσχύνομαι
θεόσσυτον χειμῶνα καὶ διαφθορὰν
μορφῆς, ὅθεν μοι σχετλίᾳ προσέπτατο.
ἀεὶ γὰρ ὄψεις ἔννυχοι †πωλεύμεναι
ἐς παρθενῶνας τοὺς ἐμοὺς παρηγόρουν
λείοισι μύθοις· Ὦ μέγ' εὔδαιμον κόρη,
τί παρθενεύει δαρὸν, ἐξόν σοι γάμου
τυχεῖν μεγίστου; Ζεὺς γὰρ ἱμέρου βέλει
πρὸς σοῦ τέθαλπται, καὶ ξυναίρεσθαι Κύπριν

Verum videtur ὅπου, quod edidit Blomf. ὅπῃ enim non est *ubi*, sed *qua via*.—μέλλοι ex duobus libris recipiendum putat Dind. de quo usu optativi vide ad Eum. 696.—οἴσεσθαι δάκρυ, *to win a tear*, ut ἆθλον φέρεσθαι, κῦδος οἴσεσθαι, etc.

660. ὀδύρομαι vulgo: sed αἰσχύνομαι ex quibusdam libris dedit Blomf. quod sequentis orationis tenori convenientius judicat Dind. καὶ λέγουσα est *pudet me etiam narrando mentionem facere*. Cf. v. 205.—προσέπτατο, *advolavit*, i. e. subito supervenit, ut Ajac. 282. τίς γάρ ποτ' ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προσέπτατο;

663. πολεύμεναι libri, quod vereor ut defendi possit, utcunque nolis omnes Ionismos ab Æschyli reliquiis expurgare. Neque enim ulla causa excogitari potest, cur hoc uno in senario contractionem Atticis ignotam vulgatæ prætulerit poeta; contra autem Homericum πωλεύμην librario facile obversari potuit. Dindorfio igitur et Blomfieldio Atticam formam rescribentibus nescio an præstet assentiri. Meo quidem judicio aut πολούμεναι aut πωλεύμεναι scripsit poeta, illud ex solemni usu Atticorum, hoc ex Homero desumptum, ut εἰσοιχνεῦσιν supra v. 122. Et πωλεύμεναι in Mediceo est, sed superscripto πο. Quare hoc apposito obelo servavi.

664. παρηγόρουν, Angl. *tried to talk me over*, ut παρειποῦσα v. 132. inf. 1022. 1084. Sic παραυδᾶν Od. xvi. 279. μαλακοῖς ἐπέεσσιν παρφάσθαι ibid. 287. Secundario sensu *loquendo a luctu avertere*, i. e. consolari, Pers. 532.

668. τέθαλπται βέλει. Horatii *ardentes sagittas* contulit Burges.

θέλει· σὺ δ', ὦ παῖ, μὴ 'πολακτίσῃς λέχος
τὸ Ζηνὸς, ἀλλ' ἔξελθε πρὸς Λέρνης βαθὺν
λειμῶνα, ποίμνας βουστάσεις τε πρὸς πατρὸς,
ὡς ἂν τὸ Δῖον ὄμμα λωφήσῃ πόθου.
τοιοῖσδε πάσας εὐφρόνας ὀνείρασι
ξυνειχόμην δύστηνος, ἔς τε δὴ πατρὶ
ἔτλην γεγωνεῖν νυκτίφαντ' ὀνείρατα.
ὁ δ' ἔς τε Πυθὼ κἀπὶ Δωδώνης πυκνοὺς
θεοπρόπους ἴαλλεν, ὡς μάθοι τί χρὴ
δρῶντ' ἢ λέγοντα δαίμοσιν πράσσειν φίλα.
ἧκον δ' ἀναγγέλλοντες αἰολοστόμους
χρησμοὺς ἀσήμους δυσκρίτως τ' εἰρημένους.
τέλος δ' ἐναργὴς βάξις ἦλθεν Ἰνάχῳ,
σαφῶς ἐπισκήπτουσα καὶ μυθουμένη
ἔξω δόμων τε καὶ πάτρας ὠθεῖν ἐμὲ,
ἄφετον ἀλᾶσθαι γῆς ἐπ' ἐσχάτοις ὅροις·

Rectius intelliges *æstum*, Angl. *smart*, quo utitur Lucretius, III. 252. Similiter Antig. 1086. καρδίας τοξεύματα βέβαια, τῶν σὺ θάλπος οὐχ ὑπεκδραμεῖ. Sed confer v. 606.

675. νυκτίφοιτ' vulgo. νυκτίφαντ' Rob. Med. Cf. Eur. Hel. 570. οὐ νυκτίφαντον πρόπολον Ἐνοδίας μ' ὁρᾷς.

676. συχνοὺς unus codex et Thom. Magister, in v. θεοπρόπους. Quæ bona quidem, sed minime necessaria lectio est.

677. μάθῃ plerique libri. Sed inter optativum et conjunctivum linguæ potius legibus quam librorum auctoritate, quæ in hac quæstione omnino nulla est, decernendum. Vide ad v. 210.—ἐπὶ Δωδώνης, ut πλεῖν ἐπ' οἴκου, τὰ ἐπὶ Θράκης, στεῖχ' ἐπ' Ἀθηνῶν, Eur. Electr. 1343. Non recte Burgesius supplendum docet ἱερόν. Herod. VII. 31. ὁδοῦ ἐπὶ Καρίης φερούσης. Vide Gr. Gr. ed. Jelf, §. 633. 1.

679. ἀναγγέλλειν hic est *crebro reportare*, ut interdum ἀνακαλεῖν, non simpliciter *renuntiare*, monente Herm. ad Iph. Taur. 761.

684. ἄφετος, *dimissus, deo sacer*, de iis animalibus dictum quæ in templorum usum a ceteris segregata libere vagari solebant. BLOMF. Similiter ἄνετος et ἀνειμένος, Ajac. 1214. Phœn. 946. Apollodorus, II. 5. 7.

κεἰ μὴ θέλοι, πυρωπὸν ἐκ Διὸς μολεῖν
κεραυνὸν, ὃς πᾶν ἐξαϊστώσοι γένος.
τοιοῖσδε πεισθεὶς Λοξίου μαντεύμασιν
ἐξήλασέν με κἀπέκλῃσε δωμάτων
ἄκουσαν ἄκων· ἀλλ' ἐπηνάγκαζέ νιν
Διὸς χαλινὸς πρὸς βίαν πράσσειν τάδε.
εὐθὺς δὲ μορφὴ καὶ φρένες διάστροφοι
ἦσαν, κεραστὶς δ', ὡς ὁρᾶτ', ὀξυστόμῳ
μύωπι χρισθεῖσ', ἐμμανεῖ σκιρτήματι
ᾖσσον πρὸς εὔποτόν τε Κερχνείας ῥέος,
Λέρνης† τε κρήνην· βουκόλος δὲ γηγενὴς
ἄκρατος ὀργὴν Ἄργος ὡμάρτει, πυκνοῖς

686. Multo elegantius est *ἐξαϊστώσοι* quam vulgatum *ἐξαϊστώσει*: quod vero elegantius est, præferre debebat poeta; quare optativum reposui, probantibus Blomf. Dind. Mirum autem est, totidem viros doctos in aoristo *μολεῖν* hæsisse, quasi id futuri temporis significationem habere non potuerit. Nam participia in v. 682. ad utrumque infinitivum ita pertinent, ut sit *ἐπισκήπτουσα ὠθεῖν, καὶ μυθουμένη μολεῖν*. Nemo hodie annotabit "*μολεῖν* non est *venturum esse*, sed *venisse*," nec *ἂν* pro *ἐκ* corrigendum putabit, qui veram aoristi naturam perspectam habebit. Nam *rem perfectam* semper quidem cogitat aoristum; illud tamen plane indefinitum relinquit, an jam facta sit, an futurum aliquando, ut facta sit. Sic fere *νόμιζε πεσεῖν* Ajac. 1083.

695. Libri transpositis literis *Λέρνης ἄκρην τε*, unde in quibusdam variatur *ἄκρον τε, ἄκραν τε*, et *ἄκριν τε*. Sed *κρήνην* legisse Scholiastam vidit Canterus, *πρός τε τὸν ῥοῦν τῆς Κέγχρης, ἥτις κρήνη ἐστὶν Ἄργους, καὶ πρὸς τὴν Λέρνην τὴν πηγήν*. Et hoc plane confirmat Phœn. 613. *μολὼν ἐς Ἄργος ἀνακάλει Λέρνης ὕδωρ*, et ibid. 126. *Λερναῖα δ' οἰκεῖ νάματ'*. Apollodorus quoque II. 1. 4. fin. *τὰς ἐν Λέρνῃ πηγὰς* memorat. Obelum tamen appinxi, non quod mihi dubia videatur hæc emendatio, sed quia non consentiant in ea viri docti.

696. *ἄκρατος ὀργὴν* dicitur Argus, quia nimis sævus et quasi fervidus erat ingenio. *ἄκρατος* est qui animum non habet mollitum ac temperatum, ut vinum meracum mixta aqua defervescit. Eadem metaphora est Plut. 853. *οὕτω πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι*. In

ὅσσοις δεδορκὼς, τοὺς ἐμοὺς κατὰ στίβους.
ἀπροσδόκητος δ' αὐτὸν ἀφνίδιος μόρος
τοῦ ζῆν ἀπεστέρησεν· οἰστροπλὴξ δ' ἐγὼ
μάστιγι θείᾳ γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι.
κλύεις τὰ πραχθέντ'· εἰ δ' ἔχεις εἰπεῖν ὅτι
λοιπὸν πόνων, σήμαινε· μηδέ μ' οἰκτίσας
ξύνθαλπε μύθοις ψευδέσιν· νόσημα γὰρ
αἴσχιστον εἶναί φημι συνθέτους λόγους.

ΧΟ. ἔα, ἔα· ἄπεχε, φεῦ·
οὔποτ', οὔποτ' ηὔχουν
ξένους μολεῖσθαι λόγους ἐς ἀκοὰν ἐμὰν,
οὐδ' ὧδε δυσθέατα καὶ δύσοιστα
πήματα, λύματα, δείματ' ἐμὰν
ἀμφάκει κέντρῳ ψύξειν ψυχάν.

proximis junge ὡμάρτει κατὰ στίβους, minime δεδορκὼς κατὰ στίβους, quod perperam conjunxit et interpretatus est G. Burges.

698. αἰφνίδιος libri. αἰφνίδιος αὐτὸν μόρος transposuit Pors. ἀφνίδιος Elmsl. ex Hesychio, et collata v. ἄφνω. Synizesin cogitat Scholefieldius, ut αἰφνίδιος trisyllabum sit.

700. γῆν πρὸ γῆς, Arist. Ach. 235. καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς ἕως ἂν εὑρεθῇ ποτέ. πρὸ hic valet fere πόρρω γῆς, ut φροῦδος a πρὸ ὁδοῦ, προὔργου a πρὸ ἔργου contractum. Itaque (εἰς) γῆν πρὸ γῆς proprie valet *a terra ulterius in terram*, nam πρὸ γῆς est πόρρω ἐκ γῆς. Vide Gr. Gr. ed. Jelf, §. 619. Sic Hom. Il. IV. 382. οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ᾤχοντο ἰδὲ πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο. Hes. Opp. et D. 579. Ἠώς τοι προφέρει μὲν ὁδοῦ, προφέρει δὲ καὶ ἔργου, i. e. et iter et opera rustica promovet.

706. Metra sunt: 1. quale Theb. 78. θρεῦμαι φοβερὰ μεγάλ' ἄχη, dochmius præmisso iambo vel spondæo. 2. Ithyphallicum. 3. Dochmius præmissis iamb. dipod. et cretico. 4. Vide ad v. 922. 5. Dactylicum. 6. Molossicus, cujus plura exempla congessit Dind. ad Œd. Col. 1556. inter alia Pers. 674. πάσᾳ γᾷ σᾷ τᾷδ' ἐξέφθινθ' αἱ τρίσκαλμοι. Quod autem vulgo legitur prorsus ἄμετρον est; πήματα λύματα δείματ' ἀμφήκει κέντρῳ ψύχειν ψυχὰν ἐμάν, quare hos versus ad Dindorfii mentem emendatos dedimus. 7. iambico-trochaicum. 8. Dochmius cum penthemim. iamb.

ἰὼ, ἰὼ, μοῖρα, μοῖρα,
πέφρικ', εἰσιδοῦσα πρᾶξιν Ἰοῦς.

ΠΡ. πρό γε στενάζεις, καὶ φόβου πλέα τις εἶ·
ἐπίσχες, ἐς τ' ἂν καὶ τὰ λοιπὰ προσμάθῃς.
ΧΟ. λέγ', ἐκδίδασκε· τοῖς νοσοῦσί τοι γλυκὺ
τὸ λοιπὸν ἄλγος προὐξεπίστασθαι τορῶς.
ΠΡ. τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα
κούφως· μαθεῖν γὰρ τῆσδε πρῶτ' ἐχρῄζετε
τὸν ἀμφ' ἑαυτῆς ἆθλον ἐξηγουμένης·
τὰ λοιπὰ νῦν ἀκούσαθ', οἷα χρὴ πάθη
τλῆναι πρὸς Ἥρας τήνδε τὴν νεάνιδα·
σύ τ', Ἰνάχειον σπέρμα, τοὺς ἐμοὺς λόγους
θυμῷ βάλ', ὡς ἂν τέρματ' ἐκμάθῃς ὁδοῦ.
πρῶτον μὲν ἐνθένδ' ἡλίου πρὸς ἀντολὰς
στρέψασα σαυτὴν, στεῖχ' ἀνηρότους γύας·
Σκύθας δ' ἀφίξει νομάδας, οἳ πλεκτὰς στέγας

715. *πρῶ γε* Med. superscripta *ο*, unde non male Brunckius *πρῷ γε*. Sed *προστενάζειν* hic ut *προστένειν* Ag. 244.

719. *ἠνύσασθ'* Blomf. quod magis Atticum est, nec tamen idcirco fortasse in Æschylo præferendum. *ἀνύσασθαι*, *consequi*, Cho. 843. *πῶς ἴσον εἰποῦσ' ἀνύσωμαι;* Plat. Phæd. p. 69. D. *εἴ τι ἠνυσάμην*. Arist. Plut. 196.

721. *τὸν ἀμφ' ἑαυτῆς ἆθλον.* Æschyleum est articulum ante præpositionem retrahere, ut Cho. 498. *τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνου.* Ag. 521. *κῆρυξ Ἀχαιῶν, χαῖρε, τῶν ἀπὸ στρατοῦ.* ib. 863. *τὰς ἀμφί σοι κλαίουσα λαμπτηρουχίας ἀτημελήτους αἰέν.* Hic breviter dictum puta pro *τὸν ἑαυτῆς ἆθλον ἀμφ' ἑαυτῆς ἐξηγουμένης.*

726. *ἐνθένδ'*, ex hac regione Scythica, ubi jam pervenerat Io, nec tamen itinere eousque enarrato.

727. *στεῖχε γύας.* Dictum ut *πηδᾶν πεδία* Ajac. 30. Inf. 855. Vide ad Eum. 76.—*ἀνηρότους*, quia Scythæ pascendo pecori potius quam segeti operam dabant, monente Blomf. qui laudat Herodoti verba de iis scribentis *οὔτε σπείροντες οὐδὲν οὔτε ἀροῦντες*, IV. 19.

πεδάρσιοι ναίουσ' ἐπ' εὐκύκλοις ὄχοις,
ἑκηβόλοις τόξοισιν ἐξηρτυμένοι·
οἷς μὴ πελάζειν, ἀλλ' ἁλιστόνοις πόδας
χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα.
λαιᾶς δὲ χειρὸς οἱ σιδηροτέκτονες

729. Hippocrates de Aere et Aqua, 93. de Scythis: Νομάδες δὲ καλεῦνται, ὅτι οὐκ ἔστι σφι οἰκήματα, ἀλλ' ἐν ἁμάξῃσι οἰκεῦνται· αἱ δὲ ἅμαξαί εἰσι, αἱ μὲν ἐλάχισται τετράκυκλοι, αἱ δὲ ἑξάκυκλοι. Blomf.

730. ἐξηρτημένοι libri, quod frustra defendit Scholef. allato Hor. *lævo suspensi loculos tabulamque lacerto.* Recte ille, si esset τόξα: non recte, quoniam τόξοις posuit Æschylus; nam diversissimæ sunt horum casuum structuræ. Inter crebras librorum permutationes literarum ι, η, et υ, periculosum esset incertam eorum auctoritatem certis linguæ legibus præferre. Nos Dindorfio ἐξηρτυμένοι ex uno cod. reponenti confidenter obsequuti sumus, quanquam ἐξηρτημένοι sub v. ἐξήρτημαι citat Thomas Magister.

731. ἁλιστόνοις, ταῖς ὑπὸ τῆς ἁλὸς στεναζούσαις, Schol. Intelligit Paludis Mæotidis oram. Mira optimorum librorum lectio γύποδας Elmsleio indicium videbatur antiquam scripturam fuisse ἁλιστόνοις γ' ὕπο, in quo tamen pessima esset particula γε. Sed aliquo modo affectum esse hunc locum verisimile est. Ἁλιζώνοις conjecit Burgesius, laudans Herod. IV. 17. 52. ubi Ἀλάζωνες vocantur, sed iidem alio nomine, teste Eustathio in Dionys. Perieg. v. 767. Ἁλιζῶνες etiam appellantur Arriano, qui eam gentem circa Propontida collocavit. ἀρχὸν Ἁλιζώνων Hom. Il. v. 39.—Offenderunt alii in ᾰ ante ῥ correpta. Nos quidem parum moramur regulam recentium criticorum arbitrio in veteres tragicos constitutam. Neque enim de omisso augmento, nec de ῐ dativi casus eliso, nec de vocali ante βλ semper producta, vera esse constat quæ nimis curiosi homines tradiderunt. Sic enim, nec minus audacter, Soph. Œd. Col. 972. ὃς οὔτε̆ βλάστας πω γενεθλίους πατρός. Adde inf. v. 1013. πρὸς ταῦτᾰ ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλόξ. Quare hic facile concedimus paullo audaciorem poetæ licentiam, ut jam ante in ἐξερυσάμην v. 243. ἀγνορύτων v. 442. ubi vide notata. Sic sæpe apud Homerum, ut Il. xx. 186. χαλεπῶς δέ σ' ἔολπα τὸ ῥέζειν. ib. 195. ἀλλ' οὐ νῦν σε ῥύεσθαι ὀΐομαι.

733. λαιᾶς χειρός. Insolita ellipsis præpositionis ἐκ, quæ prima apud Homerum cernitur, Il. IX. 219. et Od. XXIII. 90. ἕζετ' ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐναντίη, ἐν πυρὸς αὐγῇ, τοίχου τοῦ ἑτέρου. Sic fortasse explicare debemus Soph. Trach. 938. ἀλλὰ πλευρόθεν πλευρὰν παρεὶς ἔκειτο, i. e. πλευρῶν. Herod. v. 77. τὸ δὲ ἀριστερῆς χερὸς ἕστηκε. Vide Gr. Gr. ed. Jelf, §. 530. obs. 1.

οἰκοῦσι Χάλυβες, οὓς φυλάξασθαί σε χρή·
ἀνήμεροι γὰρ, οὐδὲ πρόσπλατοι ξένοις.
ἥξεις δ' ὑβριστὴν ποταμὸν, οὐ ψευδώνυμον,
ὃν μὴ περάσῃς, οὐ γὰρ εὔβατος περᾷν,
πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς, ὀρῶν
ὕψιστον, ἔνθα ποταμὸς ἐκφυσᾷ μένος
κροτάφων ἀπ' αὐτῶν. ἀστρογείτονας δὲ χρὴ
κορυφὰς ὑπερβάλλουσαν ἐς μεσημβρινὴν
βῆναι κέλευθον, ἔνθ' Ἀμαζόνων στρατὸν
ἥξεις στυγάνορ', αἳ Θεμίσκυράν ποτε
κατοικιοῦσιν ἀμφὶ Θερμώδονθ', ἵνα
τραχεῖα πόντου Σαλμυδησσία γνάθος

735. πρόσπλατοι pro πρόσπλαστοι Elmsl. Dind. Vide ad v. 915.

736. ποταμὸν, sc. Ἀράξην, ita nominatum παρὰ τὸ ἀράσσειν καὶ ἠχεῖν τὰ κύματα αὐτοῦ. Ita saltem Schol. probante Dind. qui miro errore commissum putat quod quidam sibi finxerunt nomen proprium Ὑβριστήν. Sed admodum incertum est quemnam fluvium designaverit poeta. Optime laudat Blomf. Herod. I. 189. ἐχαλέπαινε τῷ ποταμῷ ὁ Κῦρος τοῦτο ὑβρίσαντι. Putatur a quibusdam fuisse hic fluvius *Saxosum sonans Hypanis,* Virg. Georg. IV. 370. hodie *Kuban,* qui e Caucaso in Pontum Euxinum effunditur.

739. ἐκφυσᾷ. Vide Ag. 1360. et de μένος ad Suppl. 553. Sensus est, donec ad ipsum montem Caucasum perveneris, ad eumque locum ubi fluvii fontes ex ipso montis supercilio erumpunt. Superatis igitur his fontibus, superari etiam montis cacumen (κορυφὰς) necesse erat.

743. Sensus est, Amazones, quæ nunc infra Caucasum habitant, olim ad Themiscyram demigrabunt. Hanc enim Amazonum sedem vulgo perhibebant. Vide Apollon. R. II. 966. Apollodor. II. 9. 1. Ἀμαζόνων—αἳ κατῴκουν περὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμόν, et ibid. §. 7. GROTE, *History of Greece,* Vol. I. pp. 287—91. Nec tamen accurate dicit poeta Themiscyram ibi sitam esse, ubi Salmydessus, cum in diverso Euxini litore versus meridiem iste locus porrectus esset.

Nec studium mihi nec diligentia defuit ut alteram hujus fabulæ editionem quam emendatissimam prelo emitterem. Quo quidem in opere non parum laboris insumendum fuit: tot virorum doctorum considerandæ conjecturæ, tot libri consulendi, tot discrepantes inter se conferendæ scripturæ, denique tot incerta, obscura, ambigua, omni animi intentione retractanda fuerunt. Contigit autem mihi, secundas curas post aliquot annos adhibenti, quod solet iis contingere qui sero resipiscere quam pertinaciter errare malunt, ut quibusdam in locis a priore sententia discedendum putaverim. Quod ne quis non mihi solum, sed fortasse etiam toti Criticorum turbæ vitio vertat, tanquam non certis linguæ legibus, sed ab ingenio vel arbitrio editorum omnis Græcarum literarum pendeat interpretatio, deprecari non plane ineptum videtur. Sciunt harum rerum peritiores, neque adeo constare de hujus fabulæ explicatione, ut nihil quispiam vulgata ratione probabilius meditando assequi possit; nec de veterum librorum auctoritate aut scriptura omnino verum vidisse qui ante proximum fere quinquennium manum emendatricem Æschylo admoverant. Adjumenta mihi hodie adfuerunt Franzii[1], Dindorfii altera[2], et viri amicissimi Johannis Conington Oxoniensis[3] editiones; quibus accessit etiam nova versio Anglicana

[1] Des Æschylos Oresteia, ed. Johannes Franz. Leipzig, 1846.

[2] Æschyli Tragœdiæ superstites et Deperditorum Fragmenta. Ex recensione G. Dindorfii. Ed. secunda emendatior. Oxonii, 1851.

[3] The Agamemnon of Æschylus, &c. By John Conington, B.A. London, 1848. Qui mihi per literas sæpius consulenti multa de sua doctrina humanissime communicavit.

ab J. S. Blackie nuper confecta ac notulis instructa. Quas omnes et diligenter excussi, et Franzii libro nonnulla me debere profiteor quæ magni etiam facio. Nam de illius viri opere non sane contemnendo ego aliter sentio quam Editor Oxoniensis, qui eum "corrupisse magis quam emendasse" existimat[4]. Mihi videtur plerumque sobrius, sæpe ingeniosus in emendando; nisi quod in verba Ahrensii sui jurare nimium addictus sit.

Confeceram commentarium meum, et jam in eo ipso eram ut Typographis traderem, cum insperanti mihi allata est editio viri magni et desideratissimi, Godofredi Hermanni, quam constat omnes ubique gentium homines literatos multos jam annos cupidissime expectavisse. Itaque libro diligentius perlecto pluribus in locis quid censuerit criticorum ille princeps libenter apposui, nonnulla etiam eorum quæ ipse scripseram in melius mutavi, tanti ducis vestigiis si non ubique insistens, at nusquam, nisi admodum caute progrediens, prælatum obscuro itineri lumen aspernatus. Profecto hæc nova editio, etsi temere interdum, ac pæne dixerim infeliciter, in locis vexatis grassata est, maximi tamen facienda est, cum et singulari interpretandi gravitate se commendet, et sæpius veram poetæ sententiam, nonnunquam etiam scripturam, sagaciter indagaverit.

His autem Viris, Dindorfium dico, Franzium, Hermannum, debetur aliquanto copiosior et accuratior Codicis Medicei collatio, quam antehac publici juris facta est, iis præsertim summa cum diligentia enotatis, quæ a prima manu scripta ac postea obliterata oculorum aciem plerisque fefellisse videntur. Qui quidem liber antiquus si fons est unicus unde reliqui omnes, cum manu scripti tum typis impressi, derivati sunt, quæ Dindorfii est sententia[5], patet eos operam perdidisse qui variantes scripturas tanta cum industria ex istis apographis et vett. editionibus enotaverunt, nisi

[4] Conington, Præf. ad Agam. p. xii.

[5] Dind. Præfat. p. v. ad ed. 1851. Itaque falsus sum cum dixi ad Prom. 87. Robortelli librum et Mediceum non ab eodem fonte venisse videri, quod recte docuerat G. Burges. Tres tantum libros MSS., Ven. Farn. Flor., ab alio quam Med. archetypo exscriptos dicit Mauricius Hauptius in Præf. ad ed. Herm. p. ix, sed hos etiam ab Mediceo profluxisse credit Dindorfius, et rectius, ut opinor.

in ea Agamemnonis parte (a v. 301 usque ad v. 1034, et a v. 1129 usque ad finem), quæ nunc ex Mediceo intercidit, integra autem fuit cum libri MSS. Venetus, Florentinus, Farnesianus, exscriberentur.

Ad scholia quod attinet, quæ nuper integra ex ipso Mediceo, atque eadem a serioribus grammaticis aucta ac temerata ex aliis libris nuper edidit Dindorfius, etsi nonnulla accuratiora nunc protulit Vir Doctus, non multum ea facere videntur aut ad mentem poetæ rectius intelligendam, aut ad verba ipsius in locis corruptis restituenda. Erat enim grammaticus iste, qui alius fuit quam qui fabulas exscripsit, homo nec doctrinæ copia nec judicii acumine insignis; qui si (ut Dindorfio videtur) commentarium suum ex Alexandrinorum thesauris hausit, aut perpauca digna ibi invenit quæ proferret, aut parum intellexit quid utile, quid supervacaneum esset. Sunt enim tam multa ab isto homine falso, imperite, immo inepte appicta, ut mirer ubinam sint ea "multa," quæ Dindorfio visa sunt "docte intelligenterque observata[6]."

Sed ut ad meum libellum, unde cœperam, revertar; quod aliquanto copiosior in hac editione unicuique paginæ subjecta est annotatio, ejus rei causa est quod præ nimio brevitatis studio plura silentio olim prætermiseram, quæ tironibus, quorum usibus præcipue operam dedi, plerumque difficilia et obscura videri postea intellexi. Ac multa quidem explicare, modo breviter omnia, non modo non culpandum in editore, sed magnopere etiam laudandum puto. Neque enim in eo versatur commentarii utilitas, ut deminuto labore studendi etiam disciplina intereat, sed ne quid perverse intelligatur. Qui vero doctis pariter et indoctis eadem opera consulere conatur, is vereor ne plerumque neutri satis facturus sit. Vere enim Plutarchus[7]: *τῶν διδασκόντων οἱ μὲν πρὸς τὸν ὄχλον καὶ τὸν δῆμον γράφουσιν, οἱ δὲ τοῖς ὀλίγοις· τὸ δ' ἐν ἀμφοῖν ἁρμόττον τοῖς γένεσιν οὐ ῥᾴδιον ὅτῳ τῶν πάντων ὑπῆρξεν εἰπεῖν.* Ego vero, id si forte possem, errantibus viam monstrare quam ardua doctrinæ enitentibus ducem me offerre malui.

[6] Vol. iii. Præf. p. iv. Exempla quædam ex hac fabula apponam: schol. ad vv. 59. 65. 168. 177. 192. 221. 1123. 1148. Quis, quæso, talia hodie vel in tirunculo toleraret?

[7] Aristoph. et Menandri Comparat. § iii. init.

Nihil autem magis desideratur in editore quam sanum judicium. Quod qui multo studio castigatum habet; qui animum vetere tragœdia bene imbutum afferre potest; qui dicendi proprietatem quasi naturali quodam sensu intelligit, ille plerumque ante alios sequendus erit; neque enim qui doctissimus, idem continuo optimus in critica exercenda habendus. Nam multis jam exemplis probatum est, posse viros linguæ ipsius peritissimos, dum corrupta conjectando emendare volunt, vel pueris pejus delirare. Quo quidem judicio si omnes pariter atque doctrina excelluissent editores, in tantam molem nunquam crevissent annotationes in Æschylum conscriptæ, quarum non minima pars in refellendis aliorum conjecturis et opinionibus sine ullo fructu insumitur. Quanquam de hoc quidem tacendum. Nam, ut scribit Tullius, de tragœdia dum disputat, "In hoc genere nescio quo pacto magis quam in aliis suum cuique pulchrum est: sic se res habet: te tua, me delectant mea[8]."

[8] Tusc. Disp. lib. v. cap. xxii.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟΣ.

Ἀγαμέμνων εἰς Ἴλιον ἀπιὼν τῇ Κλυταιμνήστρᾳ, εἰ πορθήσοι τὸ Ἴλιον, ὑπέσχετο τῆς αὐτῆς ἡμέρας σημαίνειν διὰ πυρσοῦ. ὅθεν σκοπὸν ἐκάθισεν ἐπὶ μισθῷ Κλυταιμνήστρα, ἵνα τηροίη τὸν πυρσόν. καὶ ὁ μὲν ἰδὼν ἀπήγγειλεν· αὐτὴ δὲ τὸν τῶν πρεσβυτῶν ὄχλον μεταπέμπεται, περὶ τοῦ πυρσοῦ ἐροῦσα· ἐξ ὧν καὶ ὁ χορὸς συνίσταται· οἵτινες ἀκούσαντες παιανίζουσι. μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ καὶ Ταλθύβιος παραγίνεται, καὶ τὰ κατὰ τὸν πλοῦν διηγεῖται. Ἀγαμέμνων δ᾽ ἐπὶ ἀπήνης ἔρχεται· εἵπετο δ᾽ αὐτῷ ἑτέρα ἀπήνη, ἔνθα ἦν τὰ λάφυρα καὶ ἡ Κασάνδρα. αὐτὸς μὲν οὖν προεισέρχεται εἰς τὸν οἶκον σὺν τῇ Κλυταιμνήστρᾳ. Κασάνδρα δὲ προμαντεύεται, πρὶν εἰς τὰ βασίλεια εἰσελθεῖν, τὸν ἑαυτῆς καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος θάνατον, καὶ τὴν ἐξ Ὀρέστου μητροκτονίαν, καὶ εἰσπηδᾷ ὡς θανουμένη, ῥίψασα τὰ στέμματα. τοῦτο δὲ τὸ μέρος τοῦ δράματος θαυμάζεται, ὡς[1] ἔκπληξιν ἔχον καὶ οἶκτον ἱκανόν. ἰδίως δὲ Αἰσχύλος τὸν Ἀγαμέμνονα ἐπὶ σκηνῆς ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ. τὸν δὲ Κασάνδρας σιωπήσας θάνατον, νεκρὰν αὐτὴν ὑπέδειξε. πεποίηκέ τε Αἴγισθον καὶ Κλυταιμνήστραν ἑκάτερον διϊσχυριζόμενον περὶ τῆς ἀναιρέσεως ἑνὶ κεφαλαίῳ· τὴν μέν, τῇ ἀναιρέσει Ἰφιγενείας· τὸν δέ, ταῖς τοῦ πατρὸς Θυέστου ἐξ Ἀτρέως συμφοραῖς.

Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ[2], ἔτει δευτέρῳ. πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ. ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς.

Προλογίζει δὲ ὁ φύλαξ, θεράπων Ἀγαμέμνονος.

[1] ὡς καὶ ἔκπληξιν καὶ οἶκτον ἱκανὸν ἐμποιεῖν Dind.

[2] Vulg. εἰκοστῇ ὀγδόῃ. "Correxerunt VV. DD. ὀγδοηκοστῇ, quod facile mutari potuit in ὀγδόῃ εἰκοστῇ." Porson. (*Ex ed. Scholef.*)

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΦΥΛΑΞ.
ΧΟΡΟΣ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.
ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ ΚΗΡΥΞ.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
ΚΑΣΣΑΝΔΡΑ.
ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΦΥΛΑΞ.

ΘΕΟΥΣ μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων
φρουρᾶς ἐτείας μῆκος, ἣν κοιμώμενος
στέγαις Ἀτρειδῶν ἄγκαθεν, κυνὸς δίκην,
ἄστρων κάτοιδα νυκτέρων ὁμήγυριν,
καὶ τοὺς φέροντας χεῖμα καὶ θέρος βροτοῖς
λαμπροὺς δυνάστας ἐμπρέποντας αἰθέρι
[ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν].

1. Verte, cum Klausen., *per longitudinem annuæ vigiliæ posco liberationem horum laborum*, sc. et tristitiæ (v. 18) et molestiæ excubiarum. Alia ratio quibusdam placuit: *φρουρᾶς, ἐτείας μῆκος, nempe vigiliæ in annum indictæ.* Hermannus autem accusativum sic positum vult, ut inf. 1065, Antig. 857, tanquam λέγω δὲ μῆκος etc. scriptum esset.—ἔτειος, idem quod ἐνιαύσιος, *unius anni longitudinis*, ut interdum Latinis *annuus*. Respexit poeta speculatorem illum, ab Ægistho mercede conductum ad observandum reditum Agamemnonis, de quo traditur Hom. Od. iv. 526. *φύλασσε δ' ὅγ' εἰς ἐνιαυτὸν*, monente Stanleio.—μῆχος Blomf. ex Stanl. et Valcken. conjectura, quam nuper revocavit Dindorfius (1851).

2. *ἣν κοιμώμενος ἄγκαθεν* est: *quam pernoctans caput ulnis suffultus. ἐν ἀγκάλαις* Gloss. cod. Farn., probante Hermanno, et sic K. Cf. Eum. 80. *παλαιὸν ἄγκαθεν λαβὼν βρέτας*. Cubito innititur dum cubat, qui non dormit, sed tantum reclinatur. Vix potuit de homine vigili, nedum custode, dici *κοιμᾶσθαι φρουρὰν*, quod esset *edormire excubias*, ut Herod. ix. 93. *κατακοιμήσας τὴν φυλακὴν*, nisi ejusmodi additamento coerceretur oratio. Itaque *ἄγκαθεν* pressius reddendum erit *ἐξ ἀγκαλῶν*, quasi *ex ulnarum fulcro suspensus;* Lat. *cubito presso*. Confer Rhes. 7. *ὄρθου κεφαλὴν πῆχυν ἐρείσας*. Il. x. 80. *ὀρθωθεὶς δ' ἄρ' ἐπ' ἀγκῶνος, κεφαλὴν ἐπαείρας, Ἀτρείδην προσέειπε*. Od. xiv. 494. *ἐπ' ἀγκῶνος κεφαλὴν σχέθεν*. Contra autem, cum ordo verborum et apta vox de eo qui *desuper e longinquo* aliquid observat, tum etiam Grammaticorum auctoritas, suadent ut *ἄγκαθεν* pro *ἀνέκαθεν* contractum accipiamus. Bekk. Anecd. i. p. 337. *ἄγκαθεν κατὰ ἀποκοπὴν ἀντὶ τοῦ ἀνέκαθεν. οὕτως Αἰσχύλος*. Hesych. *ἀγρίαθεν* (*ἄγκαθεν*), *ἀνέκαθεν· Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι*. Ceterum hoc ipsum *ἀνέκαθεν* edidit Franzius. Non recte quidem secundum verborum analogiam, sed satis facile ex usu pronuntiandi, *ἀνέκαθεν*, quod ab *ἀνὰ* et *ἑκὰς* deducitur, in *ἄγκαθεν* transiit, quanquam ea vox aliam etiam significationem (sc. *ἐξ ἀγκαλῶν*) habuit.

7. Insititium esse hunc versum vel uno

καὶ νῦν φυλάσσω λαμπάδος τὸ σύμβολον,
αὐγὴν πυρὸς, φέρουσαν ἐκ Τροίας φάτιν
ἁλώσιμόν τε βάξιν· ὧδε γὰρ κρατεῖ
γυναικὸς ἀνδρόβουλον ἐλπίζον κέαρ.
εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον ἔνδροσόν τ' ἔχω
εὐνὴν ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπουμένην
ἐμήν· φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ,
τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὕπνῳ·
ὅταν δ' ἀείδειν ἢ μινύρεσθαι δοκῶ,

argumento luculenter probari potest; quod *senarium nusquam a dactylo inchoavit Æschylus, præterquam in nomine proprio.* Vide inf. 1283. Prom. 749. Frag. Myrmid. 133. incert. 304. et 244, ubi recte Dind. ὦ Θάνατε Παιὰν tanquam de persona accipit. In Frag. 248, pro οὐ γὰρ ὁ δράκων ἐνῆκεν, vel corrigendum οὐ γὰρ δράκων ἀνῆκεν, vel ὁ δράκων non ipsius poetæ, sed laudantis verba sunt. Non magis Æschyli esse crediderim versum in Bekk. Anecd. tanquam ex Agamemnone laudatum (Frag. 437. ed. Dind. 1851), χαλκὸν ἀθέριτον ἀσπίδος ὑπερτενῆ, ubi χαλκὸν ἀθέριστον emendat Blomf. Itaque his locis excussis cadere videtur patrocinium miselli senarioli a viro docto in Phil. Mus. Cant. vol. i. p. 21, ac nuper ab Hermanno susceptum. Adjectus est, opinor, ab aliquo cui durior fuit locutio vere Æschylea λαμπροὺς δυνάστας, qua non tam sidera (quæ modo commemoravit ἄστρων ὁμήγυριν), sed solis et lunæ cursus significantur.

11. κρατεῖ ἐλπίζον, *in sperando superius est*, magis aliquid sperat quam alii, ut κρατεῖν τρέχοντα cet. Ita Klausen. *Auctoritatem habet*, atque ideo *imperat*, interpretari malunt alii ac nuper Hermannus, qui contulit locum meo judicio non plane similem, Hec. 282. οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών. At pusilla est sententia, *et nunc observo signum, quia sic imperat regina.* Aliquanto fortius est κρατεῖ ἐλπίζον quam simplex ἐλπίζει, quoniam quæ ἀνδρόβουλον κέαρ habet, plusquam muliebria concipere solet. Sed malis sic scripsisset Æschylus ὧδε γὰρ κέαρ—ἐλπίζον κρατεῖ.

12. Ambulatoriam sub dio stationem describit excubitor verbis νυκτίπλαγκτον εὐνὴν, quibus declarare vult se εὐνὴν quidem habere, sed eam insomnem. Confer v. 321.—εὖτ' ἂν, sequente ὅταν, diverso quidem sensu accipi non potest, ut voluit non nemo, quoniam altera tantummodo forma est ejusdem vocis: vide Buttm. Lexil. in v. (p. 313. ed. Angl.) Scilicet dicturus erat εὖτ' ἂν ἔχω, τότε ἀείδω, sed interponit, *et quando, ut vigil pernoctem, me ad cantandum recipio, tunc* etc. Quod dedit Hermannus, τί μήν; φόβος γὰρ κ.τ.λ., ego in textum inferre nec ausim neque velim, cum in positione pronominis ἐμὴν, in qua et alii offenderunt, nihil videam nisi metricam necessitatem: nam post νυκτίπλαγκτον ἔνδροσόν τε proxime sequi debebat εὐνήν. Præterea solent istæ particulæ non inchoare, sed claudere senarium.

14. Causa timoris, qui somnum excutit, non est terror nocturnus, nam sponte et de industria id agit homo, ut ne altius somno obdormiat (v. 17); sed metuit ne non vigilans deprehensus pœnas luat negligentiæ.

15. τὸ μὴ, ὥστε μὴ, συμβαλεῖν: cf. v. 1265.—βεβαίως, Angl. *soundly*, Lat. *arcte dormire.*—μινύρεσθαι, Angl. *to whistle.* Ælian. Var. Hist. ix. xi. de Parrhasio pictore: καὶ ᾖδε καὶ ὑποκινυρόμενος τὸν κάματον τὸν ἐκ τῆς ἐπιστήμης ἐπειρᾶτο ἐπελαφρύνειν. Sane durum est, quod ter tantillo intervallo repetitur ὕπνος.

ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος,
κλαίω τότ' οἴκου τοῦδε συμφορὰν στένων,
οὐχ ὡς τὰ πρόσθ' ἄριστα διαπονουμένου.
νῦν δ' εὐτυχὴς γένοιτ' ἀπαλλαγὴ πόνων,
εὐαγγέλου φανέντος ὀρφναίου πυρός.
Ὦ χαῖρε λαμπτὴρ νυκτὸς, ἡμερήσιον
φάος πιφαύσκων, καὶ χορῶν κατάστασιν
πολλῶν ἐν Ἄργει τῆσδε συμφορᾶς χάριν.
ἰοῦ, ἰοῦ.
Ἀγαμέμνονος γυναικὶ σημαίνω τορῶς,
εὐνῆς ἐπαντείλασαν ὡς τάχος, δόμοις
ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα τῇδε λαμπάδι
ἐπορθιάζειν, εἴπερ Ἰλίου πόλις
ἑάλωκεν, ὡς ὁ φρυκτὸς ἀγγέλλων πρέπει·
αὐτός τ' ἔγωγε φροίμιον χορεύσομαι·

17. ἄκος ἀντίμολπον ὕπνου est: remedium quo cantus adversus somnum paratur. Angl. *a remedy of song against sleep*. Nisi forte ὕπνου pendet ab ἄκος (nam nolenti dormire somnus est tanquam morbus summa cura fugandus), et ἀντίμολπον simpliciter significat μολπαῖον. Nam μολπὴ et μέλπειν proprie dicuntur de cantando ad lyram vel tibiam. Quæ si huic homini defuit, ei non fuit vera μολπὴ, sed sibilando fecit sibi quod potuit μέλος ἀντίμολπον. Ceterum totius loci hæc est sententia: Quandocunque misellum lectum habeo somni expertem, cum propter discursandi sive ambulandi necessitatem, tum quia dormire non audeo præ timore; quandocunque etiam, ad excutiendum soporem qui interdum vel invito obrepere solet, canere incipio, tunc cantus mihi in lacrymas vertit.

22. ἡμερήσιον φάος non modo ad captandam antithesin ponitur, sed lætitiæ et salutis lumen civibus ostentum indicat. Similiter v. 505. ἥκει γὰρ ὑμῖν φῶς ἐν εὐφρόνῃ φέρων.—ἡμερήσιον, ut νυκτερήσιος, *nocturnus*, Arist. Thesm. 204, forma insolentior est hoc saltem sensu.

26. Hac acuta exclamatione, ἰοῦ ἰοῦ (Angl. *hurrah*), signum do Clytæmnestræ ut surgat extemplo, et antelucana industria accingat se ad sacrificandum, sc. τὰ χαριστήρια, τὰ εὐαγγέλια (v. 253), quæ infra v. 577 cum ὀλολυγμῷ statim viso igne se obtulisse narrat Regina. Scilicet hoc ipsum ἰοῦ ἰοῦ respondente ὀλολυγμῷ excipi vult excubitor.—Hanc Hermannus "nimis stolidam hominis rusticitatem" ratus, ut Reginam expergefacere vellet, ἰοῦ ἰοῦ post v. 21 collocavit, et σημανῶ in v. 26 ex libris inferioris notæ adscivit.

30. πρέπει. *Manifestum facit* vertit Buttmannus, Lexil. p. 351. de vv. θεόπροπος et πρέπειν disserens. Et sic Schol. Med. πρέπει· διαπρεπῶς σημαίνει. Sententiæ nexus hic est: "Reginam ad clamandum incitabo, si forte verus est nuntius ignis; et ipse ego præludens saltabo; nam sumam res bene evenisse dominis meis, viso hoc felicissimo igne. Sed, utut hoc sit (v. 34), utinam mihi contingat" etc. Corrigit se quodammodo, tanquam nimis confidenter ac temere de veritate speratæ victoriæ locutus. Confer inf. 217. 246.

τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι,
τρὶς ἓξ βαλούσης τῆσδέ μοι φρυκτωρίας.
γένοιτο δ' οὖν μολόντος εὐφιλῆ χέρα
ἄνακτος οἴκων τῇδε βαστάσαι χερί—
τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
βέβηκεν· οἶκος δ' αὐτὸς, εἰ φθογγὴν λάβοι,
σαφέστατ' ἂν λέξειεν· ὡς ἑκὼν ἐγὼ
μαθοῦσιν αὐδῶ, κοὐ μαθοῦσι λήθομαι.

ΧΟΡΟΣ.

δέκατον μὲν ἔτος τόδ', ἐπεὶ Πριάμου
μέγας ἀντίδικος,
Μενέλαος ἄναξ ἠδ' Ἀγαμέμνων,
διθρόνου Διόθεν καὶ δισκήπτρου
τιμῆς ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδᾶν,
στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν
τῆσδ' ἀπὸ χώρας
ἦραν στρατιῶτιν ἀρωγὰν,
μέγαν ἐκ θυμοῦ κλάζοντες Ἄρη,

32. *εὖ πεσόντα θήσομαι, mihi ponam tanquam felici casu usa.* Male K. *faciam ut bene cadant.* Utraque vox propria est de ludo tesserario, ut Soph. Frag. 686. *στέργειν δὲ τἀκπεσόντα καὶ θέσθαι πρέπει σοφὸν κυβευτήν.* Plat. p. 755. *ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ πράγματα.* Quæ loca laudavit Blomf. Tribus tesseris ludebatur, quarum singulis senionem jactum esse dicit, quæ summa fortuna erat.

36. "Usurpatur hoc proverbium de iis, qui præ metu tacent." Hermannus: qui ductum putat a bove, vel pedi hominis pedem suum imponente, vel stragulo aut alicui rei insistente, ut subtrahi non possit, sed quasi affixa maneat. Theognis, v. 815. *βοῦς ἐπί μοι γλώσσῃ κρατερῷ ποδὶ λὰξ ἐπιβαίνων Ἴσχει κωτίλλειν.* Vide *New Cratylus*, § 468. Nihil hic de accepta pecunia, quum fidelem se domino plane profiteatur servus, quod recte monuit Blomf.

39. *ἑκὼν* ad *λήθομαι* haud minorem vim exserit quam ad *αὐδῶ*. Herod. iv. 43. *τοῦ ἐπιστάμενος τὸ ὄνομα ἑκὼν ἐπιλήθομαι.* Ibid. iii. 75. *ὁ δὲ τῶν μέντοι ἐκεῖνοι προσεδέοντο αὐτοῦ, τούτων μὲν ἑκὼν ἐπελήθετο.* Vix monendi sunt tirones, *ἑκὼν* et *ἄκων* apud Græcos non tam *sponte* et *invito*, quam *consulto* et *casu* valere.

44. *ὀχυρὸν ζεῦγος.* Ut *κλεινὸν ζυγὸν* se vocant fratres, Eur. Hel. 392. Interpunctionem post *τιμῆς* sustulit Hermannus, qui æque ad *τιμῆς* pertinere *ζεῦγος* atque ad *Ἀτρειδᾶν* monuit.

47. *ἀρωγὰν* libri, sed superscripta *η* in Med. "Non puto hæc verba, *στρατιῶτιν ἀρωγὰν*, per appositionem ad *στόλον* addita esse, sed epitheti officio fungi, *exercitum duxerunt ad militare auxilium.*" Herm.

τρόπον αἰγυπιῶν, οἵτ' ἐκπατίοις
ἄλγεσι παίδων ὕπατοι λεχέων
στροφοδινοῦνται,
πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι,
δεμνιοτήρη
πόνον ὀρταλίχων ὀλέσαντες.
ὕπατος δ' ἀΐων ἤ τις Ἀπόλλων
ἢ Πὰν ἢ Ζεὺς οἰωνόθροον
γόον ὀξυβόαν τῶνδε μετοίκων,
ὑστερόποινον
πέμπει παραβᾶσιν Ἐρινύν.
οὕτω δ' Ἀτρέως παῖδας ὁ κρείσσων
ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πέμπει Ξένιος
Ζεύς, πολυάνορος ἀμφὶ γυναικὸς
πολλὰ παλαίσματα καὶ γυιοβαρῆ,
γόνατος κονίαισιν ἐρειδομένου,

49. *ἐκπατίοις*. Optima mihi quidem videtur Elmsleii interpretatio, *solitario luctu*, h. e. luctu ob amissos pullos qui iis suadet in remota sylva plorare, et quasi πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνειν. Sic ἐκ πάτου Il. xx. 137. Schol. Med. τοῖς ἔξω τῆς ὁδοῦ. Æschylei moris non est ἐκπατίοις scribere pro ἐκπατίων, per figuram hypallagen. *Præter solitum ingentibus*, h. e. *nimiis*, vertunt Dind. K. Linwood et Conington. Ex Od. xvi. 216, sumptum esse hunc locum monuit Bochartus ap. Herm.

54. *δεμνιοτήρη πόνον*. Laudat hunc locum Hesychius in v., qui πόνον explicat τὰ (τὸν ?) περὶ τὴν τροφὴν αὐτῶν. "Non satis accurate. Δεμνιοτήρης πόνος ὀρταλίχων est *cubiliprema cura pullorum*, sive labor quem parentes pullis in cubando sustinuerunt." Herm. δεμνιοτήρης μοῖρα, *quæ cubare faciat*, inf. 1424.

55. Videtur poeta voluisse: ὕπατός τις ἀΐων, ἢ Ἀπόλλων, ἢ Πάν, ἢ Ζεύς. Et Apollo quidem, quia divinationis auctor est; Pan, quia agrestium animalium habebatur patronus; Zeus, ut summus judex ac supremus injuriæ defensor.

57. *μέτοικοι* vocantur vultures (non pulli), quia in mente habuit poeta notum illud Atheniensium institutum, quo læsi μέτοικοι per προστάτας suos jus repetere solebant. Hoc igitur loco dii sunt quasi patroni orbatis vulturibus. τῶν δὲ μετοίκων Hermannus, qui τῶνδε inutile esse monet, si de ipsis avibus dicatur, et ὕπατος ἀΐων (ἐστὶ) intelligit, μετοίκων de avecta Helena, quæ sub volucrum imagine indicatur, παραβᾶσιν de Trojanis accipiens. Obstare videtur quod statim sequitur οὕτω δέ, tanquam non nisi de avibus adhuc locutus sit poeta.

62. *πολυάνορος*. πολλοὺς μνηστῆρας ἐσχηκυίας. Schol. Med.

64. Imago a luctando est. Vide ad Suppl. 85. Ælian. Var. Hist. iii. xvii. Ἀριστοτέλης τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, οὐ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, εἰς γόνυ πεσοῦσαν, ἀλλ' ἐπὶ στόμα, ἀνέστησεν αὖθις. Cf. ἐπὶ γόνυ κέκλιται Pers. 914. Placet Arnaldi conjectura, a Blomf. commemorata, quanquam a plerisque neglecta, κονίαις ἐνερειδομένου. Simillimum certe est istud Theocriti, εὖ γ' ἐνερεισάμενος πέτρᾳ γόνυ, Id. vii. 8.—γόνατος genitivum post πα-

διακναιομένης τ' ἐν προτελείοις
 κάμακος, θήσων Δαναοῖσιν
Τρωσί θ' ὁμοίως. ἔστι δ' ὅπη νῦν
ἔστι· τελεῖται δ' ἐς τὸ πεπρωμένον·
οὔθ' ὑποκλαίων οὔθ' ὑπολείβων
[οὔτε δακρύων] ἀπύρων ἱερῶν
 ὀργὰς ἀτενεῖς παραθέλξει.
ἡμεῖς δ' ἀτίται σαρκὶ παλαιᾷ
τῆς τότ' ἀρωγῆς ὑπολειφθέντες
 μίμνομεν, ἰσχὺν
ἰσόπαιδα νέμοντες ἐπὶ σκήπτροις.
ὅ τε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων

λαίσματα, non absolute positum putat Herm.

68. *ἐς τὸ πεπρωμένον*, ut semper fere dicitur *ποῖ τελευτήσω*; et similia. Sententia est: capta modo Troja exitus in manu deorum est, ac quomodo eventura sit res nondum videmus. Suspicandum tamen esse malum docet propter nondum expiata delicta.

69. *ὑποκαίων* Casaub. *ὑποδαίων* Franzius. Ineptam esse participiorum *ταυτολογίαν* sensit Dindorfius. Crediderim *οὔτε δακρύων* interpretamentum fuisse ad *οὔθ' ὑπολείβων* appositum, quod vel de libando vel de lacrymando intelligi potuit. Itaque uncis inclusi; et eandem video esse Hermanni sententiam.

70. *ἀπύρων ἱερῶν*, h. e. *ἀθύτων*, propter neglectos ritus, propter sacrificia non facta. Quando aliquis læsit vel sprevit deos, non valent lacrymæ ad avertendum malum. Sententia generalis est, omisso nominativo *τὶς* ad *παραθέλξει*, et exemplo offensi numinis non ex certa re vel persona petito, sed in universum ex neglecto deorum cultu. Sed intelligi vult chorus violatas a Paride hospitii leges; sermo enim revera non tam de Agamemnone, quam de Trojanis est, qui prima totius mali causa fuerunt. Cum vero dixisset *Δαναοῖσιν Τρωσί θ' ὁμοίως*, consulto ambiguum reliquit utram partem præcipue intelligi voluerit. Ad *παραθέλξει* nominativum *'Αγαμέμνων* adscivit Dind., qui *ἄπυρα ἱερὰ*, *nefarium sacrificium*, de mactata Iphigenia accepit. Minus recte, dixissem, nisi nuper ei accessisset gravissima Hermanni auctoritas. Quod ad structuram, Hesychius *ἀπύρου· ἀθύτου*. Eur. Hipp. 147. *ἀνίερος ἀθύτων πελάνων*. Hel. 1334. *ἄφλεκτοι πέλανοι*. Sic *τόκοι ἄγονοι* Œd. Tyr. 27.

72. Nos autem senes domi manemus: respicit ad v. 45 seq.—*ἀτίται*, *spreti*, tanquam vi bellica plane destituti. ab *ἀτίτης*. Sic Blomf. Dind. Franz. cum vett. libris. Med. autem *ἀτῖται*, quod incertum est pro *ἀτίται* an pro *ἀτίτᾳ* positum sit. Hesych. *ἀτίτης· ἄτιμος, ἀτιμώρητος. τίτης φόνος*, *ultor*, Cho. 59. *ἄτιτος inultus* legitur inf. 1403. Hom. Il. xiii. 414. *ἄτῖτος*, *non repensus*, Il. xiv. 484. *ἄντῖτος* (*ἂν τιτὸς* Bekkerus) Il. xxiv. 213. Inter *ἀτίται* et *ἀτίτᾳ* adeo difficile est verum deligere, ut dubitaverit etiam Hermannus utrum recipiendum sit. Et ille quidem dativum prætulit; sed videndum ne sic poeta *ἀτίτῳ* potius quam *ἀτίτῃ* scripsisset.

76. "Quando enim medulla pectoris e juvenili senilis facta et robore destituta est, tum senex decrepitus tribus pedibus, puero non robustior, somnii instar ingreditur." K., qui *ὅτε* edidit. Et recte quidem *ὅτε*, non

ἐντὸς ἀνάσσων
ἰσόπρεσβυς, Ἄρης δ' οὐκ ἔνι χώρᾳ,
ὅ θ' ὑπέργηρως, φυλλάδος ἤδη
κατακαρφομένης, τρίποδας μὲν ὁδοὺς
στείχει, παιδὸς δ' οὐδὲν ἀρείων
ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει.
σὺ δέ, Τυνδάρεω
θύγατερ, βασίλεια Κλυταιμνήστρα,
τί χρέος; τί νέον; τί δ' ἐπαισθομένη,
τίνος ἀγγελίας
πευθοῖ, περίπεμπτα θυοσκινεῖς;
πάντων δὲ θεῶν τῶν ἀστυνόμων,

ὅταν, utitur chorus, cum de se loquatur ac de re quæ et vera et præsens est. Sed vide infra.

77. *ἀνᾴσσων*, *saliens*, ex Hermanni conjectura, quæ sine dubio bona est, receperunt recentiores. Sed vulgatum satis apte significat *imperium tenens*, cum puerilis vigor *regnat* in pectore.

78. *οὐκ ἔνι* (h. e. *ἔνεστι*) *χώρᾳ* libri optimi. Id sic mavult interpretari Hermannus, "non inest, non censetur in loco aliquo et numero," collato Theogn. 151 et 821, cum vulgo vertant *in suo loco non est*.

79. Libri *τίθιπεργήρως* vel *τόθιπερ γήρως*, nulla notabili varietate. *τό θ' ὑπεργήρων* Stanl. Blomf. Peile, Conington, ac nuper Herm. Dind., qui *ἀρείων* in v. 81 pro *ἄρειον* positum accipiunt, ut ad intellectum *γέρων* referatur. *ὅ θ' ὑπέργηρως* Franz., bene, si *ὅ τε γὰρ*, v. 76, scribatur, ut sensus sit: tres sunt ætates, pueri scilicet, juvenis, et senis; quarum secunda sola est *ἡ ἡλικία*, ætas militaris, reliquæ pariter inutiles sunt. Vide ad Theb. 10.

80. In *τρίποδας ὁδοὺς* respexit Œdipi ænigma. Quum enim dixisset *ἰσχὺν νέμοντες ἐπὶ σκήπτροις*, eam imaginem paullo curiosius persequitur. *τρίπους βροτὸς* etiam Hesiod. Opp. 533.

82. *ἀλαίνει*, id. q. *ἀλύει*, *delirat*. Putat se vegetum esse ac strenuum, cum revera sit nihilo fortior puero. Proverbium fuit *δὶς παῖδες οἱ γέροντες*, Soph. Frag. 434. Arist. Nub. 1417. Non ipsum noctis insomnium, sed tantum vanam vigoris opinionem, exprimit per oxymoron, *ὄναρ ἡμερόφαντον*. Vide ad Eum. 126.

87. Vulgo *πειθοῖ*. *πυθοῖ* Flor. *πευθοῖ* Dind. ex Blomf. conjectura. Confer Theb. 364. — *περίπεμπτα* adverbii loco accipit Blomf. Nescio an rectius intelligas donaria, quæ jam antea, expectata victoria, civibus distribuenda curaverat Regina, quæ aris imponerent.—*θυοσκεῖς* pro *θυοσκινεῖς* ex Turn. Farn. et Schol. admiserunt plerique recentiorum, non item Hermannus. Utraque vox incertæ auctoritatis est; nec satis liquet quo fonte derivatæ sint. De scriptura Medicei hæc tradidit Dindorfius in Præfat. ad ed. 1851, p. xx. "*θυοσκεῖς* ex conjectura restitutum est, collata glossa Hesychii *θυοσκεῖν*. Codex Mediceus *θυοσκινεῖς*, litera *ι*, quæ primo non scripta fuerat, ab eadem aliave manu inserta. Fuit igitur *θυοσκνεῖς*, quod memorabile propter similem glossam Hesychii *θεοσκνεῖ*: *θεοὺς τιμᾷ*, ubi Musurus *θευσκυνεῖ* interpolavit." —*περίπεμπτα θυοσκινεῖν* olim interpretatus sum *κινεῖν θύη τὰ περιπεμφθέντα*, nec nunc pœnitet. Nam potuit Æschylus novum verbum conficere ad hoc ipsum quod sententia postulat exprimendum.

88. Deorum urbicorum (*τῶν πολισσούχων*) quasi duo ordines sunt, et cœlestium

ὑπάτων, χθονίων,
τῶν τ' οὐρανίων τῶν τ' ἀγοραίων,
βωμοὶ δώροισι φλέγονται·
ἄλλη δ' ἄλλοθεν οὐρανομήκης
λαμπὰς ἀνίσχει,
φαρμασσομένη χρίματος ἁγνοῦ
μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις,
πελάνῳ μυχόθεν †βασιλείων.
τούτων λέξασ' ὅ τι καὶ δυνατὸν
καὶ θέμις αἰνεῖν,
παιών τε γενοῦ τῆσδε μερίμνης,
ἣ νῦν τοτὲ μὲν κακόφρων τελέθει,
τοτὲ δ' ἐκ θυσιῶν ἀγανὰ φαίνουσ'

et inferorum; quare ὑπάτων, χθονίων, significat *sive ii sint cœlestes, sive inferi.* Adjungit alterum discrimen inter deos cœli et elementorum, et deos qui quasi inter homines versantur ac negotiis forensibus præsunt, quorum statuæ cum in Agora poni solerent, vocantur ἀγορᾶς ἐπισκόποι Theb. 261. Vide ad Suppl. 997. Ceterum optime ad hunc morem illustrandum excitavit Hermannus Schol. ad Equit. 1317. ἔθος ἦν τοῖς ἐν ἀγυιαῖς ἱσταμένοις θεοῖς ἐπὶ ταῖς ἐρχομέναις ἀγγελίαις θύειν, ὡς ἂν εἰ ἀγαθαὶ εἶεν, ἐπινεύσαιεν ταύταις, εἰ δὲ τοὐναντίον, ἀποτρέψαιεν. Ignes in ipsa orchestra accendi putat Müller. Dissert. ad Eum. p. 252.

93. ἀνίσχει, sc. ἑαυτήν, ut sæpissime πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. ἴσχε intransitive Cho. 1041.—χρίματος antiquior forma esse videtur. χρίσματος Flor. Farn. — παρηγορίαις, *placamentis*, sc. ad iram deorum avertendam. Musæus, v. 39. πολλάκι καὶ τὸν ἔρωτα παρηγορέεσκε θυηλαῖς. Hæc purissima unguenta sunt ἄδολα, genuina ac non adulterata; id quod rebus pretiosis solet contingere.

96. Libri βασιλείῳ. βασιλείων scribere vix est mutare. πελάνων pro πελάνῳ legebat Schol.

98. αἰνεῖν, *prædicare* (unde Romanorum *aio;* cf. τίνω et τίω), ancipiti sensu dictum monet Herm. ut Cho. 184. Equidem intelligo ἃ θέμις ἡμῖν αἰνεῖν, non ἃ θέμις σοι. Nam αἰνεῖν confidentiam quandam de rei veritate exprimit, ut nos dicimus *to be satisfied of the fact, to acquiesce, to take it for granted;* quo significatu ξυναινέσαι legitur inf. 468. παραινεῖν, *hortari*, est proprie *dicendo persuadere*, Angl. *to talk over*, ut παρειπεῖν, παραγορεύειν. ξυναινεῖν, *promittere*, Cho. 620, proprie valet *verbis cum quolibet pacisci.* A *prædicando* denique facillime ad *laudandum* transitur. Non multum differt αὐχεῖν a primario sensu hujus verbi; sed abest malum omen ab αἰνεῖν, αὐχεῖν autem semper invidiose dicitur, *to presume.*

99. παιών τε γενοῦ post participium λέξασα plerisque duriuscule constructum videtur. Variatur notus Atticismus, quo verbum participio subnectitur per εἶτα, εἶτα δὲ, καὶ εἶτα, vel καί. Sic Acharn. 24. ἀωρίαν ἥκοντες, εἶτα δ' ὠστιοῦνται πῶς δοκεῖς; Confer Cho. 548. Lysistr. 560. Av. 674. Equit. 392. Nub. 179. εἶτα διαβήτην λαβὼν ἐκ τῆς παλαίστρας θ' ἱμάτιον ὑφείλετο. Theocr. iv. 61. xv. 17. Soph. Frag. 563.

101. ἀγανὰ φαίνουσ' Flor. Farn., in qua scriptura acquiescendum videtur. φαί-

ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον,
τὴν θυμοβόρον φρένα †λύπην.

κύριός εἰμι θροεῖν, ὅδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν στρ.
ἐκτελέων (ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνείει
πειθὼ μολπᾶν
†ἀλκᾷ ξύμφυτος αἰὼν),
ὅπως Ἀχαιῶν δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας
ξύμφρονα τάγαν,

νεις Mediceus. φανεῖσ' Rob. φαίνειν dedit K., qui valde contortam molitur constructionem. ἀγανὰν φαίνουσ' ἐλπίδ' Dobræus, Advers. ii. p. 23. Ad φαίνουσα vulgo intelligitur ἑαυτὴν, ut modo v. 93. Cf. Eur. El. 1234. Hermanno autem primaria verbi significatio videtur esse *lucere* (Homeri φαείνω), tum demum *illustrare, declarare.* Et sic sane Hesych. φαίνει· λάμπει, φαντάζει.—ἃς ἀναφαίνεις Franz. ex conject. Ahrensii. ἀγανὴ σαίνουσ' Butl. Dind. Possis fortasse ἀγανὴ φαίνεις ἐλπίδ' ἀμύνειν κ.τ.λ., *benevola ostendis spem ad solicitudinem amovendam;* vel melius etiam ἀγανήν.

103. τὴν θυμοφθόρον λύπης φρένα Med. cum plerisque libris. τὴν θυμοβόρον non nisi Flor. Farn. cum Turn. Vict. Quod dedi, ex Turnebi conjectura est. Schol. Med. ἥτις ἐστὶ θυμοβόρος λύπη τῆς φρενός. Photius, θυμοβόρος· ἡ τὴν γῆν (ψυχὴν) διαφθείρουσα. Sed suspectum est φρένα, quippe quod glossam sapiat. Audacius remedium quæsiverunt Franzius et Hermannus, quorum hic τῆς θυμοβόρου φρενολύπης, ille λύπης, θυμοφθόρον ἄτην ex conjectura H. L. Ahrensii scripsit. τῆς θυμοβόρου φρένα λύπης Dind.

104. Sententia: etsi militando non sum aptus, utpote senex (v. 72), tamen potis sum et idoneus ad canendum (adhuc enim ætas mea, viribus conjuncta, sc. vim habens congenitam, ac nondum omnino effeta et debilis, divinitus inspirat fiduciam cantus), quomodo Trojam venerint Atridæ etc.—ὅδιον κράτος αἴσιον, victoriam avibus obiter portentam. Confer Pind. Nem. ix. 18. Herc. Fur. 596. ὄρνιν δ' ἰδών τιν' οὐκ ἐν αἰσίοις ἕδραις. Inf. 152. ὀρνίθων ὁδίων. Alia est Hermanni sententia, qua ὅδιον κράτος valere putat *vim viatricem.* Imo αἴσιον de dextro omine, ὅδιον de loco ubi habitum est augurium dicitur.

105. ἐκτελέων, *explicans,* ἐκτολυπεύων, h. e. eventum habuisse ostendens. Plerisque genitivus est ab ἐκτελής, sed quo sensu accipiendus non constat inter viros doctos. Hermannus post alios ἐντελέων, h. e. τῶν ἀρχόντων, sed idem divisim scriptum ἐκ τελέων non improbat, ut sit κράτος ἐξ ἀνδρῶν τελέων, "imperium quo a supremis ducibus imperata est expeditio."

106. μολπᾶν ex Mediceo affert Franzius; sed Herm. "μολπὰν etiam M." Ceteri μολπὰν præbent. Tum ἀλκὰν libri omnes. ἀλκᾷ Bothius, et sic Dind. Franz. Herm. ἀλκὰν ξύμφυτον Blomf. ἀλκὰν ξύμφυτος Peile, Conington, Klausen. Longe diversam a reliquis explicandi rationem iniit Hermannus, cui ἀλκᾷ ξ. αἰὼν est *bello conjunctum tempus,* per appositionem ad πειθὼ sic additum, ut causam fiduciæ indicet, sc. nondum exactum belli tempus.

109. ἥβαν Æschyli codices, ἥβας optimi Aristophanis, a quo hic versus laudatur, Ran. 1285.—τάγαν dedi pro ταγὰν (cujus prior syllaba ubique corripitur; cf. Eum. 286, et Blomf. not. crit.) ex Hermanni conjectura. ταγὸν Blomf., quod malum est, quia *unanimus dux* de duobus intelligi vix potest. τάγη autem pro ταγοὶ eodem jure usurpatur quo ἀρχὰς v. 123.

πέμπει ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι
θούριος ὄρνις Τευκρίδ' ἐπ' αἶαν,
οἰωνῶν βασιλεὺς βασιλεῦσι νεῶν, ὁ κελαινὸς, ὅ τ' ἔξοπιν ἀργᾶς,
φανέντες ἴκταρ μελάθρων, χερὸς ἐκ δοριπάλτου,
παμπρέπτοις ἐν ἕδραισιν,
βοσκόμενοι λαγίναν ἐρικύμονα φέρματι γένναν,
βλαβέντα λοισθίων δρόμων.
αἴλινον, αἴλινον εἰπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω.

κεδνὸς δὲ στρατόμαντις ἰδὼν δύο λήμασι δισσοὺς ἀντ.
Ἀτρεΐδας μαχίμους, ἐδάη λαγοδαίτας
πομπούς τ' ἀρχὰς,
οὕτω δ' εἶπε τεράζων·

111. σὺν δορὶ δίκας πράκτορι habent Æschyli libri. σὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι ex Arist. Ran. 1289, vulgo receptum est. Hermannus: "Aristophanes ista vel minus fida memoria citavit, vel pro suo arbitrio paullum mutavit. Æschylum aliud scripsisse et libri arguunt et ostendit metrum versus antistrophici. Id fuit ξὺν δορὶ πράκτορι ποινᾶς." Quod præclare excogitatum est.

114. Libri ἀργίας, quæ vox omnino nihili esse videtur. Scribendum ἀργᾶς cum Blomf. Dind. Franz. Herm. (qui ad Eur. Hel. 1322, ἀργᾶς maluit, nescio an rectius, est enim ab ἀργάεις pro ἀργήεις, Pind. Ol. 13. 99. Confer τιμῆς pro τιμήεις Il. ix. 605. xviii. 475. ὑπερκύδαντας ib. iv. 66.) De his aquilis, quarum altera πύγαργος et νεβροφόνος, altera μελανάετος et λαγωφόνος vocabatur, vide Aristot. Hist. An. ix. 32. Ceterum poetæ per πύγαργον *ignavum* significabant. Etym. M. p. 695. 50. πύγαργος· εἶδος ἀετοῦ. Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ δειλοῦ (Frag. 932), ἀπὸ τῆς λευκῆς πυγῆς, ὥσπερ ἐναντίως μελαμπύγης ἀπὸ τῆς ἰσχυρᾶς. (Legendum fortasse, ἀπὸ τῆς μελαίνης, ἰσχυρός.) Voluit Æschylus diversam fratrum indolem indicare; unde mireris in v. 121 Dindorfio placuisse Lobeckii πιστοὺς pro δισσούς. Vide Il. xvii. 588. Plat. Symp. p. 174. C.

116. παμπρέπτοις ἐν ἕδραισιν. De fausta cœli regione accipit Hermannus, collatis Ennii versibus ap. Cic. de Div. i. 48, ubi *pulcra loca* sic dicuntur. Sed debet πάμπρεπτος ita valere *faustum*, ut sit *cujus patet omnibus aspectus;* quod clare ostenditur.

117. ἐρικύματα Med. Guelph. Rob. Reliqui cum Schol. ἐρικύμονα. ἐρικύματα φέρματα Turn., quod olim edidi (de scriptura Medicei a Blomf. deceptus), propter βλαβέντα, cujus ea nunc structura est, tanquam dixisset λαγὼ καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς, vel λάγινα γεννήματα, ut inf. 545. λαγωὸν intelligit Herm., duriuscule propter genus masculinum de τοκάδι usurpatum.—λοισθίων δρόμων, *extrema cursus parte,* i. e. cursu qui restabat, intercepta; "quum jam in eo esset ut effugeret impetum aquilarum." Herm. De significatu verbi βλάπτειν, *cursu impedire,* vide *New Cratylus,* § 454.

123. "Agnovit aquilas et duces: agnovit utrosque hos esse idem, alteros alteris designari." K.—λήμασι δισσοὺς, *indole diversos,* sc. hunc tardiorem, illum acriorem. Vide supr. ad v. 114.

124. τεράζων Hermannus, qui laudat Etym. M. p. 737. 11.

"Χρόνῳ μὲν ἀγρεῖ Πριάμου πόλιν ἅδε κέλευθος,
πάντα δὲ πύργων
κτήνη πρόσθε τὰ δημιοπληθῆ
μοῖρ' ἀλαπάξει πρὸς τὸ βίαιον.
οἷον μή τις †ἄγα θεόθεν κνεφάσῃ προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας
στρατωθέν· οἴκῳ γὰρ ἐπίφθονος Ἄρτεμις ἁγνὰ,
πτανοῖσιν κυσὶ πατρὸς,
αὐτότοκον πρὸ λόχου μογερὰν πτάκα θυομένοισι·

125. ἀγρεῖ, præsens propheticum, *capit* pro *capiet*. Libri levi errore ἀργεῖ. αἱρεῖ Elmsl. Blomf.

127. Sed omnes pecudes, quæ ante urbem pascuntur, sors violenter diripiet. κτήνη ex sola Hesychii et Schol. auctoritate interpretantur χρήματα, *opes*. Equidem intelligo rapinas propter victum quotidianum factas ab exercitu, de quibus notus est locus Thucyd. i. 11.—πρόσθε πύργων, ut πρόνομα βοτὰ Suppl. 672. Durius dictum esset πύργων κτήνη, *turrium opes ;* et jejuna, imo absurda, est sententia: capietur quidem Troja, sed *prius* omnes ejus opes diripientur. Nihilo melius explicaveris τὰ πρόσθε δημιοπληθῆ. Hermannus ex Pauwii conjectura πρόσθετα admisit (προσθετὰ Med.), "*vi fatum turrium opes diripiet collatas a populo.* Opulentiam dicit Priami, ex tributis civium collatam." Sic ille. Mihi quidem δημιοπληθῆ sunt *quæ ad populum pertinent*, quæ in agro publico habentur. Ceterum ob metrum fortasse legendum δημιοπληθέα. Vide Dind. Præf. p. xx., et supr. ad v. 111.—Sententia totius loci hæc esse videtur: capietur quidem Troja, sed non antea quam famelicus exercitus diu ante mœnia consederit. Interpretandi ratio qua utitur Calchas ita se habet: Aquilæ sunt duces: leporis fetus ante partum discerptus significat κτήνη βιαίως σφαγέντα. Qui vertunt: *et* opes diripientur etc., parum attendunt ad μὲν et δέ.

130. *Cavendum modo, ne qua deorum invidia obscuret magnum militare frænum Trojæ*, sc. pessum det expeditionem qua Troja coercenda est. οἷον μὴ, *modo ne*, ut recte interpretatur Goettling. ad Hes. Theogn. 26, et Schol. μόνον μή. De subjunctivo vide inf. ad v. 332.—ἄγα pro ἄτα Herm. recte, ut vel e seq. οἴκῳ γὰρ ἐπίφθονος patere monuit Blomf. Vide inf. ad v. 709. His verbis innuitur periculum esse ne deorum invidia obnubilet et malis afficiat eam expeditionem; quæ, inquit, invidia inde expectanda est, quia irata est Artemis Atridis. Flexiloqua et obscura effundit vates, ut vatem debebat; sed primum videamus quo artificio usus sit Æschylus ut placandam cæde Iphigeniæ hanc deam fabulæ inducat. Signum tantummodo, non causam mactandæ puellæ hoc portentum fuisse recte monet Blomf. Neque enim hunc in modum ratiocinatur vates: si aquilis infensa est Artemis, Atridæ autem per aquilas significantur, infensa est dea etiam Atridis; quod plane ineptum esset; sed πτανοῖσιν κυσὶ cet., *quantum per aquilas cognosci potest* (sic vertit Herm.), ita explicandi causa adjiciuntur, ut voluerit Calchas, iram in aquilas *portendere* iram in Atridas. Causam iræ in Agamemnonem aliunde petendam, fortasse ex cæsa cerva Soph. El. 566, monuit K.

Ibid. προτυπέν. "Non videtur hoc verbo proruens exercitus significari posse, quum ea activi tantum verbi potestas sit: multo minus autem procusum ferrum: sed proprie intelligendum, *prius percussum*, i. e. ante belli clades immolatione Iphigeniæ afflictum." Herm.

131. στρατωθέν. "Est στρατοῦσθαι, quod significat *in castris esse*, diversum a στρατεύεσθαι. Hic commorantes Aulide intelliguntur." Herm.

στυγεῖ δὲ δεῖπνον αἰετῶν.
αἴλινον, αἴλινον εἰπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω.

τόσσον περ εὔφρων ἁ καλὰ ἐπῳδός.
δρόσοισι †λεπτοῖς μαλερῶν λεόντων,
πάντων τ' ἀγρονόμων φιλομάστοις
θηρῶν ὀβρικάλοισι [τερπνὰ],
τούτων αἰτεῖ ξύμβολα κρᾶναι,
δεξιὰ μὲν, κατάμομφα δὲ φάσματα [στρουθῶν].
Ἰήιον δὲ καλέω Παιᾶνα,
μή τινας ἀντιπνόους Δαναοῖς χρονίας ἐχενῇδας ἀπλοίας
τεύξῃ, σπευδομένα θυσίαν ἑτέραν, ἄνομόν τιν', ἄδαιτον,

136. Quomodo apparet per aquilas succensere Artemin? Quia cum aversetur cædem leporis, perinde qui per eas volucres significantur odio ab ipsa haberi manifestum est.

138. Sensus hic est: Artemis, quanquam omnibus ferarum catulis amica, ut λοχεία θεὸς, et in universum rerum naturæ integritatis conservatrix (Herm.), ac magnopere detestans αὐτότοκον θυσίαν leporis, nihilominus rogat patrem Jovem (τὸν τέλειον inf. 946) ut rata faciat quæ ab his aquilis portenduntur non omnino in malam partem (κατάμομφα), sed partim etiam feliciter (δεξιὰ), quoniam ad dextram, χερὸς ἐκ δοριπάλτου v. 115, apparebant.

139. Libri ἀέλπτοις vel ἀέπτοις. Schol. Med. τοῖς ἕπεσθαι γονεῦσι [μὴ] δυναμένοις. Verissime, inquit Hermannus, cui placuit hæc lectio. ἀέλπτοις tuetur Franz. ex Hesychii glossa: ἄελπτοι· δεινοὶ καὶ ἄαπτοι. Αἰσχύλος Πρωτεῖ (Frag. 211). Sane quod insperatum et inopinum est, idem δεινὸν recte habetur; nec tamen idcirco insperatus catulus est ferox catulus. Neutrum horum mihi placet; nec debebat Hermannus dubitare de v. λεπτὸς, *tenuis*, *parvulus*, de catulis usurpata. Itaque recepi Wellaueri et Blomfieldii conjecturam, sc. Λ in Λ mutata.—λεόντων pro ὄντων (ὄλτων Rob.) ex Etym. M. p. 377, repositum.

141. τερπνὰ vel glossa ad εὔφρων ascripta, vel ad anapæstum explendum intrusum videtur. Itaque ego quidem uncis inclusi. Hermannus θηρῶν ὀβρικάλοις ἔπι τερπνὰ, ubi τερπνὰ intelligit *læta*.

142. κρᾶναι. Hermannus κρῖναι, et in proximo v. φάσματι τῷ στρουθῶν, quod meis auribus Æschyleum non sonat. στρουθῶν omittendum monuit Porsonus, ut ex Il. ii. 311, illatum, quem locum respexisse Æschylum verisimile est. ἀητῶν Franz. (h. e. ἀετῶν.) Deest sine dubio spondæus ad supplendam justam versus mensuram.

144. Versus ἄμετρος et meo judicio corruptus. Dactylicum fuisse indicat καλέω solute scriptum. Sententia: illa quidem rogat Jovem; sed ego, utpote vates, invoco Apollinem, fratrem ejus (imo Pæanem, qui, quisquis est, non est frater Dianæ, Herm.), et τὸν ἰήιον, deum averruncum et medentem, ut τὰ κατάμομφα quæ insunt omini avertat, sc. ne illa præ ira naves retineat, alterum sibi fieri exigens sacrificium (quæ vis est mediæ vocis σπευδομένα, monente Herm.). θυσία ἑτέρα non est *infausta*, *nefanda*, sed prior θυσία cum fuisset gravidæ leporis voratio (θυομένοισι v. 135), altera est cædes Iphigeniæ, secundum illam priorem facta.

νεικέων τέκτονα σύμφυτον, οὐ δεισήνορα· μίμνει
γὰρ φοβερὰ παλίνορτος
οἰκονόμος δολία μνάμων μῆνις τεκνόποινος."—
τοιάδε Κάλχας ξὺν μεγάλοις ἀγαθοῖς ἀπέκλαγξεν
μόρσιμ' ἀπ' ὀρνίθων ὁδίων οἴκοις βασιλείοις·
τοῖς δ' ὁμόφωνον
αἴλινον, αἴλινον εἰπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω.

Ζεὺς, ὅστις ποτ' ἐστὶν, εἰ τόδ' αὐ- στρ. α´.
τῷ φίλον κεκλημένῳ,
τοῦτό νιν προσεννέπω.
οὐκ ἔχω προσεικάσαι,
πάντ' ἐπισταθμώμενος,
πλὴν Διὸς, εἰ τὸ μάταν ἀπὸ φροντίδος ἄχθος
χρὴ βαλεῖν ἐτητύμως.
οὐδ' ὅστις πάροιθεν ἦν μέγας, ἀντ. α´.
παμμάχῳ θράσει βρύων,
†οὐδὲν ἂν λέξαι, πρὶν ὤν·

148. *σύμφυτον.* Schol. Med. *συγγενικήν.* Obscura est locutio: *familiæ inhærentem, quæ a domo non discedit.* Post *δεισήνορα* supplevit Herm. *φωτὸς*, et vv. 145—9 rectius distribuit.

149. Manet Furiarum ira, quæ postea in auctorem cædis resurget, ut pœnas cæsæ filiæ ab eo exigat. Ambigue dicitur *μῆνις*, quanquam addito *οἰκονόμος δολία* de Clytæmnestræ ultione intelligenda erat; ambigue etiam *τεκνόποινος*, quod in Thyestæ liberos, non solum in Iphigeniam cadere putandum est.

155. Zeus, quocunque nomine debeat vocari, h. e. sive *ξένιος*, seu *σωτὴρ*, etc., quod mihi quidem, inquit chorus, parum liquet, quoniam *μάταιον* est *ἄχθος φροντίδος*, incerta tantum et inanis mali præsagitio;—si liceat sic indefinite invocare deum, quasi *merum Jovem* invoco. Sic Herc. Fur. 1263. *Ζεὺς, ὅστις ὁ Ζεύς.* Troad. 885. *ὅστις ποτ' εἶ σὺ δυστόπαστος εἰδέναι, Ζεῦ.* Frag. Melanipp. 1. *Ζεὺς, ὅστις ὁ Ζεύς.*

158. Non invenio, omnia expendens, quod ad hunc casum meum accommodatum putem; sc. exputare nequeo quo eum nomine appellem, si id agam ut vanam hanc solicitudinem amoliar, *ἀποβάλω*. Nam qui nescit causam anxietatis, is nescit etiam ad quem confugiat, cujus opem imploret, quem deum nominatim invocet. Præsentit chorus malum aliquod imminere, sed expedire nequit quidnam et quando illud futurum sit. *προσεικάσαι* est conferre quidlibet ut aptum ac simile alteri, inf. 1100. Cho. 10.

162. Sententia: quoniam tamen plures jam devicit *Ζεὺς* (sc. *τοὺς δισσοὺς τυράννους*, Prom. 978, Uranum nempe et Saturnum), certe non inepte invocabo eum *τὸν νικηφόρον.* Porro modo parta victoria quis rectius appellari potuit quam *Ζεὺς νικηφόρος*, si opem ejus postularet chorus?

164. Libri *οὐδὲν λέξαι.* (*οὐδέν τι λέξαι* Farn. ex metrica correctione.) Restitui hic

ὃς δ' ἔπειτ' ἔφυ, τρια-
κτῆρος οἴχεται τυχών.
Ζῆνα δέ τις προφρόνως ἐπινίκια κλάζων,
τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν·

τὸν φρονεῖν βροτοὺς ὁδώσαντα, †τὸν πάθη μάθος — στρ. β'.
θέντα κυρίως ἔχειν.
στάζει δ' ἔν θ' ὕπνῳ πρὸ καρδίας
μνησιπήμων πόνος, καὶ παρ' ἄκοντας ἦλθε σωφρονεῖν·
δαιμόνων δέ που χάρις,
βιαίως σέλμα σεμνὸν ἡμένων.

versus conjectura vix potest; excidit enim, ut videtur, insolentius verbum, pro quo glossa λέξαι irrepsit. οὐδὲν ἂν λέξαι Schütz. Blomf. Peile, Dind. Franz., quos ego quoque secutus sum, ut sensus aliquis eliciatur; sed verum non esse vel metrum arguit. οὐδὲν ἀρκέσαι Müller. Dissert. ad Eum. p. 223. οὐκ ἀλέξεται J. Conington. οὐ λελέξεται πρὶν ὤν, *neque non dicetur fuisse*, h. e. ille dicetur non amplius esse, Hermannus; quod Æschyleæ structuræ simplicitatem vix sapit. Mihi suspectum est etiam istud ὅστις in v. 162, quod de certa persona non recte usurpatur.—οὐδὲν ἂν λέξαι, *nullius momenti est*, monente Herm., qui contulit Equit. 334. νῦν δεῖξον ὡς οὐδὲν λέγει τὸ σωφρόνως τραφῆναι.

167. Eadem structura est Acharn. ult. τήνελλα καλλίνικον ᾄδοντές σε καὶ τὸν ἀσκόν.

168. τεύξεται φρενῶν. Eam ab ipso Jove intelligentiam consequetur, quæ sufficiat ad levandum solicitudine animum. *Is omnino recte judicat*, Blomf.

169. Libri τῷ πάθει μάθος. τὸν Porsonus. Vulgatum tuetur Hermannus. τὸν πάθη μάθος emendavit Schützius, quod verum mihi videtur. Nam κυρίως ἔχειν, *proprie et peculiariter in se habere disciplinam*, dicitur ipsa molestia, minime vero is qui molestia afficitur. Proverbium μαθήματα παθήματα satis notum est. Confer Eum. 495. ξυμφέρει σωφρονεῖν ὑπὸ στένει. Infra 241.—Idem Zeus, inquit, homines sapere et morigerari instituit, faciendo ut per ærumnas ediscant modestiam. Innuitur Agamemno, quem manet cum conscientia sceleris tum experientia doloris.

172. "Gravissima, sed obscurius expressa sententia non videtur satis percepta esse. Ad στάζει ex sequentibus, ut particula post ἐν posita ostendit, accusativus τὸ σωφρονεῖν supplendus est. Μνησιπήμων πόνος, etsi conscientiam malefactorum significari patet, tamen utrum, ut Blomfieldio placuit, angor sit ex recordatione malorum, an quod mihi et aptius et fortius dictum videtur, angor excitans vel recordationem peccatorum vel cogitationem pœnarum, valde ambigi potest. Certe μνησιπήμων similiter ut in contrariam partem λαθικήδης dictum videtur. Utcunque est, eadem ambiguitate Latine dicas, *instillat et in somno cordi moderationem admonitor malorum labor, et venit illa ad invitos.*" Hermannus. — στάζειν aptissime hic dicitur de eo quod non subito irruit, sed lente ac pedetentim insinuatur, ut δειματοσταγὴς Cho. 827.—πρὸ καρδίας, sedem habens ante cor, et non discedens ab eo. Sic πάροιθεν καρδίας Cho. 827.

175—6. "Hoc dicit poeta: malis ut corrigantur homines deorum forsitan benignitate institutum esse, per vim imperia sua exsequentium, si sponte sua virtutem colere mortales negligant." Hermannus: qui βίαια legit cum Bothio, ob metrum

καὶ τόθ' ἡγεμὼν ὁ πρέσβυς νεῶν Ἀχαιϊκῶν, ἀντ. β'.
μάντιν οὔτινα ψέγων,
ἐμπαίοις τύχαισι συμπνέων,—
εὖτ' ἀπλοίᾳ κεναγγεῖ βαρύνοντ' Ἀχαιϊκὸς λεώς,
Χαλκίδος πέραν ἔχων
†παλιρρόχθοις ἐν Αὐλίδος τόποις,

πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρύμονος μολοῦσαι στρ. γ'.
κακόσχολοι, νήστιδες, δύσορμοι
βροτῶν ἄλαι,
νεῶν †τε† καὶ πεισμάτων ἀφειδεῖς,
παλιμμήκη χρόνον τιθεῖσαι
τρίβῳ κατέξαινον ἄνθος Ἀργείων·
ἐπεὶ δὲ καὶ πικροῦ
χείματος ἄλλο μῆχαρ
βριθύτερον πρόμοισιν

antistrophicum. *δαιμόνων χάρις qui deorum reverentiam* vertunt, ii comparabunt *ἀθίκτων χάρις* v. 362.

177. Repetit narrationem a v. 155 abruptam, dum deprecatur chorus malum eventum quem prædixerat Calchas.

179. *μάντιν οὔτινα ψέγων*, non diffidens vati, non dubitans de veritate vaticinii, *nolens artem obterere extispicum*, Cic. de Div. i. § 29, sed conspirans et acquiescens in malis quæ tunc acciderant. Aliter K., et quidem nimis subtiliter. Infeliciter Blomf. *ψέγεν* tentavit.

181. "*κεναγγής*, *famem generans*. Aberrarunt interpretes quum hanc vocem ad navium vasa retulerunt." Blomf.

183. *Χαλκίδος πέρα* est Aulis, sita e regione Chalcidis. Vide ad Suppl. 258. Phil. Mus. Cant. i. p. 191. Bene ad hunc locum laudavit Hermannus Livium xxviii. 6. *παλιρρόχθοις* H. L. Ahrens pro *παλιρρόθοις*, præclara ac fere certa emendatione, recte a Dind. et Franz. recepta, non modo ob v. strophicum, sed quia longam syllabam postulant leges antispastici versus. Tum *ῥοχθεῖν* proprie de undarum strepitu dicitur, ut Od. v. 402, quanquam et *παλιρρόθιον κῦμα* legitur ib. ix. 580. Vulgatum non mutavit Hermannus, cui versus est trimeter brachycatalectus.

185. *πνοαὶ ἀπὸ Στρύμονος*, h. e. *τὰ Θρῄκια ἀήματα* inf. 1391. Klausen.

187. *δύσορμοι βροτῶν ἄλαι*, qui homines aufert in loca importuosa. "Quod in fabulis vetustis semper fere circa Maleam promontorium borea auferuntur heroes in mare Australe, velut Ulysses et Agamemno." Klausen.

188. Respexit Il. ii. 135. *καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται.*

190. "*τρίβῳ* exquisitius dictum pro *τριβῇ*. V. Steph. Lex." Hermannus. Equidem junxerim *τρίβῳ κατέξαινον*, *conterendo consumebant*, ut *τρίβῳ τε καὶ προσβολαῖς* inf. v. 382, nisi quod dativum post *τιθεῖσαι* expectes. Confer Thuc. vii. 42. *τρίψεσθαι τὴν στρατιάν*, et ib. 48. *τρίβειν προσκαθημένους*.

192. *ἄλλο μῆχαρ βριθύτερον*, sc. iis quæ frustra ad solvendam classem proposita vel etiam adhibita erant.—*προφέρων Ἄρτεμιν*, mentionem faciens Dianæ; monens illius iram placandam esse. Vide inf. 937. sup. 133.

μάντις ἔκλαγξεν, προφέρων
Ἄρτεμιν, ὥστε χθόνα βάκτροις ἐπικρούσαντας Ἀτρείδας δάκρυ μὴ
κατασχεῖν·—
ἄναξ δ' ὁ πρέσβυς τότ' εἶπε φωνῶν· ἀντ. γ'.
" Βαρεῖα μὲν κὴρ τὸ μὴ πιθέσθαι·
βαρεῖα δ', εἰ
τέκνον δαΐξω, δόμων ἄγαλμα,
μιαίνων παρθενοσφάγοισιν
ῥείθροις πατρῴους χέρας βωμοῦ πέλας.
τί τῶνδ' ἄνευ κακῶν;
πῶς λιπόναυς γένωμαι,
ξυμμαχίας ἁμαρτών;
παυσανέμου γὰρ θυσίας
παρθενίου θ' αἵματος ὀργᾷ περιόργως ἐπιθυμεῖν θέμις· εὖ γὰρ εἴη."
ἐπεὶ δ' ἀνάγκας ἔδυ λέπαδνον, στρ. δ'.
φρενὸς πνέων δυσσεβῆ τροπαίαν
ἄναγνον, ἀνίερον, τόθεν

195. Impatientiæ ac desperationis hunc gestum esse qui meminerit, eum conferre juvabit Plutarch. de Defectu Orac. vii. τῇ βακτηρίᾳ δὶς ἢ τρὶς πατάξας, ἀνεβόησεν ἰοῦ ἰοῦ.

198. Parenthetici sunt versus 181—197. *Tunc*, inquam (δὲ), *rex senior* etc.—τότ' pro τόδ' Stanleius, quod verum videtur. Vide inf. ad v. 1387. Nam repetendum erat τότε ex v. 177, monente Herm.

203. πέλας πατρῴους χέρας ῥεέθροις Hermannus, omisso βωμοῦ, et in strophico v. 190 Ἄργους pro Ἀργείων.

205. "Male plerique interpretes λιπόναυς active dictum putarunt. Hoc dicit, *quomodo a classe destituar, orbatus sociis?* Nam si nolet immolare filiam, destituent eum qui se socios præbuerunt expeditioni in ipsius et fratris gratiam susceptæ." Hermannus. Λιπόναυς est is, cui deficiunt naves.

210. Libri ὀργᾶ, ὀργᾷ, vel ὀργᾶι. In Guelph. superscriptum αὐδᾷ. Schol. Med. ὀργᾷ: τῷ τρόπῳ γὰρ αὐδᾷ ὁ μάντις δῆλον ὅτι. "Scribendum ὀργᾷ, τῷ τρόπῳ. γρ. αὐδᾷ, ὁ μάντις δηλονότι." Herm., qui sic vertit: *vates dicit fas esse avide expetere ventos pacans sacrificium virgineumque sanguinem*, et de indeclinabili θέμις lectores consulere jubet quæ a se ad Œd. Col. 1189, notata sunt. ἐπιθυμεῖ vulgo ad Dianam referunt; quod recte fieri negat idem vir doctus: nam "sacrificium si sibi poscit Diana, poscit, ipsa ut placetur, non ut cessent adversi venti." At sententia hæc esse potuit: postulat sibi fieri sacrificium ut placatis ventis classem solvere sinat. Nihilominus θέμις (αὐτοῖς) ἐπιθυμεῖν simplicius puto. Durior est structura αὐδᾷ θέμις, *vates dicit fas esse*, quam ut istud αὐδᾷ cum Hermanno recipere ausim. Itaque sequor K. "ὀργᾷ περιόργως, ut πικρῶς ὑπέρπικρον Prom. 965. βαρὺ τὸ περίβαρυ κρύος Eum. 115." Ceterum γὰρ in παυσανέμου γὰρ etc. ad suppressam sententiam pertinet: (nec injuria me destituent socii,) fas *enim* est etc.

213. τόθεν, h. e. ὅθεν, ut Pers. 101, et sic Schol. Med. Alii pro ἐκ τοῦ, sc. τού-

τὸ παντότολμον φρονεῖν μετέγνω,—
βροτοῖς θρασύνει γὰρ αἰσχρόμητις
τάλαινα παρακοπὰ πρωτοπήμων,—
ἔτλα δ' οὖν θυτὴρ γενέσθαι θυγατρὸς,
γυναικοποίνων πολέμων ἀρωγὰν,
καὶ προτέλεια ναῶν.
λιτὰς δὲ καὶ κληδόνας πατρῴους ἀντ. δ'.
παρ' οὐδὲν αἰῶνα παρθένειόν †τ'†
ἔθεντο φιλόμαχοι βραβῆς.
φράσεν δ' ἀόζοις πατὴρ μετ' εὐχὰν
δίκαν χιμαίρας ὕπερθε βωμοῦ
πέπλοισι περιπετῆ παντὶ θυμῷ
προνωπῆ λαβεῖν ἀέρδην, στόματός
τε καλλιπρῴρου φυλακὰν κατασχεῖν
φθόγγον ἀραῖον οἴκοις

του τοῦ χρόνου, accipiunt. Sed clausula parenthetica *βροτοῖς θρασύνει γὰρ* cet. ad *τὸ παντότολμον φρονεῖν* explicandum interseritur. *τροπαία ὅθεν μετέγνω* cet. est: *ea animi conversio ex qua temerariam agendi audaciam concepit.* Post *μετέγνω* plene interpungit Hermannus.

215. *βροτοῖς*. Ad *θρασύνει* supplendum *αὐτούς*. Thucyd. v. 111. *πολλοῖς γὰρ τὸ αἰσχρὸν ἐπεσπάσατο*, sc. *αὐτούς*. Vide Arnold. ad ii. 7. *βροτοὺς* Blomf. Dind. Herm. ex Schützii emendatione. Inchoatur sententia ab dativo, quasi hoc in animo habuisset poeta: *βροτοῖς γὰρ παρακοπά ἐστιν ἡ θρασύνουσα αὐτούς.*—*πρωτοπήμων*, ut *πρώταρχος ἄτη* v. 1163. Scilicet facinore semel concepto, homines ad majora audacter et temere ruunt.

217. *ἔτλα δ' οὖν. Tunc, utcunque durum, sustinuit tamen.* Vide ad v. 34.

218. *ἀρωγάν. Quæ res esset auxilio.* Eadem structura inf. 1393. Cho. 192. Prom. 575. Eur. Hel. 77. *ἀπόλαυσιν εἰκοῦς ἔθανες ἄν.* Plura Monk. ad Alcest. 7.

221. *αἰῶνα παρθένειον.* Quod virgo moritura esset, matrimonium nondum experta.—*ἄοζος, minister,* proprie *germanus arboris ramus, New Cratylus*, § 286. *μετ' εὐχὰν* cum *λαβεῖν* conjungit Hermannus.

225. *παντὶ θυμῷ, omni alacritate, προνωπῆ λαβεῖν*, prehensam ita tenere ut cervix super aram extenderetur.—*ἀέρδην, ἄρδην*, ut Iph. Taur. 26. *ὑπὲρ πυρᾶς μεταρσία ληφθεῖσα. Sublata virum manibus* Lucretius i. 85, qui hunc locum respexisse creditur. Mos autem erat victimam ministrorum manibus super aram sublatam jugulare. Cf. Od. iii. 453. Eur. El. 813. *κἄσφαξ' ἐπ' ὤμων μόσχον, ὡς ἦραν χεροῖν δμῶες.* Quod de ipsa Iphigenia diserte narratur ibid. v. 1022. *ἔνθ' ὑπερτείνας πυρᾶς λευκὴν διήμησ' Ἰφιγόνης παρηίδα.*

227. *Et ut pulcri oris constrictio cohiberet imprecationes.* Sunt qui malint *φυλακὰν κατασχεῖν φθόγγον* sic interpretari, ut inf. 787. *ψήφους ἔθεντο φθορὰς* pro *ἐψηφίσαντο. φυλακᾷ* Blomf. *φυλακὰν στόματος* ut *ἀρωγὰν* v. 218 construit J. Conington, ut sit accusativus cognatæ significationis; de quo vide Jelf, Gr. Gr. § 580. 3.

D

βίᾳ χαλίνων τ' ἀναύδῳ μένει. στρ. ε΄.
κρόκου βαφὰς δ' ἐς πέδον χέουσα,
ἔβαλλ' ἕκαστον θυτήρων
ἀπ' ὄμματος βέλει φιλοίκτῳ,
πρέπουσά θ' ὡς ἐν γραφαῖς, προσεννέπειν
θέλουσ'· ἐπεὶ πολλάκις
πατρὸς κατ' ἀνδρῶνας εὐτραπέζους
ἔμελψεν, ἁγνᾷ δ' ἀταύρωτος αὐδᾷ πατρὸς
φίλου τριτόσπονδον εὔποτμον †τ'†
αἰῶνα φίλως ἐτίμα.
τὰ δ' ἔνθεν οὔτ' εἶδον οὔτ' ἐννέπω· ἀντ. ε΄.
τέχναι δὲ Κάλχαντος οὐκ ἄκραντοι.

230. *κρόκου βαφὰς ἐς πέδον χέουσα* de rejecto croceo velamine accipit Hermannus, quod idcirco regiam virginem fecisse monet, ut vultu tantum, non verbis, duces moveret. *χέουσα* est: ita explicans ut deflueret; quo sensu *πέπλον μὲν κατέχευεν* ex Hom. Il. v. 734, laudat Peile. Sed vestis muliebris alibi vocatur *κροκωτόν*, ut sæpius apud Aristophanem. Qui de fuso sanguine hoc dictum putant, et prave interpretantur *κροκοβαφὴς σταγὼν* infra v. 1090, et obliti sunt statim sequi *τὰ δ' ἔνθεν οὔτ' εἶδον οὔτ' ἐννέπω*.

233. *ὡς ἐν γραφαῖς*, *ut in pictura;* sc. muta, quia loqui non potuit præ obligato capistro.

236. Vulgo *ἔμελψεν*, *cantaverat*. Sed *ἔμελθεν* Guelph. Ald. Rob., unde *ἔμιχθεν* Hermannus, "*quoniam illi sæpe in hospitali domo patris ad mensam convenerant.*" Præclara, non negaverim, conjectura. "Neque enim illo ævo in conviviis cantabant virgines, quæque id Æschyli tempore faciebant, tibicinæ erant et saltatrices, et arte illa et corpore quæstum facientes." Sane verisimile est a tali muliere plerumque cantatum esse, eamque post factam libationem convivio discessisse. Plutarch. Symp. § v. *ἡμεῖς μὲν ἐσπείσαμεν, ἡ δὲ αὐλητρὶς ἐπιφθεγξαμένη μικρὰ ταῖς σπονδαῖς, ἐκ μέσου μετέστη.* Sed ea ipsa de causa, quia vulgo meretrices erant, Agamemnonis filia dicitur *ἀταύρωτος*, quod Hesychio est *ἄζυγος καὶ παρθένος*, et sic fere Schol. Med. Quid vero? cum dicit *ἁγνᾷ* (libri quidem *ἁγνὰ*, sed hoc parum refert) *αὐδᾷ*, nonne de cantu ejus casto ac parum lascivo, qualis fuit illarum mulierum, id intelligi vult poeta? Itaque *ἔμελψεν* equidem non muto; nec *ἀταύρωτος* cum Hermanno *non efferata* interpretor. Sic enim ille: "Hoc dicit poeta, puellam, non indignatam quod immolaretur, pio silentio honorasse sortem patris, faustam futuram per hoc sacrificium." Ceterum de repetita sæpius actione recte usurpatur aoristum, ut dicunt Græci *πολλάκις ἐθαύμασα* etc. Vide Shilleto ad Dem. de Fals. Leg. p. 405. § 228. Sequens *ἐτίμα* ad *πολλάκις* non pertinet.

237. *τριτόσπονδον*, *beatum;* qui Jovi *Σωτῆρι* debitum honorem referebat. "Dum tertia libatio fiebat, pæana aliquis canebat." Blomf. Confer Plat. Symp. p. 176. init. Cho. 336, et vide ad Suppl. 26. Plutarch. Symposiac. lib. v. Quæst. v. § 2. *οὐδὲ γὰρ θεῷ θύοντες πᾶσι τοῖς ἄλλοις θεοῖς, μάλιστα συννάοις καὶ συμβώμοις, κατευχόμεθα, ἀλλὰ τριῶν κρατήρων κιρναμένων, τοῖς μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου σπένδομεν, τοῖς δ' ἀπὸ τοῦ δευτέρου, τοῖς δ' ἀπὸ τοῦ τελευταίου.*

240. *οὐκ ἄκραντοι*. "Dicit hoc universe, *non vana est ars Calchantis*. Respicit enim quæ supra commemoraverat

Δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσιν
μαθεῖν ἐπιρρέπει· τὸ μέλλον δ᾽
ἐπεὶ †οὐ† γένοιτ᾽ ἂν λύσις, προχαιρέτω·
ἴσον δὲ τῷ προστένειν·
τορὸν γὰρ ἥξει †ξύνορθρον αὐγαῖς.
πέλοιτο δ᾽ οὖν τἀπὶ τούτοισιν εὖ πρᾶξις, ὡς
θέλει τόδ᾽ ἄγχιστον Ἀπίας
γαίας μονόφρουρον ἕρκος.

ἥκω σεβίζων σόν, Κλυταιμνήστρα, κράτος·
δίκη γάρ ἐστι φωτὸς ἀρχηγοῦ τίειν
γυναῖκ᾽, ἐρημωθέντος ἄρσενος θρόνου.
σὺ δ᾽ εἴτε κεδνὸν εἴτε μὴ πεπυσμένη

v. 130 seqq. non ex omni parte prospere successuram esse expeditionem, quumque modo de impio facto Agamemnonis dixisset, simul ex hoc aliquid mali nasciturum præsagit." Herm.

241. Sententia est: Sed, quoniam suum quisque fatum patiendo cognoscere solet, nihil proderit divinare quidnam ex hoc facinore Agamemnoni paret justitia. ἐπιρρέπειν transitive ponitur, ut inf. 687. Eum. 848. Hermannum si audias, non τοῖς παθοῦσιν arcte jungenda erunt, sed τοῖς μὲν est *illis*, sc. qui virginem immolarunt, et παθοῦσιν valet διὰ τοῦ παθεῖν, *experiundo*.

242. Libri τὸ μέλλον. τὸ δὲ προκλύειν ἐπιγένοιτ᾽ ἂν (vel ἐπεὶ γένοιτ᾽ ἂν) κλύοις προχαιρέτω. Verba τὸ δὲ προκλύειν (teste Hermanno) in Med. ab alia manu adjecta sunt. Et videntur quidem propter τὸ μέλλον irrepsisse. κλύοις autem est ἡ λύσις vel ἤλυσις. Vide ad Suppl. 775. Ejecto articulo, ἐπεὶ οὐ pro ἐπεὶ cum Blomfieldio scribendum putavi. *Apage*, inquit, *mali præsagitionem, antequam advenerit, quoniam quod futurum est nullo modo avertere possis.* Cf. Suppl. 1031. ὅτι τοι μόρσιμόν ἐστι, τὸ γένοιτ᾽ ἄν. Inf. 1211. τὸ μέλλον ἥξει. Hermannus vero τὸ προκλύειν δ᾽ ἤλυσιν προχαιρέτω. Nec male se habet τὸ προκλύειν ἴσον ἐστὶ τῷ προστένειν.—ἐπεὶ γένοιτ᾽ ἂν λύσις, *quoniam veniet solutio*, J. Conington.

245. Vulgo συνορθὸν αὐταῖς. σύναρθρον Flor. Farn. σύνορθρον αὐγαῖς Well. Peile, Dind. Conington et Hermannus. ξύναρθρον ἄταις Franz. αὐταῖς qui servandum putant, ad τέχναι v. 240 retrahunt. "*Orietur cum luce solis eventus.*" Herm. Veniet, inquit chorus, τὸ μέλλον istud, quicquid sit, simul cum orto sole; h. e. mox per nuntios certiores erimus quomodo res gestæ fuerint.

246. εὔπραξις libri et Herm. εὖ πρᾶξις K. Franz. Vide ad Suppl. 110. De Ἀπία γαῖα, producta α, qua Peloponnesus vel potius Argiva terra significatur, vide ad Suppl. 256.

248. μονόφρουρον ἕρκος. Schol. Med. ἐπειδὴ μόνοι γέροντες ἐφύλασσον τὴν Ἑλλάδα. *Sed tamen, utcunque ea res eveniat, in posterum bene vertat, ut nos soli terræ custodes relicti* (cf. v. 74) *optamus. ἄγχιστον, auxilio præsens; New Crat.* § 284. Vehementer negat Hermannus chorum semet ipsum dicere, ut qui se ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνειν supra affirmaverit. Sed quinam alii intelligendi sint non monuit lectorem, nec mihi quidem liquet. Certe de sua in regiam domum benevolentia hic loqui debent senes.

εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν θυηπολεῖς,
κλύοιμ' ἂν εὔφρων· οὐδὲ σιγώσῃ φθόνος.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

εὐάγγελος μὲν, ὥσπερ ἡ παροιμία,
Ἕως γένοιτο μητρὸς Εὐφρόνης πάρα.
πεύσει δὲ χάρμα μεῖζον ἐλπίδος κλύειν·
Πριάμου γὰρ ᾑρήκασιν Ἀργεῖοι πόλιν.
ΧΟ. πῶς φής; πέφευγε τοὔπος ἐξ ἀπιστίας.
ΚΛ. Τροίαν Ἀχαιῶν οὖσαν· ἦ τορῶς λέγω;
ΧΟ. χαρά μ' ὑφέρπει, δάκρυον ἐκκαλουμένη.
ΚΛ. εὖ γὰρ φρονοῦντος ὄμμα σοῦ κατηγορεῖ.
ΧΟ. τί γὰρ τὸ πιστὸν ἐστὶ τῶνδέ σοι τέκμαρ;
ΚΛ. ἔστιν· τί δ' οὐχί; μὴ δολώσαντος θεοῦ.
ΧΟ. πότερα δ' ὀνείρων φάσματ' εὐπειθῆ σέβεις;
ΚΛ. οὐ δόξαν ἂν λάβοιμι βριζούσης φρενός.
ΧΟ. ἀλλ' ἦ σ' ἐπίανέν τις ἄπτερος φάτις;
ΚΛ. παιδὸς νέας ὣς κάρτ' ἐμωμήσω φρένας.
ΧΟ. ποίου χρόνου δὲ καὶ πεπόρθηται πόλις;

262. *Te enim benevolum esse* (sc. gavisum esse hac nostra victoria) *arguit oculus lacrymis suffusus.*

263. *τί γάρ; τὸ πιστὸν ἐστὶ τῶνδέ σοι τέκμαρ*; Schütz. Dind. Franz. Herm. Conington (nisi quod quidam *τὸ πιστόν ἐστι* scribunt), quia scilicet vulgata lectio non congruat cum responso Clytæmnestræ. At hoc velle videtur: Habeo quidem certam auctoritatem (*ἔστιν*), cui confidam, sed nondum dicere volo quænam ea sit. Non probabile est tantos viros falli; ego tamen hæreo in articulo (*τὸ πιστὸν*), si post *τί γάρ*; interrogandi nota ponatur.

264. *Nisi a diis fallimur.* Confer *θεῖον ψύθος* v. 462.

266. "*Non recipiam opinionem mentis dormientis.*" Klausen.

267. *ἄπτερος φάτις*, in quo omnes fere hæserunt interpretes, mihi videtur significare *præsagitionem non ab avibus profectam*, sc. non omen per auspicia declaratum, sed opinionem quoquo modo conceptam, atque ideo vanam et inanem. *πτερὸν* est *οἰωνὸς*, *omen*, Œd. Col. 97. *οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν εἰσήγαγ' εἰς τόδ' ἄλσος.* Eur. Ion. 377. *προβωμίοις σφαγαῖσι μήλων ἢ δι' οἰωνῶν πτεροῖς.* Œd. Tyr. 310. *ἀπ' οἰωνῶν φάτιν.* Sic Romani etiam, ut Propert. iii. x. 11. *Tuque, o cara mihi, felicibus edita pennis*, i. e. bono omine nata. Hesychius vero explicat *ἄπτερος* per *ταχὺς*, hoc ipso loco allato. Hermannus: "*ἄπτερος φάτις* est *rumor immaturus*, cui nondum fides habenda, comparatione ab avibus petita, quibus nondum ad volatum pennis firmatæ sunt alæ."—*ἐπίανεν*, *lætum reddidit*, inf. 1647.

268. *ἐμωμήσω*, Angl. *disparaged, underrated.*

269. *ποίου χρόνου.* Non *quamdiu*, sed *quo tempore*, ut vel ex responso patet.

ΚΛ. τῆς νῦν τεκούσης φῶς τόδ' εὐφρόνης λέγω.
ΧΟ. καὶ τίς τόδ' ἐξίκοιτ' ἂν ἀγγέλων τάχος;
ΚΛ. Ἥφαιστος, Ἴδης λαμπρὸν ἐκπέμπων σέλας.
φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
ἔπεμπεν· Ἴδη μὲν πρὸς Ἑρμαῖον λέπας
Λήμνου· μέγαν δὲ πανὸν ἐκ νήσου τρίτον
Ἀθῷον αἶπος Ζηνὸς ἐξεδέξατο,
ὑπερτελής τε, πόντον ὥστε νωτίσαι,
ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος πρὸς ἡδονὴν,
πεύκη τὸ χρυσοφεγγὲς, ὥς τις ἥλιος,
σέλας παραγγείλασα Μακίστου σκοπαῖς·
ὁ δ' οὔ τι μέλλων οὐδ' ἀφρασμόνως ὕπνῳ
νικώμενος παρῆκεν ἀγγέλου μέρος·
ἑκὰς δὲ φρυκτοῦ φῶς ἐπ' Εὐρίπου ῥοὰς
Μεσσαπίου φύλαξι σημαίνει μολόν.
οἱ δ' ἀντέλαμψαν καὶ παρήγγειλαν πρόσω,

271. *τόδε τάχος*, *tam celeriter*. K.

275. Athos, mons 6778 pedes altus, Lemnum insulam obumbrare putabatur. Soph. Frag. 348. Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίου βοός. Distat autem οὐκ ἔλαττον ἑπτακοσίων σταδίων (= 88 millia passuum), teste Plutarcho, De Facie in Orbe Lunæ, § xxii., qui Ἄθως καλύψει πλευρὰ etc. laudat. Sed propius abesse suspicor, cum sæpe falsam esse Græcorum mensuram per stadia notum sit, ac vix aut mons ipse aut flamma per tam longinquum spatium conspici potuerit.

278. ἰχθῦς Franz. ex conject. H. L. Ahrens, sc. *ita ut pisces in dorso maris apparerent* πρὸς ἡδονὴν λαμπάδος. Ingeniose excogitatum; nam solent pisces congregari ad lumen, ita ut facile etiam capi possint. Si indignum hoc poeta, ut quidam volunt, indigne etiam Pacuvius ap. Cic. de Divin. i. § 24, de Achivorum reditu scripsit, *ut profectione læti piscium lasciviam intuerentur, nec tuendi capere posset satietas.*

279. Libri πεύκη. πεύκης Hermannus cum Schützio. "In πρὸς ἡδονὴν nihil vitii est, si reputes non δὲ, sed τὲ post ὑπερτελὴς scriptum esse. Nam δὲ si legeretur, requireretur verbum pro nomine πεύκη, velut πηδᾷ.—Nunc vero, τὲ posito, ἐξεδέξατο etiam ad sequentia refertur. *Excepit flammam Athos et vis flammæ altissime eminens, ut mare collustraret, luxuriante pinu.* Significat enim πρὸς ἡδονὴν πεύκης, *ut pro lubitu luxuriaretur flamma.*" Hermannus. πεύκη si retineas, *nempe pinus*, πρὸς ἡδονὴν erit ἡδέως. Olim παραγγείλασα v. 280 pro nominativo pendente accepi, et ὁ δὲ v. 281 *tunc ille* etc. interpretabar, collato Eum. 750.

280. Schol. Med. Μάκιστον ὄρος Εὐβοίας. Libri autem σκοπάς, nisi quod Turn. Vict. σκοπαῖς. σκοπῷ Herm.

282. παρῆκεν, Angl. *passed it onwards.* Ne vertas *omisit.* Idem est quod παρήγγειλεν.

284. Schol. Med. Μεσσάπιον ὄρος μεταξὺ Εὐβοίας καὶ Βοιωτίας. Laudat Hermannus Servium ad Æn. viii. 9. *In Anthedonis enim ora, quæ Bœotiæ est, mons stat Messapius, a duce Messapo nominatus.*

γραίας ἐρείκης θωμὸν ἅψαντες πυρί.
σθένουσα λαμπὰς δ', οὐδέ πω μαυρουμένη,
ὑπερθοροῦσα πεδίον Ἀσωποῦ, δίκην
φαιδρᾶς σελήνης, πρὸς Κιθαιρῶνος λέπας,
ἤγειρεν ἄλλην ἐκδοχὴν πομποῦ πυρός.
φάος δὲ τηλέπομπον οὐκ ἠναίνετο
φρουρὰ, πλέον καίουσα τῶν εἰρημένων·
λίμνην δ' ὑπὲρ Γοργῶπιν ἔσκηψεν φάος·
ὄρος τ' ἐπ' Αἰγίπλαγκτον ἐξικνούμενον,
ὤτρυνε θεσμὸν μὴ † χρονίζεσθαι πυρός.
πέμπουσι δ' ἀνδαίοντες ἀφθόνῳ μένει
φλογὸς μέγαν πώγωνα, καὶ Σαρωνικοῦ
πορθμοῦ † κάτοπτον πρῶν' ὑπερβάλλειν πρόσω

286. ἐρείκης. De planta nobis familiari, quæ *calluna vulgaris* dicitur, minime cogitandum, sed de diversa specie, hodie *erica arborea* appellata. Vide Humboldt, *Aspects of Nature*, vol. ii. pp. 23. 145 (vers. Angl.). Inter τὰ θαμνώδη, *arbusta*, recenset Theophrast. Hist. Plant. i. § xviii. In arboris satis grandis magnitudinem crescit, flore albido minutissimo insignis, truncus autem ac rami inferiores nudi, marcidi, ac plane mortui videntur, unde γραία hic dicitur, ut a Sophocle γραίας ἀκάνθης πάππος. In altioribus montibus habitare solet: ipse inveni florentem plus 6000 pedes supra mare in insula Madeira.

292. τῶν εἰρημένων, sc. iis quæ supra recensentur. Nam in breviore distantia major visa est conflagratio. Offendit in his Dindorfius, Præfat. ad ed. Oxon. 1851, p. vii., qui ex Hesychio anonymi verba προσαιθρίζουσα πόμπιμον φλόγα huc adscivit, "manifesto," inquit vir ille doctus, "ad hunc versum referenda." Fateor mihi deesse confidentiam.

294. Schol. Med. Αἰγίπλαγκτον· ὄρος Μεγαρίδος.

295. μὴ χαρίζεσθαι libri omnes (δὴ Farn.). Bona mihi videtur Heathii emendatio, μὴ χατίζεσθαι, h. e. μὴ ἐνδεᾶ εἶναι (*non desiderari* Herm.), quam receperunt Blomf. Dind. Herm. Cf. Eur. Heracl. 465. οὐ σοῦ χατίζων δεῦρ' ἄναξ στρατηλατεῖ. Sed magis etiam placet Martini conjectura, a Franzio probata, μὴ χρονίζεσθαι, ut sententiæ unice apta, et vulgatæ scripturæ proxima. θεσμὸς πυρὸς est *lex constituta*, sc. ordo ignis certis locis dispositi ad victoriam quam celerrime nuntiandam. Utitur fortasse verbo de λαμπαδηφορίαις familiari. Ceterum hæc, ut alia plura, ex Persici belli gestis adumbravit Æschylus. Herod. ix. 3. πυρσοῖσι διὰ νήσων ἐδόκεε βασιλέϊ δηλώσειν, ὅτι ἔχοι Ἀθήνας.

298. κάτοπτρον libri. De corruptela vide ad Suppl. 283. κάτοπτον Canterus. Sententia est: ut vel Sunium promontorium transiliret flamma. Nam hoc est πρὼν κάτοπτος Σ. κόλπου, *qui despectat Sinum Saronicum.* Confer κατόψιος Hipp. 30. Œd. Col. 1600. Strabo, v. cap. ii. de Lunæ portu: περικλείεται δ' ὁ λιμὴν ὄρεσιν ὑψηλοῖς, ἀφ' ὧν τὰ πελάγη κατοπτεύεται. Idem, vii. cap. v. τὸ ἄμφω κατοπτεύεσθαι τὰ πελάγη ἀπό τινος ὄρους. Et xii. ii. ἀφ' ἧς φασὶν οἱ ἀναβαίνοντες κατοπτεύεσθαι ταῖς αἰθρίαις ἄμφω τὰ πελάγη. xiv. iv. πόλις ἐστὶν ὑψηλὴ, ὡς τοῖς ἐκ Πέργης ἔποπτος. Ibid. cap. v. ὄρος, ἀφ' οὗ κατοπτεύεται πᾶσα Λυκία καὶ Παμφυλία καὶ Πισιδία. Vulga-

φλέγουσαν· εἶτ' ἔσκηψεν, †εὖτ' ἀφίκετο
Ἀραχναῖον αἶπος, ἀστυγείτονας σκοπάς·
κἄπειτ' Ἀτρειδῶν εἰς τόδε σκήπτει στέγος
φάος τόδ', οὐκ ἄπαππον Ἰδαίου πυρός.
τοιοίδ' ἕτοιμοι λαμπαδηφόρων νόμοι,
ἄλλος παρ' ἄλλου διαδοχαῖς πληρούμενοι·
νικᾷ δ' ὁ πρῶτος καὶ τελευταῖος δραμών.
τέκμαρ τοιοῦτον ξύμβολόν τε σοὶ λέγω,
ἀνδρὸς παραγγείλαντος ἐκ Τροίας ἐμοί.
ΧΟ. θεοῖς μὲν αὖθις, ὦ γύναι, προσεύξομαι·
λόγους δ' ἀκοῦσαι τούσδε κἀποθαυμάσαι

tum *κάτοπτρον* tuentur Peile et Conington, quibus scilicet *πρὼν fretum* significare posse videtur. Sed Schol. etiam *κατόψιον*. *καὶ* autem additur, quia longissime distat Sunium ab Ægiplancto.

299. *φλέγουσαν.* Ad *τὴν λαμπάδα* v. 287 referendum potius quam ad proximum *φλογός.*—*εὖτ'* pro *εἶτ'* scripsi ex Hermanni conjectura, qui quod etiam *ἔστ'* ante *ἔσκηψεν* dedit, id minus necessarium videtur. *Tum demum substitit, cum ad ultimam stationem pervenit.* Eodem sensu, et quidem primario, *σκήψειεν* v. 357.

303. *ἕτοιμοι,* sc. *ἦσαν*, ita provisi ut nulla mora in nuntiando fieret. Plerique libri *ἔτυμοι.* "Mirum est Porsonum cum Schützio dedisse *τοιοίδε τοί μοι.*" Herm. Respicitur *ἡ λαμπαδηφορία* etiam in vocibus *νόμοι, διαδοχαῖς,* et *πληρούμενοι,* sc. in quibus totus numerus *τῶν λαμπαδηφόρων* percurritur, et quisque suas partes implet. Coercet metaphoram v. 305, quo exprimitur id non esse verum certamen, cum primus eundem honorem atque ultimus consecutus sit. Alii *primum et ultimum* hic pro toto numero positum putant, et palmam victoriæ non singulis cursoribus, sed toti ordini assignant, tanquam diverso ab aliis ordinibus qui animo concipiantur. Qua in re constaret victoria in cursu *τῶν λαμπαδηφόρων*, ex Pausan. i. 30. 2, docemur, quanquam non una sed plures rationes certandi fuisse videntur: *ἐν Ἀκαδημίᾳ ἐστι Προμηθέως βωμός· καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν, ἔχοντες καιομένας λαμπάδας· τὸ δὲ ἀγώνισμα, ὁμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δᾷδα ἔτι καιομένην ἐστίν. ἀποσβεσθείσης δέ, οὐδὲν ἔτι τῆς νίκης τῷ πρώτῳ, δευτέρῳ δὲ ἀντ' αὐτοῦ μέτεστιν· εἰ δὲ μηδὲ τούτῳ καίοιτο, ὁ τρίτος ἐστὶν ὁ κρατῶν· εἰ δὲ καὶ πᾶσιν ἀποσβεσθείη, οὐδείς ἐστιν ὅτῳ καταλείπεται ἡ νίκη.* Itaque hoc loco nescio an hæc sit verborum sententia, cum non (quod potuit) *χὠ τελευταῖος*, sed *καὶ τελευταῖος* scribere maluerit poeta: *vincit primus, etiamsi cursu ultimus est*, h. e. ultimus cursum suscepit. Scilicet Ida mons fuerit *βωμὸς Προμηθέως*, unde cursus incipitur; ipsa urbs meta est, quo tenditur. Qui vero primus pervenit cum ardente face, is in toto ordine *φρυκτωριῶν* revera ultimus erat, nempe *Ἀραχναῖον αἶπος*. Huic igitur data est palma, quia captam Trojam primus nuntiavit. De loco satis difficili ne verbum quidem Hermannus. Qui autem *καὶ τελευταῖος* pro *καὶ ὁ τελ.* accipiunt, ii conferent inf. 315. Soph. El. 991.

306. Si quæris (sup. v. 263) quod signum habeam partæ victoriæ, en tibi quæ modo enarravi.

308. *αὖθις, postea,* quod fit v. 344. Hesych. *αὖθις· πάλιν, ἢ μετὰ ταῦτα.* Vide Monk ad Hippol. 312. Mox *ἀποθαυμάσαι* est *animum explere mirando.*

διηνεκῶς θέλοιμ' ἂν, ὡς λέγεις, πάλιν.
ΚΛ. Τροίαν Ἀχαιοὶ τῇδ' ἔχουσ' ἐν ἡμέρᾳ.
οἶμαι βοὴν ἄμικτον ἐν πόλει πρέπειν.
ὄξος τ' ἄλειφά τ' † ἐγχέας ταὐτῷ κύτει,
διχοστατοῦντ' ἂν οὐ φίλως προσεννέποις·
καὶ τῶν ἁλόντων καὶ κρατησάντων δίχα
φθογγὰς ἀκούειν ἐστὶ συμφορᾶς διπλῆς.
οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ σώμασιν πεπτωκότες
ἀνδρῶν κασιγνήτων τε, καὶ φυταλμίων
παῖδες γερόντων, οὐκέτ' ἐξ ἐλευθέρου
δέρης ἀποιμώζουσι φιλτάτων μόρον·
τοὺς δ' αὖτε νυκτίπλαγκτος ἐκ μάχης πόνος
νῆστις πρὸς ἀρίστοισιν, ὧν ἔχει πόλις,

310. *διανεκῶς* Blomf. Dind. Franz. Pro vulg. *ὡς λέγοις πάλιν* Dind. Herm. ex Bothii conjectura *οὓς λέγεις πάλιν*. *λέγεις* habet Franzii liber Ven. 2. (Hermanni cod. Bessarionis, qui priores hujus fabulæ versus 339 ex ipso Mediceo exscriptos continet, cum in Med. lacuna sit a v. 301 usque ad 1034.) Sed *ὡς* satis recte se habere videtur, i. e. *πάλιν ἀκοῦσαι τούσδε λόγους, ὅπως λέγεις αὐτούς*. Vulgatum subtiliter tuetur Conington; sed credo in his rebus non tam quid a Græcis dici potuerit, quam quid ex more loquendi dici soleat, quærendum esse.

312. Vividissima oratione depingit sibi Regina quæ verisimile sit agi atque audiri in urbe recens capta. *βοὴ ἄμικτος*, clamor diversus ac dissonus.

313. Libri *ἐκχέας*. *ἐγχέας* Canterus. Vulgo autem post *προσεννέποις* plene interpungitur. Sed comparatio hæc est: ut acetum et oleum si uni infuderis vasculo, ea non misceri, sed inimice distare videbis; sic victos et victores non eadem loquentes audias, propter diversam fortunam. Respexit Il. iv. 450, monente Blomf. Idem monuit Herm., qui *τέ* post *ὄξος* ad *καὶ* v. 315 pertinere docuit, et *οὐ φίλω* cum plerisque edd. præferendum duxit.

317. Cæsis viris, feminarum et puerorum luctus describitur. *οἱ μὲν*, victi scilicet, suorum corpora complectentes, feminæ virorum ac fratrum, pueri senum parentum, non jam ex ore libero mortem carissimorum conqueruntur. Tutissimum videtur jungere *φυταλμίων γερόντων*, ut *φυτάλμιον λέκτρον* Rhes. 920, *φυτάλμιος πατὴρ* Soph. frag. 957. *τεκόντων* pro *γερόντων* corrigit Herm., quia "maritis fratribusque memoratis, tertii adjici patres debebant, quibus si est *παῖδες* additum, sponte patet ad cetera nomina similiter uxores sororesque debere intelligi." Quasi vero hoc ipsum, *patres*, minus recte per *γερόντων*, addito *φυταλμίων*, quam per *τεκόντων* exprimi posset.

321. *πόνος νῆστις* per se quidem potest esse *fames*, ut *νῆστις δύη* inf. 1599, *νῆστις νόσος* v. 986; sed collato v. 328 intellige potius laborem excubias agendi sine victu; nam *νυκτίπλαγκτος* et *εὑδήσουσι* inter se opponuntur. *νήστεις* Herm. ex Farn.—*ἐκ μάχης πόνος*, sc. cum post pugnam debebant potius somno ac victu refici.—*ὧν ἔχει πόλις*, "ut sumant jentaculum ex iis quæ præbet urbs." K.—*πρὸς οὐδὲν ἐν μέρει τεκμήριον*, *nullo certo distributionis signo observato*, ut reddit Schützius, i. e. nullam tesseram afferentes, quod in proximo *τύχης πάλον* indicatur.

τάσσει, πρὸς οὐδὲν ἐν μέρει τεκμήριον·
ἀλλ' ὡς ἕκαστος ἔσπασεν τύχης πάλον,
ἐν αἰχμαλώτοις Τρωϊκοῖς οἰκήμασι
ναίουσιν, ἤδη τῶν ὑπαιθρίων πάγων
δρόσων τ' ἀπαλλαγέντες, ὡς δυσδαίμονες
ἀφύλακτον εὑδήσουσι πᾶσαν εὐφρόνην.
εἰ δ' εὐσεβοῦσι τοὺς πολισσούχους θεοὺς
τοὺς τῆς ἁλούσης γῆς, θεῶν θ' ἱδρύματα,
† οὔτἂν ἑλόντες αὖθις ἀνθαλοῖεν ἄν.
ἔρως δὲ μή τις πρότερον ἐμπίπτῃ στρατῷ
πορθεῖν ἃ μὴ χρή, κέρδεσιν νικωμένους.
δεῖ γὰρ πρὸς οἴκους νοστίμου σωτηρίας,

325. Thucyd. iii. 30. *κατὰ γὰρ τὸ εἰκὸς ἀνδρῶν νεωστὶ πόλιν ἐχόντων πολὺ τὸ ἀφύλακτον εὑρήσομεν—εἰκὸς δὲ καὶ τὸ πεζὸν αὐτῶν κατ' οἰκίας ἀμελέστερον, ὡς κεκρατηκότων, διεσπάρθαι.*

327. *ὡς* cum *ἤδη* arcte conjunctum significat *nunc demum, cum jam sine excubiis totam noctem dormituri sunt.* Nam particula *ὡς* cum de tempore ponitur, eum rerum statum significat, quo quid vel actum est, vel agitur, vel mox agetur. Aperte hic respicit ad *νυκτίπλαγκτον ἔνδροσόν τ' εὐνὴν* qualem describit excubitor v. 12. Non jam, inquit, rore madescentes, quia non jam sub dio excubias agunt, sed sub tectis recepti sunt. Confer etiam v. 542. *δυσδαίμονες* satis recte dicuntur etiam victores, propter mala quæ ante partam victoriam perpessi sunt, famem, frigora, et rores; nunc tandem futuri felices, quia securi et tecti dormire poterunt. *ἀφύλακτον* est *ἄνευ φυλακῆς*, sine necessitate vigilandi. *πᾶσαν εὐφρονὴν*, totam noctem, dicit, quia antea pars noctis in *τετράμοιρον νυκτὸς φρουρὰν* (Rhes. 5) impendebatur.—*ὡς δ' εὐδαίμονες* Stanl. Blomf. Franz. Conington. *ὡς δὲ δαίμονες* Dind. Well. *ὡς δυσδαίμονες* Scholef. *ὥστ' εὐδαίμονες* Halmius ap. Dind. *ὡς δ' ἀλήμονες* Herm., qui etiam *ὡς δ' ἀδείμονες* tentavit in commentario.

329. *εὖ σέβουσι* Hermannus aliique. *εὐσεβεῖν θεοὺς* fortasse dicitur, ut *ἀλιτέσθαι θεοὺς* Od. iv. 378. v. 108, et *ἀσεβεῖν τινα* Eum. 260. Confer Troad. 85, ubi propter sequens *σέβειν* vix possis *εὐσεβεῖν* in *εὖ σέβειν* mutare.

331. Libri *οὐκ ἄν γε*, quod hoc loco certe solœcum est, quanquam interdum in responsis *γε* etiam post *ἂν* ponitur, ut Acharn. 296. Phœniss. 1215. Quod ego feceram, ut *οὔτἂν* scriberem, idem dedit Herm.—*ἀνθαλοῖεν* Stanleius (sed ante eum *ἀνθάλοιεν* Auratus, teste Herm.) pro *αὖ θάνοιεν*. De accentu non constat inter viros doctos, nec facile esset litem dirimere.

332. *μὴ ἐμπίπτῃ, cavendum ne incidat.* Vid. sup. 130, et Append. A. ad Suppl. (ed. 2.) *ἐμπίπτοι* cum quibusdam libris Dind. Franz. Conington. Quod *ἐμπέσοι*, opinor, scripsisset poeta. Mecum facit Hermannus, conjunctivum præsentis usurpari monens, quod præsentia, non futura metuit Regina.

333. *ποθεῖν* Herm. cum Vict. (de Flor. diversa referunt), qui non tam vastata templa quam vim Cassandræ ab Ajace illatam atque alia hujuscemodi facinora cogitari putat.

334. *δεῖ σωτηρίας, ὥστε κάμψαι.* Vide ad Suppl. 401. *θἄτερον κῶλον* est alterum spatium, alter cursus stadii, postquam metam transvectus sis. Stadium ipsum in conspectu theatri erat: vide *Athens and*

κάμψαι διαύλου θάτερον κῶλον πάλιν.
θεοῖς δ' ἂν ἀμπλάκητος εἰ μόλοι στρατὸς,
ἐγρηγορὸς τὸ πῆμα τῶν ὀλωλότων
γένοιτ' ἂν, εἰ πρόσπαια μὴ τύχοι κακά.
τοιαῦτά τοι γυναικὸς ἐξ ἐμοῦ κλύεις·
τὸ δ' εὖ κρατοίη, μὴ διχορρόπως ἰδεῖν·
πολλῶν γὰρ ἐσθλῶν τὴν ὄνησιν εἱλόμην.

ΧΟ. γύναι, κατ' ἄνδρα σώφρον' εὐφρόνως λέγεις.
ἐγὼ δ', ἀκούσας πιστά σου τεκμήρια,
θεοὺς προσειπεῖν εὖ παρασκευάζομαι·
χάρις γὰρ οὐκ ἄτιμος εἴργασται πόνων.

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, καὶ νὺξ φιλία,

Attica, p. 157—9. Sententiæ nexus hic est: Caveat exercitus ne sacrilegium faciat; adhuc enim restat reditus, sc. nondum de reditu securi esse possunt;—sin autem diis offensis proficiscatur, tum vindicta eorum qui Trojæ occiderint in eum excitabitur, etiam si improvisæ et subitaneæ calamitates non opprimant. Novam calamitatem intelligit *τὸ ἀνθαλῶναι*. Vulgaris Græcorum opinio fuit, sacrilego victori reditum infelicem futurum. Sic Eur. Bacch. 1336. *ὅταν δὲ Λοξίου χρηστήριον διαρπάσωσι, νόστον ἄθλιον πάλιν σχήσουσι.* Confer Pers. 805. Troad. 69. 75.

336. *ἀναμπλάκητος* vulgo explicant *non seductus*, h. e. non in errorem a recta via depulsus. Quod quidem si de malis casu ac fortuito incidentibus intelligatur, non aliud esse quam quod mox repetitum est *εἰ πρόσπαια μὴ τύχοι κακά*, recte objicit J. Conington. Bis occurrit ea vox apud Sophoclem, Œd. Tyr. 472. Κῆρες *ἀναμπλάκητοι*, et Trach. 120, ubi Hercules *ἀναμπλάκητος* a diis servari dicitur. Transitive *ἀμπλάκητος* non sine poetica audacia adhibetur, *deos offendens*; et valde arridet Dindorfii conjectura, hodie ab ipso in textum recepta, *ἐναμπλάκητος*, quod comparat ille cum *ἐναμάρτητος*. *ἂν* autem, sive bis seu semel legatur, ad *γένοιτο* pertinet. Cf. v. 1015.—*θεοῖσι δ' ἀμπλάκητος* Herm., "*si se adversum deos impiaverit exercitus.*"

337. *ἐγρηγορός*. Libri *ἐγρήγορον*: Cf. Eur. El. 41. *εὕδοντ' ἂν ἐξήγειρε τὸν Ἀγαμέμνονος φόνον.*—Mox *εἰ* valet *εἰ καί*.

339. *κλύεις* Dobræus, Franz. Herm. cum Ven. 2. Reliqui *κλύοις*. *Hæc*, inquit, *audis, quæ non spernenda sunt quia mulier admonuit.* Nam *τοιαῦτα* de malis modo prædictis ponitur; sequitur enim *τὸ δ' εὖ κρατοίη*.

341. *εἱλόμην*, *nacta sum*, ut Theb. 1003. Eum. 829. Il. vii. 482. Sententia: absit invidia a tanta cumulatione bonorum, quanta mihi nunc contigit. *τὴν ὄνησιν εἱλόμην* est *ὠνήθην*, *fructum percepi*. Hermanni emendationem, quam ipse necessariam vocat, *τήνδ' ὄνησιν* non facile amplector, nec omnino placet interpretatio ejus:—"*Bona ut haud ambigue vincant, hunc ego fructum multæ prosperitati præfero.*"

342. *κατ' ἄνδρα*, *more viri*, h. e. eadem gravitate qua vir, quia dixerat *γυναικὸς ἐξ ἐμοῦ κλύεις*. Qui item dicitur *σώφρων*, quia recte sapienterque monuerat deos non esse a victoribus offendendos. *εὐφρόνως*, quia petentibus v. 310 comiter obsecuta est.

μεγάλων κόσμων κτεάτειρα,
ἥτ' ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες
στεγανὸν δίκτυον, ὡς μήτε μέγαν
μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι
μέγα δουλείας
γάγγαμον, ἄτης παναλώτου.
Δία τοι Ξένιον μέγαν αἰδοῦμαι,
τὸν τάδε πράξαντ', ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ
τείνοντα πάλαι τόξον, ὅπως ἂν
μήτε πρὸ καιροῦ μήθ' ὑπὲρ ἄστρων
βέλος ἠλίθιον σκήψειεν.

Διὸς πλαγὰν ἔχουσιν εἰπεῖν· στρ. α΄.
πάρεστι τοῦτό γ' ἐξιχνεῦσαι.
†ἔπραξαν ὡς ἔκρανεν. οὐκ ἔφα τις
θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν,

351. *μέγα γάγγαμον ἄτης παναλώτου τῆς δουλείας* construit Hermannus, sublato post *γάγγαμον* puncto.

353. *Ξένιον* majuscula litera et hic et alibi scribendum putavi. De ira ejus ac vindicta cf. Il. xiii. 626.

355. *ὅπως ἂν, eo modo quo.* Vide ad Suppl. Append. C. et D. (ed. 2.) Nempe *πρὸ καιροῦ* est *citra scopum*, Angl. *short of the mark*, ut Tac. Hist. iii. 23. *falso ictu tela hostium citra cadebant. ὑπὲρ ἄστρων, nimis alte volans*, ut *καθ' ὑπερβολὰν τοξεύσας* Œd. Tyr. 1190.

358. "Fatendum est iis, se revera Jovis ictum esse expertos." K. Sed *εἰπεῖν* potius accipe pro *ὡς εἰπεῖν*, nam *πληγὴν ἔχειν* quasi proverbialiter dici de eo qui ab adversario percussus est, docte ostendit Blomf., qui tamen locum male interpunxit.

360. Vulgo *ὡς ἔπραξεν*. Franzii *ἔπραξαν* non dubitavi cum Hermanno recipere, omisso propter metrum priore *ὡς*. Confer *ἄτιμα δ' οὐκ ἐπραξάτην* inf. 1418, et vide ad v. 1261.

361. Fuit qui negaret deos velle curam habere hominum sacrilegorum, sed is impius est. *ἀξιοῦσθαι* medium est ex Hermanni sententia, ut Eum. 403. *θεοὶ οὐκ ἀξιοῦνται, dii dignos se esse non putant, qui* etc. Tangit poeta novum aliquod philosophorum commentum, ut monent K. et Blomf., quorum hic Diagoram *τὸν ἄθεον*, ille Epicureæ philosophiæ prima elementa perstringi putat. Cic. de Div. i. ad fin. *Ennius deos non curare opinatur quid agat humanum genus.* Cujus poetæ laudantur versus ibid. ii. § 104. *Sed eos non curare opinor quid agat humanum genus.* Lucianus Icaromenipp. *οἱ δὲ δὴ Ἐπικούρειοι αὐτῶν λεγόμενοι μάλα δὴ καὶ ὑβρισταί εἰσι, καὶ οὐ μετρίως ἡμῶν καθάπτονται, μήτε ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἀνθρωπίνων λέγοντες τοὺς θεούς, μήτε ὅλως τὰ γιγνόμενα ἐπισκοπεῖν.* Idem, *Ζεὺς Ἐλεγχ.* p. 630, qui deus *τοὺς καταράτους σοφιστὰς* accusat, *οἳ μηδὲ προνοεῖν ἡμᾶς τῶν ἀνθρώπων φασί.—ἡμᾶς γὰρ οὔτ' ἐπιμελεῖσθαι τῶν πραττομένων παρ' ὑμῖν, οὔθ' ὅλως τι δύνασθαι πρὸς τὰ ἐν τῇ γῇ πράγματα.* Confer Hor. Sat. i. vi. 22. Tac. Ann. vi. 22.

ὅσοις ἀθίκτων χάρις
πατοῖθ'· ὁ δ' οὐκ εὐσεβής.
πέφανται δ' † ἐκγόνοις
ἀτολμήτως Ἄρη
πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως,
φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ
ὑπὲρ τὸ βέλτιστον. ἔστω δ' ἀπή-
μαντον, ὥστε κἀπαρκεῖν
εὖ πραπίδων λαχόντα·
οὐ γάρ ἐστιν ἔπαλξις
πλούτου πρὸς κόρον ἀνδρὶ
λακτίσαντι † μέγαν δίκας βωμὸν εἰς ἀφάνειαν.
βιᾶται δ' ἁ τάλαινα πειθώ, ἀντ. α΄.

363. *Quibuscunque conculcaretur religio sacrorum.* Confer inf. 1328. Cho. 631. Tangitur autem Priamus, cujus opes sacrilegæ fuisse putantur, et cujus familiæ πρώταρχος ἄτη ipse extitisse creditur, ut Atreus domo Pelopidarum.

365. Vulgo ἐγγόνους ἀτολμήτων. ἐγγόνοις Stanl. ἀτολμήτως Bamberger. Utrumque receperunt Franz. Herm. Sententia est: quamvis id negent impii, tamen aliquando manifestum fit, sc. τὸ εἶναι θεοὺς, posteris eorum qui injuste ac violenter agunt. In ἐκγόνοις significatur Priami filius Paris, qui experiundo noverit id quod pater negabat, esse aliquam deorum vindictam in impios. De omisso nominativo ad πέφανται conferri potest Cho. 371. παισὶ δὲ μᾶλλον γεγένηται.

369. ὅπερ pro ὑπέρ Herm., "*quod quidem est præstantissimum: sed vacuum esto crimine.*" Sed vulgatum stare posse puto: imo βέλτιστον, non τὸ β., dicendum fuit. ἔστω ἀπήμαντον est: si dives sis, cave deos offendas. ἔστω non est pro εἴη, sed jussum exprimit.

370. ὥστε κἀπαρκεῖν. "Est id καὶ ἀπαρκεῖν, *ita ut satis sit.*" Herm. Non adeo perspicuum est, ἐπαρκεῖν an ἀπαρκεῖν voluerit Æschylus. ἀπαρκέω est: *ego arceo a me*, sc. hostes vel malum, atque ideo *in me sufficio.* ἐπαρκέω est: sufficio *ad* aliquid faciendum. Confer Ajac. 727. Equit. 524. Qui dicit ἀρκεῖ μοι τοῦτο, *hoc mihi sufficit*, is revera vult *hoc arcet mihi*, sc. a me (noxam, egestatem etc.), ergo *hoc valet mihi, hoc sufficit.* Itaque hujus loci sententia est: *ut sufficiat aliquis sapientia sua.* Qui dives est ac tamen deos veretur, is sapiens est et *in se* valet contra mala: neque enim subsidium ei parant *opes* contra exitium (ἔπαλξιν εἰς ἀφάνειαν), qui insolenter (πρὸς κόρον) insultaverit justitiæ. Post κἀπαρκεῖν leviter interpungit Herm., ut λαχόντα pro λαχόντι positum sit; credo ut Cho. 403.

375. μέγαν pro μεγάλα Canterus. Cf. Eum. 511. βωμὸν αἴδεσαι Δίκας.

376. Exemplo Paridis allato ostendit chorus quantum mali ex superbia et injustitia oriatur.—προβουλόπαις ἄτης, quæ filia est dementiæ, suggerens ac præmonstrans viam qua ad summam iniquitatem perveniri possit. προβουλόπαις est παῖς ἄτης προβουλεύουσα, ut αἰνοπάτηρ Cho. 307. Confer τάλαινα παρακοπὴ supra v. 216. Scilicet ἄτη semel animo concepta parit πειθώ, eaque προβουλεύει quomodo agendum sit. De comparandis opibus potentiaque ad tuendum quod injuria possidetur explicat Hermannus, ad πλούτου ἔπαλξιν hoc verbum referens.

προβουλόπαις ἄφερτος ἄτας·
ἄκος δὲ πᾶν μάταιον. οὐκ ἐκρύφθη,
πρέπει δὲ φῶς αἰνολαμπὲς σίνος·
κακοῦ δὲ χαλκοῦ τρόπον,
τρίβῳ τε καὶ προσβολαῖς
μελαμπαγὴς πέλει
δικαιωθεὶς, ἐπεὶ
διώκει παῖς ποτανὸν ὄρνιν,
πόλει πρόστριμμ' ἄφερτον ἐνθείς.
λιτᾶν δ' ἀκούει μὲν οὔτις θεῶν·
τὸν δ' ἐπίστροφον τῶνδε
φῶτ' ἄδικον καθαιρεῖ.
οἷος καὶ Πάρις, ἐλθὼν
εἰς δόμον τὸν Ἀτρειδᾶν,
ᾔσχυνε ξενίαν τράπεζαν κλοπαῖσι γυναικός.

379. Vulgatum παμμάταιον servavit Herm.

380. *Non celatur, sed clara luce effulget, pernicies.* Hoc est, manifestus fit homo perniciosus, neque eum latere dii sinunt. *Et ut vile sive adulterinum æs nigrum evadit etiam dum atteritur ac contrectatur, sic ille malus evadit exploratus, siquando quis ut puer volucrem persequendo civitati suæ exitium intulerit.* Quod quorsum referri velit, demonstrat poeta addendo οἷος καὶ Πάρις v. 390. δικαιωθεὶς est δοκιμασθεὶς, et de homine dicitur, ut μελαμπηγὴς de ære, confusa ut sæpe similitudine.

381. χαλκοῦ. Id metalli genus designare vult quod hodie vocatur *bronze.* Quod cum maximam partem ex cupro confectum sit, viridem quendam colorem, *æruginem* a Romanis dictum, situ ac tempore contrahere solet. Vide Plutarchi locum inf. ad v. 595 laudatum. Quod si propter stanni raritatem vilioribus metallis mistum fuit, tum plane nigrescere solebat, quod hodie in statuis equestribus sæpe videre licet. τρίβῳ καὶ προσβολαῖς minime de βασάνῳ dicitur (hoc enim adhibito aut in omne æs aut in nullum caderet nigrescere), sed de attritione inter utendum, sc. de usu quotidiano, quo plerumque fit ut splendescat metallum æris recte commistum ac temperatum: sordet autem et obfuscatur malum æs, quamvis assidue tractetur. Sophocles ap. Plutarch. An seni gerenda sit Resp. § viii. λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν, ὥσπερ εὐπρεπὴς χαλκός, ubi alii verius εὐγενὴς χαλκός. Blomfieldius κακὸν χαλκὸν de ære intelligit, "quod vile est præ auro." Hermannus de eo "quod usu tritum amisso falso splendore cognoscitur."

385. Proverbium fuit τὰ ποτανὰ διώκειν: vide Bl. Gloss. Non de abrepta Helena, sed de frustra sperata victoria accipit Herm. Profecto si hoc proverbium de inani voluntate ac vano conatu usurpatur, de Helena, qua potitus est, dici vix potest.

386. πρόστριμμα, *detrimentum.* Nam προστρίβεσθαί τινι dicitur malum aliquod, ut ζημία προστρίβεται Prom. 337.

388. ἐπίστροφον τῶνδε, *qui in his versatur.* Active Herm., "qui intulit urbi illud ἄφερτον πρόστριμμα." Magnopere mihi se commendat Blomfieldii τούτων.

λιποῦσα δ' ἀστοῖσιν ἀσπίστορας στρ. β'.
κλόνους τε καὶ λογχίμους ναυβάτας ὁπλισμούς,
ἄγουσά τ' ἀντίφερνον Ἰλίῳ φθοράν,
βέβακεν ῥίμφα διὰ πυλᾶν,
ἄτλητα τλᾶσα· πολλὰ δ' ἔστενον
τόδ' ἐννέποντες δόμων προφῆται·
"Ἰώ, ἰὼ δῶμα, δῶμα, καὶ πρόμοι·
ἰὼ λέχος, καὶ στίβοι φιλάνορες.
πάρεστι † σῖγ', ἄτιμος ἀλλ' ἀλοίδορος,
† ἄλγιστ' ἀφειμέναν ἰδών.
πόθῳ δ' ὑπερποντίας
φάσμα δόξει δόμων ἀνάσσειν·
εὐμόρφων δὲ κολοσσῶν

395. Libri λογχίμους τε καί. Transposuerunt ob metrum antistr. H. L. Ahrens et Franz., qui ναυβάτας θ' etiam dedit. Intellige autem τὸ λόγχαις ὁπλίζεσθαι ναύτας.

399. δόμων προφῆται sunt Cassandra et Helenus; quod recte indicavit Hauptius.—τάδε pro τόδε Blomf. Dind.

401. στίβοι φιλάνορες, vestigia amantis lecto impressa. Confer Cho. 197. 202. Ovid. Her. x. 53. *Et tua, qua possum, pro te vestigia tango, Strataque quæ membris intepuere tuis.* Propert. ii. 29. 35. *Apparent non ulla toro vestigia presso.* Monuit me J. Conington.

402. Libri πάρεστι σιγᾶς ἄτιμος ἀλοίδορος, ἄδιστος ἀφεμένων ἰδεῖν. Vulgata non tentavit Dind. (1851.) Graviter corruptum esse locum cum Hermanno non credo; sed tamen perdifficilis est ad corrigendum. ἀλλ' ante ἀλοίδορος excidisse facile quis concesserit. De Menelao autem dici πάρεστι, et luctum ejus propter amissam uxorem describi, mihi dudum persuasit totius orationis tenor. ἀφειμένος, non ἀφέμενος, et metrum antistr. et linguæ leges flagitant; neque enim ἀφέσθαι passive usurpatur. ἰδὼν denique et ἰδεῖν facillime confundi ostenditur ad Suppl. 174. In v. ἄδιστος præcipue peccatum videtur. αἰσχρῶς tentavit Franz. αἴσχιστ' aliquanto melius Hermannus. Uterque ἀφειμ. pro ἀφεμ. restituit. Hesychii glossam, ἀφέμενον· ἀποστάντα, jam alii contulere. Legendum tamen ἀφειμένον. Equidem recepi ἄλγιστ', nescio quo auctore, et sic verto: *discessisse a se uxorem ægre sentiens.* Hermanni rationem quoniam probare nequeo, silentio nunc prætereo.

404. Præ desiderio Helenæ trans mare avectæ imago ejus domo regnare illis videbitur: statuarum vero gratia et pulcritudo odiosa fit marito; siquidem absentibus Helenæ oculis perit omnis Venus. Non mirum quidem si imago conjugis tanta cum infamia a se alienatæ ingrata esse cœperit marito. ὀμμάτων ἐν ἀχηνίαις, *in oculorum inopia:* dum caret ille veræ conjugis oculis, simulacrum tantummodo domi habet. Græci enim amorem profluere ex oculis credebant, tanquam ἀπορροήν. Vide *New Cratylus*, § 478. Uxoriam Menelai indolem vix dubium quin pingere voluerit Æschylus. Miror equidem Hermannum hæc adnotantem: "κολοσσοὶ sunt columnæ in domo et fortasse etiam statuæ, sed non Helenæ." Nam notus est Græcorum pariter et Romanorum mos servandi imagunculas absentium quibus colloquerentur: vide Eur. Alcest. 348. Propert. iv. 11. 83.

ἔχθεται χάρις ἀνδρί·
ὀμμάτων δ' ἐν ἀχηνίαις ἔρρει πᾶσ' Ἀφροδίτα.
ὀνειρόφαντοι δὲ πενθήμονες   ἀντ. β΄.
πάρεισι δόξαι φέρουσαι χάριν ματαίαν.
μάταν γάρ, εὖτ' ἂν ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾶν,
παραλλάξασα διὰ χερῶν
βέβακεν ὄψις οὐ μεθύστερον
πτεροῖς ὀπαδοῖς ὕπνου κελεύθοις."
τὰ μὲν κατ' οἴκους ἐφ' ἑστίας ἄχη
τάδ' ἐστί, καὶ τῶνδ' ὑπερβατώτερα.
τὸ πᾶν δ', ἀπ' αἴας Ἑλλάδος ξυνορμένοις
πένθεια τλησικάρδιος
δόμων ἑκάστου πρέπει.
πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ·
οὓς μὲν γάρ †τις† ἔπεμψεν
οἶδεν, ἀντὶ δὲ φωτῶν
τεύχη καὶ σποδὸς εἰς ἑκάστου δόμους ἀφικνεῖται.

409. Versus est glyconeus cum pherecrateo, ut 375. 440. 677. 705. Suppl. 631. 651.

411. *πάρεισιν δόκαι* et v. 413 *παραλλαγαῖσι* Hermannus, ut respondeat *βέβακε* v. 397. Hesych. *δόκην, δόκησιν*.

412. *δοκῶν ὁρᾷ*, *in fancy sees*, Scholefieldius, probante J. Conington. Mihi vix Græcorum more id dictum videtur, et malim nominativum pendentem *τις* habere. Hermannus autem: "Plena oratio esset *εὖτ' ἂν ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾶν ὁρᾷ.*"

413. Manibus elapsa avolat imago simul atque apparuit (*οὐ μεθύστερον*), alis somni vias comitantibus, sc. cujus volatus ab ipso somno definitur ac terminatur. Quod additur *πτεροῖς ὀπαδοῖς* etc. ex Luciano intelligi potest, *Ὄνειρος* (vol. ii. p. 711. ed. Jacobitz). *δεινόν τινα τὸν ἔρωτα φὴς τοῦ ἐνυπνίου, εἴγε πτηνὸς ὤν, ὡς φασὶ, καὶ ὅρον ἔχων τῆς πτήσεως τὸν ὕπνον, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἤδη πηδᾷ, καὶ ἐνδιατρίβει ἀνεῳγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς μελιχρὸς οὗτος καὶ ἐναργὴς φαινόμενος.* Qui hæc dicit *ἀλεκτρυὼν*, ipsum se Pythagoram fuisse olim profitetur; itaque hoc quoque Æschyli loco Pythagorea disciplina agnoscitur.—*πτεροῦσσ' ὀπαδοῦσ'* scripsit Hermannus.

416. Ac privatis quidem luctus hi sunt, atque his etiam graviores: quod vero ad publicam calamitatem (*τὸ πᾶν*), ii qui Græcia una profecti sunt, domum habent unusquisque mœrentem; quos enim quis miserit amicos reminiscitur (*οἶδεν*); at pro ipsis viris urnæ tantum cinere onustæ redire solent. Cave ne *ξυνορμένοις* de Helena et Paride accipias, aut *ἑκάστου* pro *ἑκατέρου* positum putes. De populo in universum dicitur.

418. Libri *ἀφ' Ἑλλάδος αἴας*, quod metro caret. *Ἕλλανος* Franz., quod et ipse conjeceram. *ἀφ' Ἑλλανίδος γᾶς* Hermannus.

419. *τλησικάρδιος* proprie est is, qui animum habet patientem: Homero *ταλασίφρων*. Luctus ipse sic dici videtur, quia facit ut animus patiens sit. Ex gloss. Farn. *τὴν καρδίαν τήκουσα*, *τηξικάρδιος* conjecit Auratus. Sic dixit Cic. Tusc. iv. § 36. *tabificæ mentis perturbationes.*

ὁ χρυσαμοιβὸς δ' Ἄρης σωμάτων, στρ. γ'.
καὶ ταλαντοῦχος ἐν μάχῃ δορὸς,
πυρωθὲν ἐξ Ἰλίου
φίλοισι πέμπει βαρὺ
ψῆγμα δυσδάκρυτον, ἀντήνορος σποδοῦ γεμίζων λέβητας εὐθέτου.
στένουσι δ' εὖ λέγοντες ἄν-
δρα τὸν μὲν ὡς μάχης ἴδρις·
τὸν δ' ἐν φοναῖς καλῶς πεσόντ' ἀλ-
λοτρίας διαὶ γυναικός·
τὰ δὲ σῖγά τις βαΰζει·
φθονερὸν δ' ὑπ' ἄλγος ἕρπει
προδίκοις Ἀτρείδαις.
οἱ δ' αὐτοῦ περὶ τεῖχος
θήκας Ἰλιάδος γᾶς
εὔμορφοι κατέχουσιν· ἐχθρὰ δ' ἔχοντας ἔκρυψεν.
βαρεῖα δ' ἀστῶν φάτις ξὺν κότῳ, ἀντ. γ'.
δημοκράντου δ' ἀρᾶς τίνει χρέος.

429. *βαρὺ ψῆγμα* audacter dicit, in animo habens auri ramenta (ψήγματα), quæ ponderosa sunt; idque propter prægressum *χρυσαμοιβός*. Vertendum tamen *luctuosum*. *βραχὺ* conjecit Schütz., et sic Dind. (1851,) nec improbavit Hermannus.

430. *τοὺς λέβητας* Farn. ad senarium conficiendum. Respexit poeta Il. vii. 333.

κατακήομεν αὐτοὺς
τυτθὸν ἀποπρὸ νεῶν, ὥς κ' ὀστέα παισὶν ἕκαστος
οἴκαδ' ἄγῃ, ὅταν αὖτε νεώμεθα πατρίδα γαῖαν.

Propertius, iii. 12. 14. *Neve aliquid de te flendum referatur in urna: Sic redeunt illis qui cecidere locis.*—*εὔθετος σποδὸς*, bene conditus cinis, sive facile urnis compositus, *ἀντήνωρ*, pro ipsis viris, sc. pro integris corporibus. *εὐθέτους* Herm. et plerique recentiorum, ex Stanl. conject.

435. *διαὶ* Herm. pro vulg. *διά*. Idem in v. proximo recte, opinor, *τὰ δὲ* pro *τάδε* scribendum vidit. Nam *στένουσι* et *εὖ λέγοντες* de clara voce, non de secreto populi fremitu dici videtur. Qui autem aperta loqui non audent, ii *tacite mussitant.*

438. *προδίκοις* simpliciter valere videtur *principibus*, ut *ἀντίδικος* v. 41 est *adversarius.*

439. Alii autem Trojæ sepulti jacent, *εὔμορφοι*, non combusti, sed integro corpore. Terribilis enim erat aspectus eorum quos consumebat ignis. Vult poeta nihil amplius quam multos Græcorum combustos domum remitti amicis, multos etiam ubi ceciderint sepultos esse in hostili terra. Probavit hanc meam interpretationem Hermannus, sed ut corrigendum putet *ἔμμορφοι*.

441. *ἔχοντας*, sc. *τὰς θήκας*. Vide ad Suppl. 25. Utitur hoc participio, monente Herm., propter prægressum *κατέχουσι*.

444. Qui populi sermo vicem implet, debitum vel officium solvit, publicæ imprecationis. Respexit Æschylus morem solemniter imprecandi hostibus populi Atheniensium, de quo vide Schömann de Comi-

μένει δ' ἀκοῦσαί τί μου
μέριμνα νυκτηρεφές.
τῶν πολυκτόνων γὰρ οὐκ ἄσκοποι θεοί· κελαιναὶ δ' Ἐρινύες χρόνῳ
τυχηρὸν ὄντ' ἄνευ δίκας
παλιντυχεῖ τριβᾷ βίου
τιθεῖσ' ἀμαυρόν, ἐν δ' ἀΐστοις
τελέθοντος οὔτις ἀλκά.
τὸ δ' †ὑπερκόπως κλύειν εὖ
βαρύ· βάλλεται γὰρ ὄσσοις
Διόθεν κεραυνός.
κρίνω δ' ἄφθονον ὄλβον.
μήτ' εἴην πτολιπόρθης,
μήτ' οὖν αὐτὸς ἁλοὺς ὑπ' ἄλλων βίον κατίδοιμι.

πυρὸς δ' ὑπ' εὐαγγέλου ἐπῳδός.
πόλιν διήκει θοὰ
βάξις· εἰ δ' ἐτητύμως,
τίς οἶδεν, †εἴτε θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος;

tiis Athen. lib. i. cap. viii. Confer etiam Demosth. p. 270. 20. *οὐχ ὧν ἔτυχεν ἦν, ἀλλ' οἷς ὁ δῆμος καταρᾶται.* Idem p. 363. *ταῦθ' ὑπὲρ ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καθ' ἑκάστην τὴν ἐκκλησίαν ὁ κῆρυξ εὔχεται νόμῳ προστεταγμένα, καὶ ὅταν ἡ βουλὴ καθῆται, παρ' ἐκείνῃ πάλιν.*

448. *κελαιναὶ δ' οὖν* Farn. Vide ad v. 430. Idem codex in vv. 716. 727. *οὖν* et *τοῖς* ob eandem causam intrusa exhibet. Hermannus ad Œd. Tyr. 1202. "Metricos multa exempla docent iambicis trimetris, ut quos maxime notos haberent, restituendis operam dedisse."

450. Libri *παλιντυχῆ*. Sensus postulare videtur adjectivum ad *τριβᾷ*, *cursu vitæ mutatam fortunam afferente*. *τριβὴ* hic fortasse est *attritio, destructio*, ut Cho. 929.

453. Libri *ὑπερκότως*. Scribendum cum Blomf. Dind. Franz. Herm. *ὑπερκόπως*, si vera sunt quæ de his compositis ad Theb. 386 disputavi.

454. *ὄσσοις*, *oculis*, dativus, quem vocant, instrumenti, *ὑπ' ὄσσων*, ut *βάλλεται τόξῳ οἰστός*. Confer *ὄμματος φθόνος* v. 920. Significat autem divinam invidiam. Alii malunt: *oculis eorum injicitur.* Hermannus: "*Ὄσσοις* ita addit ut lumine oculorum et luce vitæ privatos dicat; referuntur enim hæc ad *τιθεῖσ' ἀμαυρὸν* et *ἐν ἀΐστοις τελέθοντος*."

456. Insolenter, sed sententia parum ambigua, *ἄφθονος ὄλβος* hic ponitur; *præfero autem eam fortunam quæ deorum invidiæ non obnoxia sit.* Plerumque enim *immensæ opes* significantur.

462. Libri *ἤτοι* vel *εἴ τοι*. *εἴ τι* Herm. *ἤ τι* Dind., qui particulam *μὴ* intrusam putat a metrico quodam. Vide ad vv. 430. 447. *εἴτε θεῖόν ἐστι δὴ ψύθος* Franz., ex conject. H. L. Ahrens. "Male," inquit Hermannus. Credo bene Græcum esse *τίς οἶδεν εἰ ἀγαθός ἐστιν εἴτε μὴ ἀγαθός;* Verte: *an non sit potius fraus divina?* Confer v. 264. Ceterum recte monuit idem

τίς ὧδε παιδνὸς ἢ φρενῶν κεκομμένος,
φλογὸς παραγγέλμασιν
νέοις πυρωθέντα καρδίαν, ἔπειτ'
ἀλλαγᾷ λόγου καμεῖν;
γυναικὸς αἰχμᾷ πρέπει,
πρὸ τοῦ φανέντος χάριν ξυναινέσαι.
πιθανὸς ἄγαν ὁ θῆλυς ὅρος ἐπινέμεται
ταχύπορος· ἀλλὰ ταχύμορον
γυναικογήρυτον ὄλλυται κλέος.

τάχ' εἰσόμεσθα λαμπάδων φαεσφόρων
φρυκτωριῶν τε καὶ πυρὸς παραλλαγάς,
εἴτ' οὖν ἀληθεῖς, εἴτ' ὀνειράτων δίκην
τερπνὸν τόδ' ἐλθὸν φῶς ἐφήλωσεν φρένας.
κήρυκ' ἀπ' ἀκτῆς τόνδ' ὁρῶ κατάσκιον
κλάδοις ἐλαίας· μαρτυρεῖ δέ μοι κάσις

vir doctissimus, in hac epodo dubitare de veritate nuntii incipere chorum, qui primo in lætitiam effusus, nunc in fraudis suspicionem incidit.

467. αἰχμᾷ, *indoli* (*temper*). Vox ab ἀΐσσω formata, fere ut θυμὸς a θύω, Cho. 619. Prom. 412. Negat hoc Hermannus, qui *imperium* intelligit. Sed vide omnino *New Cratylus*, § 174 (p. 296. ed. 2), ubi optime explicatur hic locus. Nam ἐπινέμειν hic, ut alibi, usurpatur de iis qui fines alienos invadunt (Anglice, *trespass*), ut Dem. p. 1274. Aristot. Pol. v. 4, 5. Plat. Legg. viii. p. 843. C. Unde rectissime additur ὅρος. *Nimis credulus muliebris animi finis cito incursu invaditur.* ὅρος *decretum*, sc. de sacrificiis per urbem instituendis, interpretatur Hermannus. Verba πρὸ τοῦ φανέντος χάριν ξυναινέσαι vulgo sic vertunt: *re nondum cognita probare id quod placet.* Malim, *pro certo accipere* (vide ad v. 98) *id quod placet, potius quam id quod manifestum ac plane compertum est.* Videtur fuisse apophthegma hujusmodi. Pind. Pyth. iv. 140. κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας, ubi contulit Dissen. Plat. Remp. ii. p. 361. E. ἐπαινεῖν πρὸ δικαιοσύνης ἀδικίαν.

471. γυναικογήρυτον K. Dind. Franz. Herm. cum Flor. Farn. Vulgo γυναικοκήρυκτον. Confer autem Cho. 830. ἢ πρὸς γυναικῶν δειματούμενοι λόγοι πεδάρσιοι θρώσκουσι θνήσκοντες μάτην;

472. Clytæmnestræ nomen huic versui in codd. appositum delevi ex Well. Franz. et Herm. sententia, qui verissime monuerunt choragi esse istam orationem, non Reginæ, quæ nusquam loquitur per totam hanc scenam. Apertum quidem est disceptantes inter se senes de veritate nuntii sociam timoris sui non habuisse Clytæmnestram, quæ ne audivit quidem chori convicia de credulitate muliebri v. 467 seqq., atque ideo de se certe non loquitur cum dicit τάχ' εἰσόμεσθα. "Dicit hæc coryphæus medius stans inter quatuor illos quorum dicta epodus continet." Herm.

477. Pulvis excitatus (cf. Theb. 60. Suppl. 176) testatur non uno loco stare, sed venturum esse præconem, et rem significaturum non ἄναυδον, neque accendendo igne ac fumo, sed ipsum sua voce (λέγων).

πηλοῦ ξύνουρος, διψία κόνις, τάδε,
ὡς οὔτ' ἄναυδος οὔτε σοι δαίων φλόγα
ὕλης ὀρείας σημανεῖ καπνῷ πυρός,
ἀλλ' ἢ τὸ χαίρειν μᾶλλον ἐκβάξει λέγων—
τὸν ἀντίον δὲ τοῖσδ' ἀποστέργω λόγον·
εὖ γὰρ πρὸς εὖ φανεῖσι προσθήκη πέλοι.
ΧΟ. ὅστις τάδ' ἄλλως τῇδ' ἐπεύχεται πόλει,
αὐτὸς φρενῶν καρποῖτο τὴν ἁμαρτίαν.

ΚΗΡΥΞ.

ἰὼ πατρῷον οὖδας Ἀργείας χθονός·
δεκάτῳ σε φέγγει τῷδ' ἀφικόμην ἔτους,
πολλῶν ῥαγεισῶν ἐλπίδων, μιᾶς τυχών.
οὐ γάρ ποτ' ηὔχουν τῇδ' ἐν Ἀργείᾳ χθονὶ
θανὼν μεθέξειν φιλτάτου τάφου μέρος.
νῦν χαῖρε μὲν χθών, χαῖρε δ' ἡλίου φάος,
ὕπατός τε χώρας Ζεύς, ὁ Πύθιός τ' ἄναξ,
τόξοις ἰάπτων μηκέτ' εἰς ἡμᾶς βέλη.
ἅλις παρὰ Σκάμανδρον †ἦσθ' ἀνάρσιος·

Qui enim signis aliquid nuntiat, is voce non utitur. Dicitur autem pulvis *κάσις ξύνουρος πηλοῦ*, *frater confinis luti*, quia ibi est pulvis, ubi desinit esse humor: vide K. Sic *λιγνὺς πυρὸς κάσις* Theb. 489.

480. *καπνῷ πυρὸς* nec est nec esse potest *ignis splendor*, quod docet Blomf., sed ut flamma nocte, sic interdiu fumus indicio inservit.—*του* pro *σοι* Herm.

482. Dicturus erat; aut nos non de nihilo dubitasse (v. 461) manifestum faciet. Sed male ominata deprecatur. Confer v. 631. Cho. 186. Recte Dindorfius plenam interpunctionem post *πυρὸς* sustulit; nam *ἐκβάξει* pendet ab *ὡς*, qua ratione *λέγων* jam non est otiosum.

484. "Dicit hæc chorus de Clytæmnestra cogitans." Herm.

488. *ῥαγεισῶν* metaphora est ab anchora, quæ usque ab antiquissimis temporibus spei symbolum habetur. Ea proprie dicitur *ῥαγῆναι*, cum frangitur ipsum ferramentum (non vero funis, ut putat Conington), id quod et hodie sæpe accidit, et veteribus fabrilis operæ minus peritis præcipue timendum erat. Plutarchus de Mulierum Virtutibus, de Tyrrhenis agens, hæc habet: *ἅμα δὲ ὁ Πόλλις κατέμαθε τῇ ἀγκύρᾳ τὸν ὄνυχα* (*the fluke*) *μὴ προσόντα, βίᾳ γὰρ ἑλκομένης, ὡς ἔοικεν, ἐν τόποις ὑποπέτροις ἀποσπασθεὶς ἔλαθε.* Locutio *ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖσθαι* satis nota est. Monuit etiam Schol.

493. Continuatur sensus imperativus per particulam *μή*, h. e. *καὶ μηκέτι ἴαπτε.* Confer *μὴ τιθεὶς* inf. 879, *μὴ ὁρῶν* Suppl. 792.

494. Libri *ἦλθες*. Præclare auctoris manum restituit Hermannus, scribendo *ἦσθ'*, h. e. *ᾔεισθα*, cum certatim *ἦσθ'* ab *εἰμὶ* formatum reposuissent editores. Sic demum manifestum fit unde venerit istud

νῦν δ' αὖτε σωτὴρ ἴσθι καὶ † παιώνιος,
ἄναξ Ἄπολλον. τούς τ' ἀγωνίους θεοὺς
πάντας προσαυδῶ, τόν τ' ἐμὸν τιμάορον
Ἑρμῆν, φίλον κήρυκα, κηρύκων σέβας,
ἥρως τε τοὺς πέμψαντας, εὐμενεῖς πάλιν
στρατὸν δέχεσθαι τὸν λελειμμένον δορός.
ἰὼ μέλαθρα βασιλέων, φίλαι στέγαι,
σεμνοί τε θᾶκοι, δαίμονές τ' ἀντήλιοι·
εἴ που πάλαι, φαιδροῖσι τοισίδ' ὄμμασι
δέξασθε κόσμῳ βασιλέα πολλῷ χρόνῳ.
ἥκει γὰρ ὑμῖν φῶς ἐν εὐφρόνῃ φέρων
καὶ τοῖσδ' ἅπασι κοινὸν Ἀγαμέμνων ἄναξ.
ἀλλ' εὖ νιν ἀσπάσασθε, καὶ γὰρ οὖν πρέπει,
Τροίαν κατασκάψαντα τοῦ δικηφόρου
Διὸς μακέλλῃ, τῇ κατείργασται πέδον.
βωμοὶ δ' ἄϊστοι καὶ θεῶν ἱδρύματα,
καὶ σπέρμα πάσης ἐξαπόλλυται χθονός.

ἦλθες, quod rarioris formæ interpretamentum fuisse patet. Mireris rem tam apertam omnes ante Hermannum fefellisse.

495. Vulgo *κἀπαγώνιος*, sed Flor. *καὶ παγώνιος*. Solitum Apollinis epithetum est *παιώνιος*, non *ἐπαγώνιος*, quanquam videtur iste deus inter *τοὺς ἀγωνίους* recenseri Suppl. 185, ubi vide notata.—*παίωνιος* Franz. Herm. alii (non Dind. 1851), ex conjectura Dobræi et H. L. Ahrens., vix dubium quin recte, cum et sententia et proxime repetitum *τούς τ' ἀγωνίους θεοὺς* contra vulgatum faciant.

496. Alloquitur statuas deorum et heroum, vel in ipso proscenio vel in conspectu prope theatrum positas. "Sui id Æschylus ævi more, non antiquo illo Homeri fecit, ut heroes præco invocet." Herm.

502. *σεμνοὶ θᾶκοι* sunt sellæ regis et reginæ ante palatium structæ, ubi sedebant in publico. Vide sup. 251. inf. 835. Hom. Od. iii. 406.—*δαίμονες ἀντήλιοι*, dii triviales, *προστατήριοι* etiam appellati, *οἱ εἰς ἀνατολὴν ὁρῶντες* Schol. Hesych. *ἀντήλιοι θεοί· οἱ πρὸ τῶν πυλῶν ἱδρυμένοι. Εὐρ. Μελεάγρῳ.* Confer Ion. 1550, ubi *ἀντήλιον πρόσωπον ἐκφαίνει θεός.* Cic. Orat. in Catal. iii. § 4. *simulacrum Jovis contra atque antea fuerat ad orientem convertere.* Idem de Div. i. § 20. *Sancta Jovis species claros spectaret ad ortus.* Memorat etiam Pausanias v. 23. 1. *ἄγαλμα Διὸς τετραμμένον πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον*, et *Δία πρὸς ἀνατολὰς ἡλίου* ib. 24. 1, utrumque Elide positum. Fiebat hoc, ut ex nostro loco apparet, ut læta atque hilaris (*φαιδρὰ*, cf. v. 503) adverso lumine facies eorum videretur: præcipue vero Apollinis, qui et solis numen et lætitiæ deus habebatur. Meminerit lector Græcorum dramata interdiu et sub sole acta esse. Et manifestum est ex v. 256 supr. summo mane hæc agi, qua hora diei versa ad orientem deorum facies *φαιδρὰ ὄμματα* ostenderet.

503. *εἴ που* Auratus pro *ἤ που*. Insolenter hic usurpatur pro *εἴ ποτε*. Cf. Equit. 347. *εἴ που δικίδιον εἶπας εὖ,—ᾤου δυνατὸς εἶναι λέγειν.*

τοιόνδε Τροίᾳ περιβαλὼν ζευκτήριον
ἄναξ Ἀτρείδης πρέσβυς, εὐδαίμων ἀνὴρ
ἥκει, τίεσθαι δ' ἀξιώτατος βροτῶν
τῶν νῦν· Πάρις γὰρ οὔτε συντελὴς πόλις
ἐξεύχεται τὸ δρᾶμα τοῦ πάθους πλέον·
ὀφλὼν γὰρ ἁρπαγῆς τε καὶ κλοπῆς δίκην
τοῦ ῥυσίου θ' ἥμαρτε, καὶ πανώλεθρον
αὐτόχθονον πατρῷον ἔθρισεν δόμον·
διπλᾶ δ' ἔτισαν Πριαμίδαι θἀμάρτια.
ΧΟ. κῆρυξ Ἀχαιῶν, χαῖρε, τῶν ἀπὸ στρατοῦ.
ΚΗ. χαίρω· τεθνᾶναι δ' οὐκ ἔτ' ἀντερῶ θεοῖς.

515. *συντελὴς πόλις.* Similiter *ξυντέλεια*, *societas*, Theb. 240. *οἱ συντελεῖς* antiquiore sensu ii sunt, qui uni eidemque regi tributum solvunt.

516. *Profitetur se plus fecisse quam passus sit.* Proverbialis fere dictio: vide Cho. 305. Pers. 810. Œd. Col. 267. Frag. Eur. Tel. xi. Thesmoph. 519.

517. *ἁρπαγὴ* et *κλοπὴ* interdum junguntur; hoc enim *furtum*, illud *raptum* significat. Arist. Plut. 372. *ἀλλ' οὐ κέκλοφας, ἀλλ' ἥρπακας*; Soph. Phil. 644. *ὅταν παρῇ κλέψαι τε χἀρπάσαι βίᾳ.* Hic autem *ἁρπαγὴ* de rapina uxoris, *κλοπὴ* de Menelai opibus simul ablatis intelligendum. Vide ad v. 716.

518. *ῥύσιον* hic est *præda*, sc. Helena, quam abripuerat Paris et postea omittere coactus est. Vide quæ de ea voce notata sunt ad Suppl. 406 (ed. 2). De amisso pignore sive sacramento, quod ante dijudicatam litem deponebant Athenienses, accipere malunt Scholefieldius, Conington, et Blackie; quorum hic quidem reddit *he has forfeited his caution-money.* At neque hoc usquam dicitur *ῥύσιον*, sed *παρακαταβολὴ* vel *πρυτανεῖα*, et plane diversa est ratio qua *ῥύσιον* interdum *ἐνέχυρον* significat, ut ostendi ad Suppl. l. l.

519. *αὐτόχθονον*, *cum ipsa terra*, ut *αὐτότοκος* v. 135, *cum ipso fetu*, et *αὔτανδρος* haud semel apud Lucianum. *αὐτόχθον' ὂν* conjecit Blomf., de formatione compositi *αὐτόχθονος* frustra dubius. Novam enim formam consulto adscivit poeta, cum aliud significaret *αὐτόχθων*, *indigena.*

520. *διπλᾶ τὰ ἁμάρτια*, sc. duplex multa peccatis eorum inrogata est, cum Helena amissa tum urbe excisa. Satis notum est, Attico jure sæpius mandatum esse *διπλάσιον ἀποτίνειν.* *ἁμάρτιον* hic valere videtur *pretium peccati.* Confer *τὰ οἰκούρια* Trach. 542. Sed ut alteram tantummodo formam *ἁμαρτίας* accipit Hermannus, ut *τίνειν ἀδικίας* Eur. Ion. 447, et duplex peccatum de *ἁρπαγῇ* et *κλοπῇ* interpretatur. Sententia ad v. 516 adnectitur per particulam *γάρ*: simplex erat *τὸ δρᾶμα*, duplex *τὸ πάθος.* Itaque non recte post *πλέον* plene interpungitur.

521. *τῶν ἀπὸ στρατοῦ* breviter dicitur pro *κῆρυξ τῶν τοῦ στρατοῦ, ἀπὸ στρατοῦ ἥκων*, ut *οἱ ἐξ ἀγορᾶς ἔφευγον* et similia. Vide Herm. ad Soph. El. 135.

522. Hermannus, de forma *τεθνᾶναι* dubius, et quod in Flor. omissum est *ἔτ'*, hunc versum sic refinxit: *χαίρω· θεοῖσι τεθνάναι δ' οὐκ ἀντερῶ.* An jure negaverit ex analogiæ lege formari *τεθνᾶναι*, quod a recentioribus quibusdam grammaticis memoratur, viderint ipso doctiores. Τεθνηὼς vero et ἑστηὼς cum pro vulgatis *τεθνηκὼς* et *ἑστηκὼς* interdum reperiantur, ut et *τεθνᾶσιν* et *ἑστᾶσιν*, simili ratione *τεθνηέναι* (pro *τεθνηκέναι*) in *τεθνᾶναι* contractum esse crediderim.

ΧΟ. ἔρως πατρῴας τῆσδε γῆς σ' ἐγύμνασεν;
ΚΗ. ὥστ' ἐνδακρύειν γ' ὄμμασιν χαρᾶς ὕπο.
ΧΟ. τερπνῆς ἄρ' ἦτε τῆσδ' ἐπήβολοι νόσου.
ΚΗ. πῶς δή; διδαχθεὶς τοῦδε δεσπόσω λόγου.
ΧΟ. τῶν ἀντερώντων ἱμέρῳ † πεπληγμένοι.
ΚΗ. ποθεῖν ποθοῦντα τήνδε γῆν στρατὸν λέγεις;
ΧΟ. ὡς πόλλ' ἀμαυρᾶς ἐκ φρενός μ' ἀναστένειν.
ΚΗ. πόθεν τὸ δύσφρον τοῦτ' ἐπῆν, στύγος στρατῷ;
ΧΟ. πάλαι τὸ σιγᾶν φάρμακον βλάβης ἔχω.
ΚΗ. καὶ πῶς; ἀπόντων κοιράνων ἔτρεις τινάς;
ΧΟ. ὡς νῦν τὸ σὸν δή, καὶ θανεῖν πολλὴ χάρις.
ΚΗ. εὖ γὰρ πέπρακται. ταῦτα δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ
τὰ μέν τις εὖ λέξειεν εὐπετῶς ἔχειν,

525. Anglice, *a pleasing disease this then which you had upon you:* h. e. νόσος quatenus dolor fuit propter diuturnam absentiam, sed τερπνὴ illa quidem ob reditus lætitiam.—ἴστε Herm. et K. ex Flor., quorum hic vertit, "*num novistis vos intulisse hunc lætum morbum?*" ille autem, "*scite vos compotes esse hujus suavis morbi.*"

527. "Libri πεπληγμένος. Rectissime Tyrwhittus et Schützius πεπληγμένοι. Non enim quomodo præco intelligere superiora chori verba debeat dicendum est, sed quid sit cur exercitus præ gaudio lacrymari possit." Hermannus.

528. Hoc dicis, vos domi manentes (τήνδε γῆν) nos desiderasse, et ipsos visendæ patriæ cupidos? Scilicet ex prægresso τῶν ἀντερώντων parem utrisque fuisse affectum colligit.

529. ἀμαυρᾶς φρενός, quæ quod sentit non audet eloqui, sed quasi in tenebris versat. Obscure innuit chorus res tam male domi habitas esse ut vehementer optaverint reditum Agamemnonis.

530. Pæne adducor ut suspicer recte scripsisse Hermannum φρενῶν pro στρατῷ, quod utcunque interpreteris molestissimum est. "Aliud agenti librario," inquit vir doctus, "ex v. 523 in mente hæserat στρατός." Vulgatum si retineas, interpungendo cum Blomf. post ἐπῆν, hæc efficitur sententia: Unde vero hæc tanta vobis tristitia, quæ reduci exercitui auditu injucunda ac plane detestanda est, utpote ovanti ac lætabundo? Possis fortasse στύγος de malo omine accipere: unde vero res tam odiosa et semper gravis absenti, nempe dolor domesticus, exercitum premebat? Sed hoc est hariolari, non interpretari.

532. καὶ πῶς; Angl. *indeed!* Sic Franz. Peile, Herm. καί πως K. Dind. Confer v. 1281. *Erantne*, inquit, de duro Ægisthi imperio ipse non cogitans, sed ex animi simplicitate rogans, *quos metueres dum aberat rex?*

533. Adeo metuebam, ut, quod tu modo dixisti, nunc libenter moriar præ gaudio. Plat. Symp. p. 221. B. ἔμοιγε ἐδόκει, ὦ Ἀριστόφανες, τὸ σὸν δὴ τοῦτο etc.

534. εὖ γὰρ πέπρακται. Vides nihil omnino intelligere præconem, qui chori lætitiam eo spectare credit, quod res prospere gestæ sint; cum revera aliam ob causam velle se mori profiteatur chorus, nempe quod jam actum sit de Ægisthi et Clytæmnestræ contumeliis.

535. Libri εὖ λέξειεν, *recte quis dixerit*, quod audacius videtur mutare in ἂν λέξειεν, ut nuper post alios fecit Hermannus. Neque enim dubitandum est quin optativum

τὰ δ' αὖτε κἀπίμομφα. τίς δὲ, πλὴν θεῶν,
ἅπαντ' ἀπήμων τὸν δι' αἰῶνος χρόνον;
μόχθους γὰρ εἰ λέγοιμι καὶ δυσαυλίας,
σπαρνὰς παρήξεις καὶ κακοστρώτους,—τί δ' οὐ
στένοντες, οὐ λαχόντες ἤματος μέρος;
τὰ δ' αὖτε χέρσῳ, καὶ προσῆν πλέον στύγος·
εὐναὶ γὰρ ἦσαν δηΐων πρὸς τείχεσιν·
ἐξ οὐρανοῦ γὰρ κἀπὸ γῆς λειμώνιαι
δρόσοι κατεψέκαζον, ἔμπεδον σίνος
ἐσθημάτων, τιθέντες ἔνθηρον τρίχα.
χειμῶνα δ' εἰ λέγοι τις οἰωνοκτόνον,

omisso ἂν sæpius usurpaverint tragici; an sensu paullo diverso haud confidenter affirmaveris. Vide sup. 339. Cho. 309. 839. Suppl. 707. inf. 1133. 1347.—εὐπετῶς spectat ad ludum tesserarium, ut εὐβόλως Cho. 683. εὖ πεσόντα sup. 32. Vide Monk. ad Hippol. 715.

539. σπαρνὰς παρήξεις, appulsus navium, dum prætervehuntur vel legunt oram, subinde factos. δυσαυλίας, Anglice, *comfortless bivouacs;* στιβάδας scil. sive χαμεύνας, quæ temere et quavis materia consarcinatæ satis recte dicuntur κακόστρωτοι. Confer Thuc. iv. 54. ad fin.

540. "Quid est quod non quereremur, quid quod non experti simus diei sortem?" K. λάσκοντες dedit Franz. pro λαχόντες, κλαίοντες Hermannus. Sed quis fidem habebit? Negat hic quidem λαχόντες ullo modo intelligi posse. At non admodum difficile est τί τούτων τῶν κακῶν οὐ στένοντες, τί οὐ λαχόντες ὡς ἤματος μέρος, Angl. *as our daily portion.*

541. καὶ προσῆν, h. e. καὶ πλέον στύγος προσῆν. Accurate utitur hoc verbo στύγος, sc. cum respectu primariæ significationis, nam στυγεῖν proprie est *to shudder.*

542. εὐναὶ sunt stationes excubitorum: cf. v. 327. γὰρ autem est *quoniam,* nam quod ad sententiam, præposita est hæc clausula. Intellige: terra autem vel graviora passi sumus; nam quoniam excubias agebamus ad mœnia, ἔνδροσον εὐνὴν habebamus. Cf. v. 12. Frustra igitur δὲ pro γὰρ Dind. post alios. De duplici γὰρ vide Wünder. ad Ajac. 185.

543. λειμωνίαι Flor. Vict. pravo accentu, unde argumentum duxit Hermannus veram scripturam fuisse λειμωνίας, quod conjecerat Schützius. Ad loci sententiam parum interest. Ceterum quod ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἀπὸ γῆς posuit poeta, id fecit parum intellecta natura roris, qui ex humido aere destillat, quandocunque frigidior terra aliquantum caloris ex aere ad se trahit, ac sic solvit demittitque quæ suspensa tenebatur aqua. Notabit lector τιθέντες pro τιθεῖσαι, quo fortasse ideo usus est, quia in animo habuit ἐξ οὐρανοῦ ὄμβροι, ἀπὸ γῆς δρόσος. Aliis in usu fuisse videtur ὁ καὶ ἡ τιθεὶς etc., sed rectius dicendum fuit duplicem illam (adjectivorum plerumque) terminationem originem habuisse ex notione primaria, qua masculino genere non modo *mares,* sed quævis res præstantiores appellabantur. Vide ad v. 118.

545. Facientes ut horrerent ac squalerent crines, tanquam bestiarum setæ. Nam multum operæ in comendo ponebant Græci καρηκομόωντες. Cf. Ajac. 1207. πυκιναῖς δρόσοις τεγγόμενος κόμας.

546. Rhes. 416. οἱ δ' ἐν θ' ὅπλοισι καὶ παρ' ἱππείοις ὄχοις ψυχρὰν ἄησιν δίψιόν τε πῦρ θεοῦ μένουσι καρτεροῦντες. Nihil autem magis tentat vires humanas quam subitæ frigoris et æstus mutationes, quales istis locis accidere solent.

οἷον παρεῖχ᾽ ἄφερτον Ἰδαία χιών,
ἢ θάλπος, εὖτε πόντος ἐν μεσημβριναῖς
κοίταις ἀκύμων νηνέμοις εὕδοι πεσών—
τί ταῦτα πενθεῖν δεῖ; παροίχεται πόνος·
παροίχεται δέ, τοῖσι μὲν τεθνηκόσιν
τὸ μήποτ᾽ αὖθις μηδ᾽ ἀναστῆναι μέλειν.
τί τοὺς ἀναλωθέντας ἐν ψήφῳ λέγειν,
τὸν ζῶντα δ᾽ ἀλγεῖν χρὴ τύχης παλιγκότου;
καὶ πολλὰ χαίρειν ξυμφοραῖς καταξιῶ.
ἡμῖν δὲ τοῖς λοιποῖσιν Ἀργείων στρατοῦ
νικᾷ τὸ κέρδος, πῆμα δ᾽ οὐκ ἀντιρρέπει·
ὡς κομπάσαι τῷδ᾽ εἰκὸς ἡλίου φάει,
ὑπὲρ θαλάσσης καὶ χθονὸς ποτωμένοις·
"Τροίαν ἑλόντες δήποτ᾽ Ἀργείων στόλος
θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ᾽ Ἑλλάδα
δόμοις ἐπασσάλευσαν ἀρχαῖον γάνος."

548. εὖτε (h. e. ὁπότε) εὕδοι, *quandocunque dormiret*, sc. tranquillum staret. νηνέμοις, *nulla ne minima quidem aura fluctus commovente*, Cic. Tusc. D. v. § 16.

551. τοῖσι μὲν τεθνηκόσιν et ἡμῖν δὲ τοῖς λοιποῖσιν v. 556 inter se opponuntur. Utrisque præteriit molestia: mortuis, quia abest omnis cura ac sensus; superstiti populo, quia majus est gaudium propter recentem victoriam quam luctus propter amissos socios. Itaque sententiæ interseruntur quasi ἐκ παρεργοῦ vv. 553—5, qui facta mentione τῶν τεθνηκότων in mentem scribentis facile veniebant.

552. τὸ μήποτε, h. e. ὥστε μήποτε, ut sæpe. Mirum est quod annotavit Blomf.: "hanc constructionem non patitur articulus, τὸ μέλειν." Sed locum non recte intellexit vir egregius. Optime vertit Hermannus: "*ut ne si daretur quidem in vitam redire velint.*"

553. ἐν ψήφῳ, *accurate computando.* Arist. Vesp. 656. λόγισαι φαύλως. μὴ ψήφοις ἀλλ᾽ ἀπὸ χειρός. Ad ἀλγεῖν τύχης bene contulit Herm. ἀλγεῖν παιδὸς Hec. 1256.

555. Sententia: ego arbitror non modo non dolendum esse, sed magnopere etiam gaudendum propter rei eventum. συμφορὰ enim cum vocabulum medium sit, hoc loco, ut et supr. v. 24, *res prospere gestas* eodem jure quo Theb. 5 *cladem* ac *calamitatem* significat. In universum computanti (inquit) et bona et mala, si non mortuis, qui quidem dolore carent, at certe vivis superat felicitas. Vulgo vertunt (Hermanni verbis utor) *malis æquum censeo valeatis dicere.* Equidem scholiastam non culpo explicantem ἐπὶ ταῖς εὐποτμίαις χαίρειν.

559. ποτωμένοις. Recte vidit Hermannus sententiam esse *nos qui per mare per terras incolumes reversi sumus.* τῷδε φάει dicit, in animo habens mortuos.—δήποτε, *tandem*, ut Troad. 506. Hel. 855.

562. ἀρχαίοις Dind. (1851) cum Pors. Blomf. ἀρχαῖον *olim antiquum futurum* interpretatur Herm., ut πίστιν ἀρχαίαν Œd. Col. 1628. Confer autem Rhes. 180. θεοῖσιν αὐτὰ (sc. λάφυρα) πασσάλευε πρὸς δόμοις. Mos vel ex Arist. Equit. 849, notissimus, quique hodie in ecclesiis obtinet, aut saltem vixdum obsolevit.

τοιαῦτα χρὴ κλύοντας εὐλογεῖν πόλιν
καὶ τοὺς στρατηγούς· καὶ χάρις τιμήσεται
Διὸς τάδ' ἐκπράξασα. πάντ' ἔχεις λόγον.
ΧΟ. νικώμενος λόγοισιν οὐκ ἀναίνομαι·
ἀεὶ γὰρ ἡβᾷ τοῖς γέρουσιν εὖ μαθεῖν.
δόμοις δὲ ταῦτα καὶ Κλυταιμνήστρᾳ μέλειν
εἰκὸς μάλιστα, ξὺν δὲ πλουτίζειν ἐμέ.
ΚΛ. ἀνωλόλυξα μὲν πάλαι χαρᾶς ὕπο,
ὅτ' ἦλθ' ὁ πρῶτος νύχιος ἄγγελος πυρὸς,
φράζων ἅλωσιν Ἰλίου τ' ἀνάστασιν·
καί τίς μ' ἐνίπτων εἶπε, Φρυκτωρῶν δία
πεισθεῖσα Τροίαν νῦν πεπορθῆσθαι δοκεῖς;
ἦ κάρτα πρὸς γυναικὸς αἴρεσθαι κέαρ.
λόγοις τοιούτοις πλαγκτὸς οὖσ' ἐφαινόμην·
ὅμως δ' ἔθυον· καὶ γυναικείῳ νόμῳ
ὀλολυγμὸν ἄλλος ἄλλοθεν κατὰ πτόλιν

563. Nova est Hermanni ratio, χρὴ πόλιν κλύουσαν τοιαῦτα εὐλογεῖν καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ τὸν Δία. In qua hæreo tantum in καὶ ante τοὺς στρατηγούς. Sed et artificiosior hæc structura est, ne dicam magis ambigua, quam ut vulgatam postponere velim. Tribus scilicet gratulandum est; urbi, quæ exercitum emiserit et nunc victoriæ compotem receperit; ducibus, qui præfuerunt, et quorum imperio res gestæ sunt; Jovi, cujus favore omnia bene verterunt.

567. Proverbium fuit καλὸν καὶ γέροντα μανθάνειν σοφά, Frag. 278. Angl. *never too late to learn.* Sed ludit poeta in εὖ μαθεῖν, quod hic est *bonum nuntium accipere.*

569. ξὺν δὲ πλουτίζειν ἐμέ, *et ut pretium nuntiandi solvat mihi Regina.* De hoc more confer Œd. Tyr. 1005. Trach. 191. Longe aliter Hermannus: "*eamque me simul ditare his*, i. e. me participem fieri sinere narrationis illius." Sane non tam chorus, etsi primum nuntium attulerit Reginæ advenisse præconem, sed ipse præco præmio afficiendus erat. Quare nescio an verum viderit vir doctissimus.

576. Anglice, *They would fain have proved me to be in error.* Idem usus verbi φαίνεσθαι, qui notandus est, occurrit Ajac. 1020. 1241. Quod sequitur, ὅμως δ' ἔθυον, mihi est *sacra faciebam;* Hermanno *sacra faciebant.*

577. γυναικείῳ νόμῳ, *mulierum more lætitiam exprimentes;* nisi mavis νόμῳ *cantu* vertere, quod eodem redit. Scilicet ὀλολυγμὸς proprie tantummodo de femineo ululatu (læto quidem plerumque illo) usurpatur. Hoc igitur vult: ὀλολυγμὸν tollebant etiam viri, Reginæ exemplum secuti. Confer Theb. 257, ubi, ut hoc loco, ad sacrificia pertinet, θυστὰς βοή. Supra v. 27. ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα. Hom. Od. iii. 450. αἱ δ' ὀλόλυξαν θυγατέρες τε νυοί τε καὶ αἰδοίη παράκοιτις, sc. bove a ministro percusso. Il. vi. 301. αἱ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον. Herod. iv. 189. δοκέει δ' ἔμοιγε καὶ ἡ ὀλολυγὴ ἐπ' ἱροῖσι ἐνταῦθα πρῶτον γενέσθαι, κάρτα γὰρ ταύτῃ χρέωνται αἱ Λίβυσσαι, καὶ χρέωνται καλῶς.

ἔλασκον εὐφημοῦντες ἐν θεῶν ἕδραις,
θυηφάγον κοιμῶντες εὐώδη φλόγα.
καὶ νῦν τὰ μάσσω μὲν τί δεῖ σ᾽ ἐμοὶ λέγειν;
ἄνακτος αὐτοῦ πάντα πεύσομαι λόγον.
ὅπως δ᾽ ἄριστα τὸν ἐμὸν αἰδοῖον πόσιν
σπεύσω πάλιν μολόντα δέξασθαι, (τί γὰρ
γυναικὶ τούτου φέγγος ἥδιον δρακεῖν,
ἀπὸ στρατείας ἄνδρα σώσαντος θεοῦ,
πύλας ἀνοῖξαι;) ταῦτ᾽ ἀπάγγειλον πόσει,
ἥκειν ὅπως τάχιστ᾽, ἐράσμιον πόλει.
γυναῖκα πιστὴν δ᾽ ἐν δόμοις εὕροι μολὼν,
οἵανπερ οὖν ἔλειπε, δωμάτων κύνα
ἐσθλὴν ἐκείνῳ, πολεμίαν τοῖς δύσφροσιν,

580. Hermanno suspectum est *κοιμῶντες*, *extinguentes*, et vel *καίοντες* cum Casaubono legendum vel versum excidisse suspicatur, quo contineretur *injectis libis et suffimentis*. Nec tamen offendit vulgaris interpretatio, *acclamantes bona verba dum extinguebant ignem*, modo compertum esset istum Græcorum fuisse morem. Quod tamen admodum probabile est, siquidem infuso vino, libationis in modum, flammam sedabant.

583. "Non dicit *σπεύσω δέξασθαι ὅπως ἄριστα*, sed *ὅπως σπεύσω δέξασθαι ἄριστα*. V. Porsonum ad Hec. 398." Hermannus. Rarissimum idioma equidem vix credam ab Æschylo usurpatum. Sic autem hunc locum intelligo: Ut maritum quam celerrime et optimo modo in domum recipiam, tu redi ac jube festinet; nam expectare adventum ejus totam civitatem. Vulgo autem post *δέξασθαι* plene interpungitur. *ὅπως σπεύσω* proprie intellige: ne moram faciam in eo optime recipiendo; ut studium meum quamprimum ostendam. Sed vide quid per hæc verba revera voluerit: ut quamprimum eum interficiam!

587. *ἀνοῖξαι* pro *τοῦ ἀνοῖξαι*, quod minus durum est præcedente *τούτου*. Contulit Blomf. Alcest. 879. *τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον, ἁμαρτεῖν πιστῆς ἀλόχου;*

589. "Atque utinam," addit Regina, ad chorum a nuntio conversa, "fidelem sibi fuisse uxorem suam inveniat vir meus, postquam redierit, clausis et obsignatis omnibus qualia olim reliquit!" *εὕροι* optative dicitur, quia in mente habuit *τὰ οἴκοι σεσημασμένα*, quæ quis *invenit* intacta. Hæc autem satis apte optat maritum salva visurum, tanquam ipsa adeo vetitis abstinuerit ut nesciat quomodo se habeant. *πιστὴν* hic non de violato conjugii jure, sc. adulterio ponitur, sed de fide commissæ *οἰκουρίας*. Confer autem Od. xiii. 42, quem locum verisimile est ita respexisse Æschylum, ut ad ipsius uxoris personam transtulerit; *ἀμύμονα δ᾽ οἴκοι ἄκοιτιν Νοστήσας εὕροιμι*. Hermannus: "Magnopere falsi sunt Blomf. et Well., quum *εὕροι utinam inveniat* sunt interpretati, quo sententia pæne ridicula evadit. Recte Matthiæ in Miscell. Philolog. ii. p. 54, orationis obliquæ optativum esse vidit." Consentiunt viri docti Dind. Peile, et Conington. Equidem adhuc ignoro istum optativum, nisi de re præterita dictum, ut Soph. Phil. 617. Scilicet *εὕροι* et sequentia ad *ταῦτ᾽ ἀπάγγειλον* pertinere putant, cum in medium potius jaciantur.

591. "*πολεμίαν τοῖς δύσφροσιν* ambigue dicit Clytæmnestra, de Agamemnone cogitans." Herm. Ergo ambigue etiam *ἐσθλὴν ἐκείνῳ*, de Ægistho cogitans. Sed dubito.

καὶ τἄλλ᾽ ὁμοίαν πάντα, σημαντήριον
οὐδὲν διαφθείρασαν ἐν μήκει χρόνου.
οὐδ᾽ οἶδα τέρψιν οὐδ᾽ ἐπίψογον φάτιν
ἄλλου πρὸς ἀνδρὸς μᾶλλον ἢ χαλκοῦ βαφάς.
[ΚΗ.] τοιόσδ᾽ ὁ κόμπος, τῆς ἀληθείας γέμων,
οὐκ αἰσχρὸς ὡς γυναικὶ γενναίᾳ λακεῖν.
ΧΟ. αὕτη μὲν οὕτως εἶπε μανθάνοντί σοι
τοροῖσιν ἑρμηνεῦσιν εὐπρεπῶς λόγον.
σὺ δ᾽ εἰπέ, κῆρυξ, Μενέλεων δὲ πεύθομαι,
εἰ νόστιμός τε καὶ σεσωσμένος πάλιν
ἥξει ξὺν ὑμῖν, τῆσδε γῆς φίλον κράτος.
ΚΗ. οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλά,

594—5. "Expressit Æschylus mores hominum improborum, qui quibus vitiis laborant, iis se maxime immunes jactare solent. Ita hic Clytæmnestra, adultera, pudicam se esse prædicat, quumque necem marito meditetur, a cædis crudelitate abhorrere. *χαλκοῦ βαφὰς* de cæde dictas esse vel illud in Ajace v. 95 ostendere potuerat, *ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ*. Sed ipse etiam Æschylus ita locutus est Prom. 866. Cho. 1005." Hermannus. In qua interpretatione nescio an acquiescendum sit. Alii de tingendis artificiose personis (*masks*) ut proverbium accipiunt. Sic fortasse Soph. Trach. 683. *χαλκῆς ὅπως δύσνιπτον ἐκ δέλτου γραφήν*. Plutarchus de Pythiæ Orac. § ii. *ἐθαύμαζε δὲ (ὁ ξένος) τοῦ χαλκοῦ τὸ ἀνθηρὸν, ὡς οὐ πίνῳ προσεοικὸς οὐδὲ ἰῷ, βαφῇ δὲ κυάνου στίλβοντος.—ἄρ᾽ οὖν, ἔφη, κρᾶσίς τις ἦν καὶ φάρμαξις τῶν πάλαι τεχνιτῶν περὶ τὸν χαλκόν*; Quæ verba, etsi de sola ærugine accipienda (vide ad v. 381), argumento esse possunt occultam artem hujusce metalli conficiendi in proverbium abiisse.—*μᾶλλον ἢ κάλχῃ βαφὰς*, sc. *quam purpura marina tingi potest*, utpote ipsa ad alia tingenda adhibita, olim proposui ad Suppl. 401.

596. *ὁ κόμπος, τοιόσδε ὢν*, nempe *γέμων ἀληθείας*, etc. Clytæmnestræ hos versus continuavit Hermannus, quia nec decebat præconem respondere, nec justus finis factus est orationi Clytæmnestræ. Recte fortasse. Sed quum *ταῦτ᾽ ἀπάγγειλον πόσει* v. 587 præconi mandatum sit, non mirum si breviter ille ac justo in reginam obsequio respondet.

598. Hermannus: "Hoc dicit chorus: *Sic hæc tibi speciose rem exposuit, cognoscenti per veraces scilicet interpretes.* Patet autem ironice chorum reprehendere Clytæmnestram de se ipsam edentem testimonium. *τοροὶ ἑρμηνεῖς* sunt qui rem aperte et perspicue explicant. Sic infra 1029. *ἑρμηνέως ἔοικεν ἡ ξένη τοροῦ δεῖσθαι.* Dicit autem hæc chorus ita ut non audiat Clytæmnestra, quæ jam de scena abit." Hoc vult: *tibi parum perspicienti quid revera de marito cogitet.* Idem, opinor, voluit Schol., nisi quod ironiam non intellexit: *οὕτως εἶπεν ἀκριβέσι λόγοις καὶ ἐξηγητικοῖς, ὥστε σε μαθεῖν.* Unde *λόγοις* pro *λόγον* Blomf. Dind. (1851.)—*τοροῖσιν ἑρμηνεῦσιν εὐπρεπῶς* construit K., *ut decet claros interpretes.*

601. "Libri *εἰ νόστιμός γε*. At non *si quidem veniet* dicit chorus, sed *veniatne*. Quare *εἰ νόστιμός τε* scripsi." Hermannus. Idem ego feceram in ed. priore.

603. Bona nuntiare quæ falsa sunt non possum, quin falsa esse mox comperiant amici. Confer Soph. Frag. 59. *ἀλλ᾽ οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου.*

ἐς τὸν πολὺν φίλοισι καρποῦσθαι χρόνον.
ΧΟ. πῶς δῆτ' ἂν εἰπὼν κεδνὰ τἀληθῆ τύχοις;
σχισθέντα δ' οὐκ εὔκρυπτα γίγνεται τάδε.
ΚΗ. ἀνὴρ ἄφαντος ἐξ Ἀχαϊκοῦ στρατοῦ,
αὐτός τε καὶ τὸ πλοῖον. οὐ ψευδῆ λέγω.
ΧΟ. πότερον ἀναχθεὶς ἐμφανῶς ἐξ Ἰλίου,
ἢ χεῖμα, κοινὸν ἄχθος, ἥρπασε στρατοῦ;
ΚΗ. ἔκυρσας ὥστε τοξότης ἄκρος σκοποῦ·
μακρὸν δὲ πῆμα συντόμως ἐφημίσω.
ΧΟ. πότερα γὰρ αὐτοῦ ζῶντος ἢ τεθνηκότος
φάτις πρὸς ἄλλων ναυτίλων ἐκλῄζετο;
ΚΗ. οὐκ οἶδεν οὐδεὶς ὥστ' ἀπαγγεῖλαι τορῶς,
πλὴν τοῦ τρέφοντος ἡλίου χθονὸς φύσιν.
ΧΟ. πῶς γὰρ λέγεις χειμῶνα ναυτικῷ στρατῷ
ἐλθεῖν τελευτῆσαί τε δαιμόνων κότῳ;
ΚΗ. εὔφημον ἦμαρ οὐ πρέπει κακαγγέλῳ
γλώσσῃ μιαίνειν· χωρὶς ἡ τιμὴ θεῶν.
ὅταν δ' ἀπευκτὰ πήματ' ἄγγελος πόλει
στυγνῷ προσώπῳ πτωσίμου στρατοῦ φέρῃ,—

605. Utinam igitur narres bona quæ vera sunt; nam si læta a veris separentur, h. e. si quis læta nuntiat quæ vera non sunt, mendacium facile detegitur. Opponuntur *τὰ ψευδῆ καλὰ* et *τὰ ἀληθῆ κεδνά*. Nisi mavis cum Herm. Well. sic intelligere; *πῶς δῆτ' ἄν, εἰπὼν κεδνά, τἀληθῆ εἰπὼν τύχοις*;

607. Libri *ἀνήρ*. Emendare cuivis obvium est.

613. Utrumne de eo vivente an mortuo rumor iste inter reliquos nautas circumferebatur? De structura *φάτις* vel *λόγος τινὸς*, *de aliquo*, vide ad Suppl. 478.

617. Enarra quomodo tempestas ira deorum immissa Argivis inciderit. *ἐλθεῖν τελευτῆσαί τε*, h. e. ab initio ad finem. Non video quo jure hæc verba significare possint quod dedit K.: "Num tempestas classi missa infaustum per iram divinam habuit finem?"

619. *κακαγγέλῳ*. Phœn. 1217. *οἴμοι, τί μ' οὐκ εἴασας ἐξ εὐαγγέλου γλώσσης ἀπελθεῖν, ἀλλὰ μηνῦσαι κακά*; Superstitiose timebant Græci ne mala post lætum nuntium audita bonam fortunam in contrarium verterent.—*ἡ τιμὴ θεῶν* pro *ἡ θεῶν τιμὴ* solœcum dicit Hermannus, quo quidem in his rebus non exstitit gravior auctor. Ipse sic vertit: *ἡ τιμὴ χωρὶς θεῶν ἐστί*, "*præmium sine diis est*, i. e. præmium accipit malorum in re læta nuntius tale, cui non favent dii." Insolenter quidem dicitur *ἡ τιμὴ θεῶν* pro *ἡ θεῶν τιμή*, vel *ἡ τιμὴ τῶν θεῶν*, sed male Græcum esse nondum credo. Itaque non discedo a priore interpretatione: *honor diis debitus diversus est*, quia mala deprecanda sunt supplicationibus, bona sacrificiis prosequenda.

πόλει μὲν ἕλκος ἓν τὸ δήμιον τυχεῖν,
πολλοὺς δὲ πολλῶν ἐξαγισθέντας δόμων
ἄνδρας διπλῇ μάστιγι, τὴν Ἄρης φιλεῖ,
δίλογχον ἄτην, φοινίαν ξυνωρίδα,—
τοιῶνδε μέντοι πημάτων σεσαγμένον
πρέπει λέγειν παιᾶνα τόνδ' Ἐρινύων·
σωτηρίων δὲ πραγμάτων εὐάγγελον
ἥκοντα πρὸς χαίρουσαν εὐεστοῖ πόλιν—
πῶς κεδνὰ τοῖς κακοῖσι συμμίξω, λέγων
χειμῶν' †Ἀχαιοῖς οὐκ ἀμήνιτον †θεῶν;
ξυνώμοσαν γάρ, ὄντες ἔχθιστοι τὸ πρίν,
Πῦρ καὶ Θάλασσα, καὶ τὰ πίστ' ἐδειξάτην
φθείροντε τὸν δύστηνον Ἀργείων στρατόν.
ἐν νυκτὶ δυσκύμαντα δ' ὠρώρει κακά·
ναῦς γὰρ πρὸς ἀλλήλαισι Θρῄκιαι πνοαὶ

623—6. His versibus describitur duplex belli calamitas, cum publica, tum privata (v. 624), ut et supra 416—8. Ea dicitur *διπλῆ μάστιξ*, et *δίλογχος ἄτη*, et *φοινία ξυνωρὶς*, quæ verba nihil aliud exprimunt quam notionem *dualitatis*, quæ quidem ad belli casus pertineat: errant enim, opinor, qui *ferrum et flammam* intelligunt.

623. *πόλει μὲν ἕλκος ἓν* etc. sic vertit Hermannus: "*unum civitati vulnus est, quod ea res communis est atque ad omnes pertinet cives.*" Quod si recte capio, in eundem modum interpretatus est J. Conington literis ad me datis: *ὥστε τὸ δήμιον τυχεῖν αὐτοῦ*, collato Suppl. 364. 679.

624. *ἐξαγίζειν* vix alibi exstare monuit Herm. *ἐξάγιστα* legitur Œd. Col. 1526. *Piaculi causa expellere* explicat K., et sic fere schol. *ἐξορισθέντας*. Hermanno valere videtur *consecratos, devotos*.

625. *διπλῇ μάστιγι, quod fit per* etc. Nam dativus non solum ad *ἐξαγισθέντας*, quanquam proxime quidem pertinet.

627. Quum talibus infortuniis cumulatus venit nuntius, rectum et consentaneum est eum cantare tale carmen Furiarum, sc. *κακαγγέλῳ γλώσσῃ* uti. Confer *'Αΐδα ἐχθρὸν παιᾶν' ἐπιμέλπειν* Theb. 862. Recte, opinor, negat Hermannus ullo modo *τόνδε* de nuntio accipi posse.—*σεσαγμένον* Schützius pro *σεσαγμένων*. Sic *ἀχύρων σεσαγμένος* Pherecrates, *σεσαγμένος πλούτου* dixit Xenophon.

629. Me vero, qui læte nuntians salutem urbem venerim prospera fortuna gaudentem, minime decet hæc tam diversa miscere.

631. Confer v. 482. Debebat: *οὐ δεῖ συμμίξαι*, sed abrumpit inchoatam structuram. Proverbium fuit *κακῷ ἐσθλὸν οὐ ξυμμίγνυται*, Eur. Ion. 1017, et Frag. Æol. ii. *χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά*.

632. Libri *'Αχαιῶν—θεοῖς*, quod frustra defendit Conington collato loco nequaquam gemello Suppl. 906. Cum Dobræo, Advers. ii. p. 24, Herm. et Franz., *'Αχαιοῖς—θεῶν* omnino scribendum puto. Similis corruptela est Suppl. 363, ubi libri *ἀστῶν δὲ πᾶσι τοῖσδε κοινώσας πέρι* pro *ἀστοῖς—τῶνδε*. Vulgatum tuetur Dind. (1851.)

634. Majusculis literis distinxi, ob masculinum *ὄντες*, unde apparet personarum loco esse hæc duo elementa. Miltonus, Par. Reg. iv. 412. "*Water with fire In ruin reconciled.*"

ἤρεικον· αἱ δὲ κεροτυπούμεναι βίᾳ
χειμῶνι, τυφῷ ξὺν ζάλῃ τ' ὀμβροκτύπῳ,
ᾤχοντ' ἄφαντοι, ποιμένος κακοῦ στρόβῳ.
ἐπεὶ δ' ἀνῆλθε λαμπρὸν ἡλίου φάος,
ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς
ἀνδρῶν Ἀχαιῶν ναυτικῶν τ' ἐρειπίων.
ἡμᾶς γε μὲν δὴ ναῦν τ', ἀκήρατον σκάφος,
ἤτοι τις ἐξέκλεψεν ἢ 'ξῃτήσατο

638. *κερωτυπούμεναι* libri, ut *κρεωκοποῦσι* omnes Pers. 465.—*τυφῷ* genitivus est, et ad *ζάλῃ*, non ad *χειμῶνι* pertinet, Hermanno judice. *ξὺν ζάλῃ τε* est: *nec sine turbine.*

640. *ἄφαντοι* ii sæpe dicuntur qui sub aquis mersi oculis hominum subtrahuntur: cf. v. 607. Iph. Taur. 764. Thucyd. viii. 38. *Nusquam apparere* dixit Cicero, simili euphemismo.

Ibid. *ποιμένος κακοῦ στρόβῳ.* Si quis malus et inscitus gubernator fuit, sc. impar tanto malo, ejus navis ita procella circumacta et ceteris navibus conflictata est, ut mari hauriretur; nos autem, inquit, quoniam non homo, sed deus direxit, *οἴακος θιγὼν*, favente etiam Fortuna, salvi evasimus. *ποιμὴν* sæpius de gubernatore usurpatur, ut Suppl. 747. Soph. Frag. Naupl. 379. Alii de procella acceperunt; quibus nuper accessit Hermannus, *ποιμένος κακοστρόβου* scribens, qui genitivus ex prægresso *τυφῷ* pendeat. Mihi quidem non persuasit. *στρόβος* et *στροβεῖσθαι* de eo dicuntur qui non recto cursu utitur, sed huc illuc agitatur. Confer Cho. 195. *οἵοισιν ἐν χειμῶσι, ναυτίλων δίκην, στροβούμεθ'.* Ibid. v. 1041. infra 1187. Versus, qui Æschyli esse videtur, apud Plutarch. De sera Num. Vindicta, § 10. *θύννος βολαῖος πέλαγος ὡς διαστροβεῖ.*

642. *ἀνθοῦν.* Lucret. v. 1441. *Tum mare velivolum florebat navibu' pandis.* "In mari apparent mortuorum corpora, ut flores sparsi per pratum." K. Hinc Eur. Iph. Taur. 300. *ὥσθ' αἱματηρὸν πέλανον ἐξανθεῖν ἁλός.*

643. "Genitivos librarii posuerunt præcedentibus decepti genitivis *ἀνδρῶν Ἀχαιῶν.* Scribendum *ναυτικοῖς τ' ἐρειπίοις.*" Dindorfius: qui sic edidit (1851) cum Hermanno, et recte, ut puto, quanquam potuit ipse poeta non minus quam librarius semel posito genitivo alterum subnectere. Alii nimis subtiliter *νεκροῖς ἐρειπίων* quasi *θραύσμασιν ἐρ.* accipiunt. Vide Jelf, Gr. Gr. § 539.

644. *Nos tamen* (*γε μὲν δή*: vide ad Suppl. 238) *et navim nostram, illæsam alveum, deus aliquis, certe non homo, surripuit, aut impetravit ut nobis parceretur.* Nempe ira deorum immissa fuit tempestas, v. 618. *σκάφος* proprie hic accipio, quia sensus est *οὐ κεροτυπουμένην.*

645. *ἐξῃρήσατο* Hermannus, sine idonea causa, ut mihi videtur, et suspecto aoristo usus, quod non nisi Thesm. 760 legitur, Atticismi Æschylo serioris. Notandum quod et *ἐκκλέπτειν* et *ἐξαιτεῖν* non nisi de inferiore dicuntur, qui ad suffurandum vel ad exorandum confugere debet, ut aliquid a superiore nansciscatur. Sed non inepte objicit Hermannus: "Quem precetur deus majorem deo? Sic quoque ad fatum nusquam memoratum rejiceremur, idque exoratum, quamvis natura sua inexorabile sit; aliter enim ne esset quidem fatum. Et cur tandem addidisset Æschylus *οἴακος θιγών?*" Fortasse ea doctrina, quæ est in Eur. Hipp. 1330, de deo alterius dei consiliis nunquam adversante, ad Pythagoream philosophiam non pertinebat; et ea ipsa quæ proxime commemoratur *Τύχη*, certe minorem quam summus Zeus potentiam habuisse putanda est. Quisquis autem fuit ille *θεός τις*, facile qui iratum numen

θεός τις, οὐκ ἄνθρωπος, οἴακος θιγών.
Τύχη δὲ σωτὴρ ναῦν θέλουσ' ἐφέζετο,
ὡς μήτ' ἐν ὅρμῳ κύματος ζάλην ἔχειν,
μήτ' ἐξοκεῖλαι πρὸς κραταίλεων χθόνα.
ἔπειτα δ' ᾅδην πόντιον πεφευγότες,
λευκὸν κατ' ἦμαρ, οὐ πεποιθότες τύχῃ,
ἐβουκολοῦμεν φροντίσιν νέον πάθος
στρατοῦ καμόντος καὶ κακῶς σποδουμένου.
καὶ νῦν ἐκείνων εἴ τις ἐστὶν ἐμπνέων,
λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας· τί †μήν;
ἡμεῖς τ' ἐκείνους ταῦτ' ἔχειν δοξάζομεν.
γένοιτο δ' ὡς ἄριστα· Μενέλεων γὰρ οὖν
πρῶτόν τε καὶ μάλιστα προσδόκα μολεῖν·
εἰ δ' οὖν τις ἀκτὶς ἡλίου νιν ἱστορεῖ

exoravit, idem etiam ducem se præbuit et gubernaculo cursum direxit.

647. *ἐφέζετο*, ut volucris vel dea cœlitus demissa et malo insidens (*ἱστῷ ἐφεζομένη* Il. xxiii. 878). Scilicet Fortuna Græcis perinde atque Romanis tanquam potens maris colebatur. Hor. Od. i. 35. 6. *Te dominam æquoris* etc. Propert. i. 17. 7. *Nullane placatæ veniet Fortuna procellæ? Hæccine parva meum funus arena teget?* Videndus omnino Donaldson ad Pind. Ol. viii. 20. Ceterum visa est hæc dea navigantibus ut stella apparere; neque aliter explicandum quod de Dioscuris vulgo credebatur. Lucian, Dial. Deor. 26. *Διοσκόρους ἐπικαθίσαντας ἐπὶ τὸ πλοῖον σώζειν τοὺς ἐμπλέοντας.* Idem, Πλοῖον ἢ Εὐχαί: *καί τινα λαμπρὸν ἀστέρα* (hodie *St. Elmo's fire*, electricum phenomenon) *Διοσκόρων τὸν ἕτερον ἐπικαθίσαι τῷ καρχησίῳ, καὶ κατευθῦναι τὴν ναῦν ἐπὶ τὰ λαιὰ ἐς τὸ πέλαγος.*

648. *ἐν ὅρμῳ*, quum jacta anchora propius terræ tenerentur naves. Hermannus et Linwood in Lexico *in portu* interpretantur. At nullum ibi periculum erat ne læderentur. Sensit hoc Hermannus, qui aliud commentus est: *quo impediretur exscensio in terram.* Miror autem eum non vidisse, cum stationem in anchoris aperte ab *ὅρμῳ* distingui putaverit Suppl. 745, *ὅρμον* ibi esse *locum* (Angl. *moorage*) qui capiendus est, *ἀγκυρουχίαν* vero statum ipsum quiescendi post jactam anchoram. *κύματος ζάλην* nos dicimus *breakers*. —*ἐξοκεῖλαι*, h. e. anchora a fundo revulsa per vim venti; quod semper præcipue timent nautæ. Ceterum hujus tempestatis descriptio legitur etiam Od. iii. 286. Troad. 75. Helen. 126 seqq.

652. *ἐβουκολοῦμεν*, Angl. *we brooded over*, malo sensu. Minus recte vertunt *we beguiled*, qui serioris ævi usus fuit. Nos, inquit, ipsi periculo exempti conflictatum ac misere disjectum exercitum dolebamus. —*καμόντος*, *perditi;* ut *νεὼς καμούσης πρὸς κύματι* Theb. 198. Vide Buttm. Lexil. in v. *καμόντες*, § 2.

655. Libri *τί μή*; sc. *λέγωσιν*. Silentio vulgatum præteriit Hermannus; quod tamen vereor ne vel plane solœcum vel saltem *ὑποσολοικότερον* sit. Vide ad Suppl. Append. C. (ed. 2.) Recte, opinor, correxit Linwood ad Eum. 197. *τί μήν; quidni?* Idem scribendum fuit Suppl. 976.

659. *εἰ δ' οὖν*. De vi harum particularum vide inf. ad v. 1009. Parum recte Hermannus *si igitur.* Nisi magnopere fal-

καὶ ζῶντα καὶ βλέποντα, μηχαναῖς Διὸς
οὔπω θέλοντος ἐξαναλῶσαι γένος,
ἐλπίς τις αὐτὸν πρὸς δόμους ἥξειν πάλιν.
τοσαῦτ' ἀκούσας ἴσθι τἀληθῆ κλύων.

ΧΟ. τίς ποτ' ὠνόμαζεν ὧδ' ἐς τὸ πᾶν ἐτητύμως— στρ. α'.
μή τις, ὅντιν' οὐχ ὁρῶμεν, προνοίαισι τοῦ πεπρωμένου
γλῶσσαν ἐν τύχᾳ νέμων;—
τὰν δορίγαμβρον ἀμφινεικῆ θ'
Ἑλέναν; ἐπεὶ πρεπόντως
ἑλένας, ἕλανδρος, ἑλέπτολις,
ἐκ τῶν ἁβροτίμων
προκαλυμμάτων ἔπλευσε
Ζεφύρου γίγαντος αὔρᾳ.
πολύανδροί τε φεράσπιδες κυναγοὶ

lor, ellipsis hujusmodi supplenda est; neque enim δὲ in εἰ δ' οὖν facile pro γάρ accipias: (Dicebam quidem eum ἄφαντον εἶναι v. 607:) sed si adhuc vivit etc., Angl. *but if he is alive.*

660. χλωρόν τε καὶ βλέποντα Hermannus ex Toupii conjectura; Hesychius enim χλωρόν τε καὶ βλέποντα, ἀντὶ τοῦ ζῶντα. Sed talia nimis temeraria videntur.

665. "Si recte legitur ὠνόμαζεν, intelligendum putem ita ut sit *cœpit nominare.* Sed dubitari potest an ὠνόμαξεν scripserit Æschylus." Hermannus. Exempla enotata ad manum non habeo; sed sæpe observavi imperfectum ὠνόμαζον in talibus prætulisse optimos auctores.

671. Libri ἑλένας. ἑλέναυς Blomf. Dind. Franz. Herm. Eligendum inter vocabulum analogiæ minus consentaneum, sed librorum auctoritate firmatum, et malum lusum in ἑλέναυς = Ἑλένη. Simili modo, quanquam minus feliciter, ludit in nomine Helenæ Euripides, Troad. 891. φεῦγε, μή σ' ἕλῃ πόθῳ· αἱρεῖ γὰρ ἀνδρῶν ὄμματ', ἐξαιρεῖ πόλεις.

672. ἁβροπήνων Blomf. Dind. Franz., quod mihi etiam verisimilius videtur. Potest tamen ἁβρότιμος, formatum ut βαρύτιμος, μεγιστότιμος (Suppl. 24. 689), σεμνότιμος Cho. 349, quod simul delicatum et pretiosum est significare. Et vulgatum servavit Herm. — προκαλύμματα sunt velamina toro circumdata (*curtains*), quæ si reliquit, reliquit etiam ipsum lectum conjugalem.

674. Laudant ex Hesych. γίγαντος· μεγάλου, ἰσχυροῦ, ὑπερφυοῦς.

675. *Et multi* (navigarunt, ἔπλευσαν a v. 673, nam minus apte εἰσὶ supplevit Herm.) *venatores, vestigiis eorum* (Helenæ et Paridis) *insequentes, qui navim nusquam visam jam antea appulerant virides ad ripas Simoentis.* Fugitiva navis dicitur ἄφαντος, quia Trojam prior advenerat et insequentes præverterat; et hoc quidem ex ratione venandi κατ' ἴχνος.—πλατᾶν et κέλσαντες Dind. Franz., quo facilior quidem et simplicior fit structura: cum navim appulissent, vestigiis remorum jam evanidis insistentes, sc. fugitivos non consecuti. πλατᾶν etiam J. Conington, cui vulgatum κελσάντων genitivus est absolute positus, sc. τῶν φευγόντων. Idem ἄφαντον ἴχνος πλατᾶν explicat de confuso remorum vestigio in liquido mari. Rectius, opinor, pro ἴχνος οἰχομένης νεὼς accepisset. Mecum plerumque consentit Herm.

κατ' ἴχνος πλάταν ἄφαντον
κελσάντων Σιμόεντος ἀκτὰς ἐπ' †ἀκριτοφύλλους
δι' ἔριν αἱματόεσσαν.
Ἰλίῳ δὲ κῆδος ὀρθώνυμον τελεσσίφρων ἀντ. α΄.
μῆνις ἤλασεν, τραπέζας ἀτίμωσιν ὑστέρῳ χρόνῳ
καὶ ξυνεστίου Διὸς
πρασσομένα τὸ νυμφότιμον
μέλος ἐκφάτως τίοντας
ὑμέναιον, ὃς τότ' ἐπέρρεπεν
γαμβροῖσιν ἀείδειν.
μεταμανθάνουσα δ' ὕμνον
Πριάμου πόλις γεραιὰ
πολύθρηνον μέγα που στένει, κικλήσκου-
σα Πάριν τὸν αἰνόλεκτρον,
πάμπροσθ' ἦ πολύθρηνον αἰῶν' †ὧν† ἀμφὶ πολιτᾶν
μέλεον αἷμ' ἀνατλᾶσα.

679. Locus affectus, et in antistropha non integer. Libri ἐπ' ἀξιφύλλους, sed εἰς ἀεξιφύλλους Farn. αὐξιφύλλους Stanl. ἀρκεσιφύλλους Franz. Mihi nihil probabilius succurrit quam ἀκριτοφύλλους, quod vocabulum et Homericum est, et metro simul et sententiæ aptissimum. Cogitabam aliquando de ἀναξιφύλλους, ut ἀναξιφόρμιγξ apud Pindarum; sed frustra.—δι' ἔριν αἱματόεσσαν cum ἔπλευσαν construendum; *propter Helenam, rixæ causam futuram.*

681. κῆδος duplici significatu, et *curam* et *affinitatem* valet. Lusum Anglico sermone servare frustra conati sunt interpretes.

685. πρασσομένα duplicem regit accusativum, ut πράττεσθαί τινα χρέος sæpe dicitur; inf. 785. Thucyd. iv. 65. Nub. 246. ἐκφάτως incertum est: *supra modum dicendum* valere putat Herm. Fortasse *clara voce*, ut Homerus dixit ἐκφάσθαι ἔπος.—τίοντας, si verum est, idem quod τίνοντας hic esse et ego olim et nuper docuit Hermannus. Est enim alibi *honorare*, ut supr. 250. Sed tamen dubitari nequit quin utrique verbo, τίειν et τίνειν, communis fuerit origo, sc. *debitum solvendi*, ut tributum, honorem, pretium etc. Igitur sic intelligo: *nunc* demum pœnas pendentes pro eo hymenæo, qui *tunc* Priami filios movebat ad canendum. ἐπιρρέπειν supr. 242 active dicitur. Hoc loco mavult Herm. intransitive accipere, et sic ego olim: *quem tunc Paridis fratribus canere accidit.* Confer autem Hor. Od. iv. 6. 15.

693. Libri παμπρόσθη πολύθρηνον αἰῶν' ἀμφὶ πολῖταν. πάμπροσθ' ἦ Blomf. πάμπροσθ' ἦ olim Herm., qui nunc Seidleri conjecturam probavit, παμπορθῆ. Equidem cum K. ἦ libenter accipio propter emphasin in repetito πολύθρηνον exprimendam. Ut metrum cum strophico accurate congrueret, glyconeum supplevi inserendo ὧν post αἰῶν', cum jam αἰαῖ ὧν ex conjectura H. L. Ahrens. dedisset Franz. Hermannus vero: φίλον πολιτᾶν μέλεον αἷμ' ἀνατλᾶσα, quem mirum est putavisse ignotum Scholiastæ istud ἀμφί. Nam tacet grammaticus etiam de πολιτᾶν. Equidem verto: *quæ miseram certe ætatem per totum obsidionis tempus perpessa est propter cædem suorum civium.*

ἔθρεψεν δὲ λέοντα στρ. β'.
σίνιν δόμοις ἀγάλακτον
†τὼς ἀνὴρ φιλόμαστον,
ἐν βιότου προτελείοις
ἅμερον, εὐφιλόπαιδα,
καὶ γεραροῖς ἐπίχαρτον.
πολέα δ' ἔσχ' ἐν ἀγκάλαις
νεοτρόφου τέκνου δίκαν, 703
φαιδρωπὸς ποτὶ χεῖρα, σαίνων τε γαστρὸς ἀνάγκαις.
χρονισθεὶς δ' ἀπέδειξεν ἀντ. β'.
ἔθος τὸ πρὸς τοκέων· χά-
ριν τροφᾶς γὰρ ἀμείβων

696. *λέοντος ἶνιν* et v. 706 *ἦθος* J. Conington, admodum ingeniose.—*ἀγάλακτον*, non lacte nutritum, sed cibo manibus porrecto. Confer v. 704. Alii Hesychium sequi malunt; *ἀγάλακτος· ἡ ὁμόθηλος*. Vide Bl. Gloss.

698. *ὧδ'* Herm. pro *οὕτως*, et in v. 706 *ἔθος τὸ πρὸς τοκέων*, nescio an recte. Sed magis Æschyleum esset *τώς*, neque obstat longa syllaba in fine v. præcedentis, collatis vv. 698. 708.

701. *γεραροῖς ἐπίχαρτον propter oblata munera jucundum ac blandum* interpretatur Donaldson, *New Cratylus*, § 279. *γεραρὸν* enim idem valere quod *γέρας* demonstravit, collato Suppl. 652, ubi vide annot. Sed videtur hic *εὐφιλόπαις*, h. e. *παισὶν εὐφιλὴς*, quodammodo respondere ad *γεραροῖς ἐπίχαρτος*, Angl. *the delight of the old men* (nam *δὶς παῖδες οἱ γέροντες*). Nec quicquam obstare videtur, si *ἐπιχαίρειν τινὶ* de triumphante et insultante hoste vulgo dicitur, quin *ἐπίχαρτος* sit is, de quo sentitur gaudium vel exsultatio, vel in bonam vel in malam partem.—Ceterum confer Aristot. Hist. An. ix. 44, de leone: *ἔστι δὲ τὸ ἦθος οὐχ ὑπόπτης οὐδενὸς οὐδ' ὑφορώμενος οὐδὲν, πρός τε τὰ σύντροφα καὶ συνήθη σφόδρα φιλοπαίγμων καὶ στερκτικὸς*, etc. Plutarchus de cohibenda Ira, § xiv. *ἀλλ' ἡμεῖς ἀγριαίνοντα τιθασσεύομεν ζῶα καὶ πραΰνομεν, λυκιδεῖς καὶ σκύμνους λεόντων ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιφέροντες.* Diversa de leonis indole narrant qui hodie cognitum habent istius bestiæ ingenium.

702. *ἔσχε*, h. e. *ἦν*. *ἔσκ'* Casaub. ut Pers. 658. *ἦστ'* Dindorfius. *ἔσχε δίκαν* interpretatur K. *habebat id quod justum est infanti.* Sed *ἔχειν* pro *εἶναι versari* parum offendit. Confer Theb. 99. Od. ii. 346. *ἐν δὲ γυνὴ ταμίη νύκτας τε καὶ ἦμαρ Ἔσχ', ἣ πάντ' ἐφύλασσε*: quanquam hoc quidem loco *ἔσκε* fortasse voluit poeta. Bonum est quod fecit Auratus, corrigendo in v. 704. *φαιδρωπὸν ποτὶ χεῖρα σαίνοντα*, et ad *ἔσχε* nominativum *ἀνὴρ* adsciscendo, ita ut *ἔθρεψεν* et *ἔσχε* pariter dicta accipiantur.

706. *πρὸς τοκήων* Flor. *πρὸς τοκέων* Farn. *πρός γε τοκήων* Bothius et Franz. collato Cho. 411. *πρός γε τῶν τεκομένων*. *τὸ πρόσθε τοκήων* Well. Dind., sc. *pristinam parentum indolem.* Difficillimum est hunc locum restituere. Mihi non admodum placet divisum inter duos versus *χάριν*, præsertim cum plenius interpungatur post *τοκέων*. Sed ad similem necessitatem confugit Hermannus cum *ἀγάλακτον* medium divisit.

708. *χάριν γὰρ τροφᾶς* Flor. Transposuit Pearsonus. *τροφεῦσιν* Farn. ex conjectura, ut videtur.

μηλοφόνοισιν † ἄσαισιν
δαῖτ' ἀκέλευστος ἔτευξεν·
αἵματι δ' οἶκος ἐφύρθη,
ἄμαχον ἄλγος οἰκέταις,
μέγα σίνος πολυκτόνον·
ἐκ θεοῦ δ' ἱερεύς τις ἄτας δόμοις προσεθρέφθη.
πάραυτα δ' ἐλθεῖν ἐς Ἰλίου πόλιν — στρ. γ΄.
λέγοιμ' ἂν φρόνημα μὲν νηνέμου γαλάνας,
ἀκασκαῖόν †τ'† ἄγαλμα πλούτου,
μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος,
δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος·
παρακλίνασ' ἐπέκρανεν δὲ γάμου πικρὰς τελευτάς,
δύσεδρος καὶ δυσόμιλος συμένα Πριαμίδαισιν

709. *ἄταισιν* libri contra metrum. *σὺν ἄταις* edidit Franz. *ἄγαισιν* conjecit Herm. et sic Dind., sc. *invidiosa cæde pecoris.* Vide ad v. 130. *ἀγαῖσιν* K. ex Lexico Bekkeri, Anecd. p. 336. *ἀγαί· οἱ τραγικοὶ τὰς τρώσεις οὕτως ἐκάλουν καὶ τὰ τραύματα.* Vide Pers. 427. Il. v. 161. *ὡς δὲ λέων ἐν βουσὶ θορὼν ἐξ αὐχένα ἄξῃ.* Dubitandum tamen videtur de mensura prioris syllabæ in *ἀγή.* Vide Donaldson ad Pind. Pyth. ii. 81. Equidem recepi quod Conington et Malden apud Linwood (in Lexico v. *ἄγη*) conjecerunt, *ἄσαισιν.* Novam vocem *ἄγη* ab *ἄζεσθαι* finxit sibi Hermannus, quod significet *consecrationem, sacrificium.*

710. *ἀκέλευστος.* Qui enim epulas parandas curat, *ὀψωνεῖ*, jussu domini id facit. Confer *ἄκλητος δαιταλεὺς* Prom. 1045. *ἄμισθος ξυνέμπορος* Cho. 720. *ἀοιδὰ ἀκέλευστος ἄμισθος* inf. 951.

715. *ἱερεὺς ἄτας, sacerdos calamitatis,* idcirco dicitur leo, quia mactando pecori operam dat, et quodammodo sacerdotis officium implet.—*ἐκ θεοῦ*, sc. deus aliquis auctor fuit ut inscius homo ac nihil tale suspicatus leonis catulum in domo enutriret.—*προσεθρέφθη* pro *προσετράφη* Heathius.

716. *πάραυτα.* Sic Herm. ex Flor. Vulgo *παρ' αὐτά. Statim* vertunt Blomf. Scholef. Herm. ex Hesych. *πάραυτα· παραχρῆμα, εὐθέως, παραυτίκα.* Confer etiam Eur. Frag. incert. 47. *πάραυτα δ' ἡσθεὶς ὕστερον στένει διπλᾶ. Juxta eum modum, similiter,* sententiæ aptius videretur: sed vereor ne desit justa auctoritas. Scilicet respondet quodammodo *παρακλίνασα* v. 721: *primum* quidem deliciæ et amor omnium, *mox* conversa et in pejus mutata Priami filiis et populo universo pestis infestissima.

718. *δ'* post *ἀκασκαῖον* inseruit Porsonus; solœce, inquit Hermannus, qui *τ'* primus edidit. Dubium est annon istud *μὲν* post *φρόνημα* ad *δὲ* in v. 721 pertineat. De Helenæ opibus, quas secum abduxisse fertur Paris, vide Hom. Il. iii. 70. vii. 363. 390. xiii. 626. xxii. 114.

καί οἱ ὑπόσχωμαι Ἑλένην, καὶ κτήμαθ' ἅμ' αὐτῇ
πάντα μάλ', ὅσσα τ' Ἀλέξανδρος κοίλης ἐπὶ νηυσὶν
ἠγάγετο Τροίηνδε.

Orest. 1662. Herod. ii. 114. Plutarch. Conjug. Præcept. § xxi. *φιλόπλουτος ἡ Ἑλένη.*

721. *παρακλίνασα* (ita Flor.) in aliam viam declinans, non jam eadem visa quæ primo habebatur. Imago a stadio sumpta est. Il. xxiii. 424. *ὀλίγον δὲ παρακλίνας ἐδίωκεν.* Confer *ἀποκλῖναι* Œd. Tyr. 1192. Vulgo autem *παρακλίνουσ'.*

πομπᾷ Διὸς ξενίου
νυμφόκλαυτος Ἐρινύς.
παλαίφατος δ' ἐν βροτοῖς γέρων λόγος ἀντ. γ'.
τέτυκται, μέγαν τελεσθέντα φωτὸς ὄλβον
τεκνοῦσθαι, μηδ' ἄπαιδα θνήσκειν·
ἐκ δ' ἀγαθᾶς τύχας γένει
βλαστάνειν ἀκόρεστον οἰζύν.
δίχα δ' ἄλλων μονόφρων εἰμί· τὸ δυσσεβὲς γὰρ ἔργον
μέτα μὲν πλείονα τίκτει, σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννᾳ.
οἴκων γὰρ εὐθυδίκων
καλλίπαις πότμος ἀεί.
φιλεῖ δὲ τίκτειν Ὕβρις μὲν παλαιὰ νεά- στρ. δ'.
ζουσαν ἐν κακοῖς βροτῶν
Ὕβριν τότ' ἢ τόθ', ὅτε τὸ κύριον μόλῃ·
† νέα δ' ἔφυσεν Κόρον,

726. νυμφόκλαυτος, "deflenda sponsis, quarum cantus vertit in planctum." K. Sic οὐ κλαυστὰ δ' ἐστὶν, non lacrymandum est, Œd. Col. 1360. Virg. Æn. ii. 573. *Trojæ et patriæ communis Erinnys.* Cic. de Div. i. 50. *Lacedæmonia mulier, Furiarum una.*

729. τεκνοῦσθαι, *parere.* Aristot. Hist. An. vii. 5. ἀρχὴ δὲ ταῖς γυναιξὶ τοῦ τεκνοῦσθαι, καὶ τοῖς ἄρρεσι τοῦ τεκνοῦν. Theb. 654. μὴ καὶ τεκνωθῇ δυσφορώτερος γόος, *ne luctus pariat graviorem luctum.*—μέγαν τελεσθέντα, ut ὄλβος ἄγαν παχυνθεὶς Theb. 768. τέλειος autem est *grandis, ætate adultus.* Cf. inf. v. 1481.

732. Libri τὸ γὰρ δυσσεβὲς ἔργον. Transposuit Pauwius. Confer v. 708. Metrum autem Ionicum est. Mox μέτα pro vulg. μετὰ Herm. Sententia hæc est: Ego vero aliter sentio. Mihi videtur non tam magna felicitas quam scelus et impietas progignere prolem ipsi similem: nam domus probæ et honestæ, utcunque dives sit, ea est conditio, ut semper bonam habeat progeniem. Quæ sit proles impietatis, discimus ex Eum. 506, nempe ὕβρις, et ὕβρις παλαιὰ rursus τίκτει aliam ὕβριν.

740. ὅτε emendavit K. pro vulg. ὅταν. Hæc particula sæpius apud Homerum legitur cum subjunctivo, ut aliquando apud tragicos ἐπεὶ, εἰ, ὃς, et similia. Verte, *hoc vel illo tempore, quando justum tempus advenerit.* Sic κύριος ἡμέρα Suppl. 712. Ceterum νεάζουσαν Ὕβριν non est pro νέαν (quod vel adjectum ἐν κακοῖς ostendit), quanquam in se id continet. Valet enim *insolenter se efferentem in calamitatibus hominum.* ὑβρίζειν ἐν κακοῖς inf. 1590.

741. Libri contra metrum νεαρὰ φάους κότον. Sententia similiter enuntiata Herod. viii. 77, qui κόρον ὕβριος υἱὸν memorat, dubitare nos prohibet quin vera scriptura sit vel νέα δὲ φύει, vel (quod ad vulgatum propius etiam accedit) ἔφυσεν Κόρον, ut Κόρος et Θράσος sint gemina proles Insolentiæ, atque iidem δύο Ἄτα, *similes parentibus.* Hæc fere Donaldson, *New Cratylus,* p. 518 (ed. 2), qui comparat Antig. 529. τρέφων δύ' Ἄτα κἀπαναστάσεις θρόνων. Potuit etiam Œd. Col. 532. παῖδε, δύο δ' Ἄτα. Vulgo autem μελαίνας—ἄτας et εἰδομέναν. Cf. Pers. 817. Mirum videtur quod dedit Hermannus: τότ' ἢ τότ', ἔστ' ἂν ἐπὶ τὸ κύριον μόλῃ νέᾳ ῥαφᾷ. Quod ne ipse quidem explicare conatur.

δαίμονά τ' ἄμαχον, ἀπόλεμον,
ἀνίερον Θράσος, †μελαίνα μελάθροισιν Ἄτα,
εἰδομένα τοκεῦσιν.
Δίκα δὲ λάμπει μὲν ἐν δυσκάπνοις δώμασιν, ἀντ. δ΄.
τὸν δ' ἐναίσιμον τίει [βίον.]
τὰ χρυσόπαστα δ' †ἔδεθλα σὺν πίνῳ χερῶν
παλιντρόποις ὄμμασιν
λιποῦσ' ὅσια †προσέμολε,
δύναμιν οὐ σέβουσα πλούτου παράσημον αἴνῳ.
πᾶν δ' ἐπὶ τέρμα νωμᾷ.

ἄγε δή, βασιλεῦ, Τροίας πτολίπορθ',
Ἀτρέως γένεθλον,
πῶς σε προσείπω; πῶς σε σεβίζω
μήθ' ὑπεράρας μήθ' ὑποκάμψας
καιρὸν χάριτος;
πολλοὶ δὲ βροτῶν τὸ δοκεῖν εἶναι
προτίουσι δίκην παραβάντες.
τῷ δυσπραγοῦντι δ' ἐπιστενάχειν
πᾶς τις ἕτοιμος· δῆγμα δὲ λύπης
οὐδὲν ἐφ' ἧπαρ προσικνεῖται·

742. Libri *τὸν ἄμαχον*. Articulum ipse excrevi.

750. Libri *ἐσθλά*, quod per se ineptum metro quoque adversatur. *ἔδεθλα* Herm. ex Aurati conjectura. *ἕδρανα* dedit Franz. —*σὺν πίνῳ χερῶν*, si impuræ et maculosæ sint domini manus. Confer *χέρες οὐχ ὅσιαι* Cho. 370. *καθαρὰς χεῖρας* Eum. 303.

752. Libri *προσέβα τοῦ*. Optime Hermannus *προσέμολε*, cujus aoristi *προσέβα* glossa fuisse videtur. Idem olim *προσέβαλε*, et sic Dind. Franz. Sed ne sic quidem omnino congruit metrum. Fortasse *ἔλιπεν, ὅσιά τε προσέμολε*. Istud *τοῦ* ad *πλούτου* superscriptum fuisse suspicatur Herm.

753. *οὐ σέβουσα*, *non probans*, inf. 1590. Cf. Herm. ad Androm. 940.—*παράσημον αἴνῳ*, cujus laus et popularitas spuria est, ut male cusa pecunia, sc. non recte et honeste tributa. Schol. ad Hippol. 1115 (ed. Monk.). *παράσημος, ἀντὶ τοῦ ἀδόκιμος, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κιβδηλῶν νομισμάτων.* Plutarch. de Adul. et Amico, § xxiv. *ὁ δὲ ψευδὴς καὶ νόθος καὶ ὑπόχαλκος, ὥσπερ νόμισμα παράσημον.*

755. *πᾶν δ' ἐπὶ τέρμα νωμᾷ*, omnia ad finem dirigit, sc. scelus ad malum exitum, virtutem ad felicem. *πᾶν τέρμα* construit Herm. et *ἔπι* scripsit, hac sententia: omnem attribuit exitum, i. e. bonum et malum, ut quisque sit meritus. Et sic quidem *ἐπινωμᾷ* Eum. 310.

760. *καιρόν*. Vide ad v. 356.

761. *τὸ δοκεῖν εἶναι προτίοντες τοῦ εἶναι.*

765. Confer Juvenal. Sat. iii. 101. *flet, si lacrymas conspexit amici, Nec dolet.*

καὶ ξυγχαίρουσιν ὁμοιοπρεπεῖς
ἀγέλαστα πρόσωπα βιαζόμενοι.
ὅστις δ' ἀγαθὸς προβατογνώμων,
οὐκ ἔστι λαθεῖν ὄμματα φωτὸς
τὰ δοκοῦντ' εὔφρονος ἐκ διανοίας
ὑδαρεῖ σαίνειν φιλότητι.
σὺ δέ μοι τότε μὲν, στέλλων στρατιὰν
Ἑλένης ἕνεκ', οὐκ ἐπικεύσω,
κάρτ' ἀπομούσως ἦσθα γεγραμμένος,
οὐδ' εὖ πραπίδων οἴακα νέμων,
θράσος †ἐκ θυσιῶν
ἀνδράσι θνήσκουσι κομίζων·
νῦν δ' οὐκ ἀπ' ἄκρας φρενὸς οὐδ' ἀφίλως
εὔφρων πόνος εὖ τελέσασιν.

Pind. Nem. i. 82. *εὐθὺς ἀπήμων κραδία κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον.* Infra 1527. Sic *ἀναγκόδακρυς* Frag. 407.

766. *ὁμοιοπρεπεῖς, aspectus similitudine assumpta.* Stobæus vero hunc locum laudans *νυκτὶ δὲ χαίρουσιν* dedit: de qua scriptura adeat lector Blomf. et Herm. prolixius disputantes.

768. *προβατογνώμων*, ut *θυμὸς ἱπτογνώμων* frag. 224. Proxima sic intellige: *οὐκ ἔστι τοῦτον λαθεῖν ὄμματα*, h. e. *τοῦτον οὐ λανθάνει.*

771. Non perspexerunt interpretes, *ὑδαρεῖ* dici cum respectu ad proverbialem locutionem *φιλίαν κίρνασθαι*, unde *νεοκρᾶς φίλος* Cho. 336. Proprie enim de vino usurpatur cui largior aqua infusa est. Plutarch. Symposiac. Lib. v. Quæst. iv. § 2. *εἰδὼς οὐχ ὑδαρεῖ χαίροντας ἀλλ' ἀκρατοτέρῳ.* Ex Arist. Polit. ii. 8. *φιλίαν ὑδαρῆ* laudavit Blomf. Ceterum sententiæ obscuritas quam indicavit Hermannus, sed non recte illustravit, sic expedienda videtur: *τὰ σαίνοντα ὑδαρεῖ* (h. e. *parum sincera*) *φιλότητι, ἐξ εὔφρονος διανοίας ὡς δοκεῖ.*

773. *γὰρ* ante *ἐπικεύσω* omisit Herm. ut ad supplendum parœmiacum, quod sæpissime fit, inepte intrusum. Sic mox *τις πόνος* Farn. v. 779. Plerique cum Musgr. *οὐ γάρ σ' ἐπικεύσω.—ἀπομούσως γεγραμμένος, inscite pictus,* non bene mihi repræsentatus. Quidam homines, inquit, non loquuntur sincere, sed simulant tantum amicitiam; ego vero, utpote honestius erga te animatus, libere dico sententiam meam; uti olim te culpabam cum Trojam proficiscereris, sic nunc, rebus feliciter gestis, parta victoria ex animo gavisus sum.

776. Libri *ἑκούσιον. ἀκούσιον* Canter. *θάρσος ἑκούσιον* Herm. cum Boissonad., sc. "*vehens* (ad Trojam) *spontaneam audaciam mori volentibus viris.*" Quod acerbe dictum putat de mortifera expeditione. Felicissima mihi quidem ac tantum non certa videtur Franzii conjectura, *ἐκ θυσιῶν*, quæ non nisi O in Θ mutat. Igitur sic intellige: *portans tecum* (vanam) *confidentiam ex sacrificiis, evasuros* sc. *esse viros qui in eo erant ut morerentur,* h. e. docens exercitum favere deos expeditioni.

778. *ἀπ' ἄκρας φρενὸς, ex superficie mentis,* ut *οὐ γὰρ ἄκρας καρδίας ἔψαυσέ μου* Hec. 242. Contra Bacch. 203. *οὐδ' εἰ δι' ἄκρων τὸ σοφὸν εὕρηται φρενῶν, ex intima mente haustum;* quod fortasse de alta sede philosophiæ intelligendum.

779. *εὔφρων πόνος* (*ἐστὶ*), "*acceptus per eos qui perfecerunt,*" Herm. Nunc,

γνώσει δὲ χρόνῳ διαπευθόμενος
τόν τε δικαίως καὶ τὸν ἀκαίρως
πόλιν οἰκουροῦντα πολιτῶν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

πρῶτον μὲν Ἄργος καὶ θεοὺς ἐγχωρίους
δίκη προσειπεῖν, τοὺς ἐμοὶ μεταιτίους
νόστου, δικαίων θ' ὧν ἐπραξάμην πόλιν
Πριάμου· δίκας γὰρ οὐκ ἀπὸ γλώσσης θεοὶ
κλύοντες ἀνδροθνῆτας Ἰλίου φθορὰς
εἰς αἱματηρὸν τεῦχος οὐ διχορρόπως
ψήφους ἔθεντο· τῷ δ' ἐναντίῳ κύτει
ἐλπὶς προσῄει †χεῖλος οὐ πληρουμένῳ.

inquit, gratus et probandus mihi videtur, quoniam feliciter evenit.

784. *μεταιτίους* pro *αἰτίους* positum recte monuit Herm., collato Trach. 1234.

785. *δικαίων*, i. e. *δίκης*. Vide Eum. 392. *πρόσω δικαίων*. Contulit hunc locum Herm. ad Iph. Taur. 559. *ὡς εὖ κακὸν δίκαιον ἐξεπράξατο*, i. e. *κακὴν δίκην*.

786. *οὐκ ἀπὸ γλώσσης non ex ore caussidicorum* vulgo interpretantur. Sed Hermannus, "*non obiter ac negligenter*. Opponitur enim *ἀπὸ γλώσσης* fere ei quod de scripto recitatur." Scilicet sermoni minus animum attendere solemus, quam ei quod in libris est.—*ψήφους ἔθεντο φθορὰς* pro *ἐψηφίσαντο*, nisi *ἀνδροθνῆτος φθορᾶς* legendum cum Dobræo, Adv. ii. p. 24.

790. Libri *χειρός*. *χρεῖος*, *indiga*, Hermannus. Sed verissime, opinor, Casaubonus *χεῖλος*. Græce non dicitur *χειρὸς πληροῦσθαι* pro *ὑπὸ χειρὸς*, quicquid sibi persuadeant interpretes; nec *ἐλπὶς χειρὸς*, *expectatio manus*, sc. auxilii, habet quo se commendet. Contra autem nihil aptius huic loco quam *χεῖλος*, ut mox allatis exemplis probabo. Perspexerunt quidam viri docti Pandoræ fabulam in animo habuisse poetam, in cujus arca spes sola mansisse dicitur. Tu, lector, audi Hesiodum eam rem narrantem, Opp. 96.

μούνη δ' αὐτόθι ἐλπὶς ἐν ἀρρήκτοισι δόμοισι
ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσιν.

Quid vero est illud *χεῖλος*? Videtur fuisse circulus sive annulus (Theocr. i. 29. Acharn. 459) interdum pretiosioris metalli (Od. iv. 616. xv. 116), qui interiorem (*ἔντοσθεν* Theocr. l. l.) oram calicis circumductus mensuram altitudinis infuso liquori præbebat. Confer Æsch. Frag. 170. *ἀργυρηλάτοις κέρασι χρυσᾶ στόμια προσβεβλημένοις*. Soph. Frag. 133. *αὐτοχείλεσι ληκύθοις*, h. e. oram non ex alia materia affixam habentibus. Xen. Anab. iv. v. 26. *ἦσαν δὲ καὶ πυροὶ καὶ κριθαὶ καὶ ὄσπρια καὶ οἶνος κρίθινος ἐν κρατῆρσιν· ἐνῆσαν δὲ καὶ αὐταὶ αἱ κριθαὶ ἰσοχειλεῖς*, i. e. *ora tenus*, Angl. *up to the rim*. Jam si calix vel crater ora tenus impletus erat, dicebatur *ἐπιχειλής*: si ad summum, *μεστὸς* vel *πληρωθείς*. Quod apertissime patet ex Arist. Equit. 814.

ὃς ἐποίησεν τὴν πόλιν ἡμῶν μεστὴν,
εὑρὼν ἐπιχειλῆ.

Hoc igitur loco spes *προσῄει χεῖλος*, *ad oram vasis accedebat*, i. e. ad summum appropinquabat, quanquam id non fuit *μεστὸν*, *plenum*, *οὐ πληρούμενον*. Ælian. Var. Hist. xiii. iii. *οὐ πεπληροῦτο ἡ πύελος, ἐνέδει δὲ ἀπὸ τοῦ χείλους παλαιστὴν*

καπνῷ δ' ἁλοῦσα νῦν ἔτ' εὔσημος πόλις.
ἄτης θύελλαι ζῶσι· συνθνήσκουσα δὲ
σποδὸς προπέμπει πίονας πλούτου πνοάς.
τούτων θεοῖσι χρὴ πολύμνηστον χάριν
τίνειν· ἐπείπερ καὶ πάγας ὑπερκότους
†ἐφραξάμεσθα, καὶ γυναικὸς †εἵνεκα
πόλιν διημάθυνεν Ἀργεῖον δάκος,
ἵππου νεοσσὸς, ἀσπιδοστρόφος λεὼς,
πήδημ' ὀρούσας ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν·
ὑπερθορὼν δὲ πύργον ὠμηστὴς λέων
ἄδην ἔλειξεν αἵματος τυραννικοῦ.

ἴσως. Unde apparet, id quod et in nostro loco et in Hesiodeo etiam observandum est, χεῖλος non modo de calice, sed de arca vel quovis vase recte dici posse. Nam κύτος hic de urna proprie ponitur, in quam demittebantur calculi, sed adjecta ἐναντίον et διχορρόπως ita compositam esse metaphoram ostendunt, ut de alterna lance simul cogitaverit poeta. Confer Suppl. 599. 959.

792. "Vivit adhuc calamitatis vis, quanquam resedit et extincta est flamma; et cinis συνθνήσκων, undique simul collapsus et elanguescens, pingues emittit flatus ex consumptis divitiis. Præclare hoc dicitur; ac fortasse cum respectu ad θυηφάγον εὐώδη φλόγα sup. v. 580, et ad λαμπάδας φαρμασσομένας χρίματι v. 94. Nota autem antithesin in ζῶσι et συνθνήσκουσα, de qua vide ad Cho. 264." Hæc scripseram cum nondum mihi innotuisset Hermanni emendatio ἄτης θυηλαὶ (Soph. El. 1421), quæ quidem mirum in modum congruere videtur, ut veram esse vix dubitem. Conferre potuit ἱερεὺς ἄτας v. 713. Sed quod ille in συνθνήσκουσα hæret, id non *simul cum alia quavis re*, sed *simul et ubique eodem actu* significat.

795. χἀρπαγὰς Tyrrwhittus pro καὶ πάγας, idque receperunt Conington, Dind. Franz. De ὑπερκότους vide ad Theb. 386. ἐφραξάμεσθα mea est conjectura, in ed. priore proposita, ac nunc demum in textum recepta, cum idem Hermannus etiam legendum viderit. Sane ἐπραξάμεσθα durissimum est, sive *nobismet ipsis fecimus* seu *ulti sumus* interpretemur. Contra autem v. 1347. φράσσειν ἀρκύστατα, et de his ipsis retibus sup. 350. γάγγαμον ἄτης, et στεγανὸν δίκτυον, et plane simili imagine μὴ ὑπερτελέσαι usurpatur. Ceterum hæc ipsa aoristi forma legitur Theb. 795. καὶ πύλας φερεγγύοις ἐφραξάμεσθα μονομάχοισι προστάταις. Quamnam in animo similitudinem hæc scribens habuerit poeta, ex sequentibus πήδημ' ὀρούσας et ὑπερθορὼν πύργον satis manifestum est.—εἵνεκα scripsi pro vulg. οὕνεκα. Vide ad Suppl. 184. Prom. 353.

798. ἵππου νεοσσὸς, sc. quia ex durateo sive abiegno equo erupit miles armatus. Od. viii. 515. Eur. Troad. 11. Virg. Æn. ii. 238.—ἀσπιδηστρόφος Flor. Vict., quod servarunt K. Peile et Franz. ἀσπιδηφόρος conjecit Blomf., probantibus Dind. Herm. Sed proprie dicitur στρέφειν ἀσπίδα, ut Ajac. 575, vel νωμᾶν Il. vii. 238, ut malim ἀσπιδοστρόφος cum Farn.

800. λέων. Variatur similitudo, et respicitur Homeri locus, Il. v. 161. ὡς δὲ λέων ἐν βουσὶ θορὼν ἐξ αὐχένα ἄξῃ, cet. πύργος hic est Trojæ murus quem transiluerit Argivus exercitus; πάγαι autem de vallo quod iidem struxerint obsidentes intelligendæ sunt.

θεοῖς μὲν ἐξέτεινα φροίμιον τόδε·
τὰ δ' ἐς τὸ σὸν φρόνημα, μέμνημαι κλύων,
καὶ φημὶ ταὐτὰ καὶ ξυνήγορόν μ' ἔχεις.
παύροις γὰρ ἀνδρῶν ἐστὶ συγγενὲς τόδε,
φίλον τὸν εὐτυχοῦντ' ἄνευ φθόνων σέβειν.
δύσφρων γὰρ ἰὸς καρδίαν προσήμενος
ἄχθος διπλοΐζει τῷ πεπαμένῳ νόσον·
τοῖς τ' αὐτὸς αὑτοῦ πήμασιν βαρύνεται,
καὶ τὸν θυραῖον ὄλβον εἰσορῶν στένει.
εἰδὼς λέγοιμ' ἄν, εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι
ὁμιλίας κάτοπτρον, εἴδωλον σκιᾶς
δοκοῦντας εἶναι κάρτα πρευμενεῖς ἐμοί.
μόνος δ' Ὀδυσσεύς, ὅσπερ οὐχ ἑκὼν ἔπλει,
ζευχθεὶς ἕτοιμος ἦν ἐμοὶ σειραφόρος·
εἴτ' οὖν θανόντος εἴτε καὶ ζῶντος πέρι
λέγω. τὰ δ' ἄλλα πρὸς πόλιν τε καὶ θεούς,

802. *φροίμιον.* Confer *πρῶτον μὲν* v. 783. —*τὰ δ' ἐς τὸ σὸν φρόνημα*, quod autem attinet ad tuam in me voluntatem, qua modo me excepisti v. 761—70; sc. ut ad eam respondeam aliquid, memini me olim etiam similia audivisse. Dixerat fortasse chorus Agamemnoni *στέλλοντι στρατιὰν* v. 772, se ex sincero animi affectu dehortari eum ne expeditionem facere vellet. Simplicius Hermannus: "*memini, neque obliviscor, quæ audivi.*" At quomodo potuit tam cito oblivisci?

806. *φθόνων* Flor., et sic Herm., qui *ἄνευ φθόνων* laudat ex Plat. Leg. vii. p. 801. E. Vulgo *φθόνου.*—*σέβειν τὸν εὐτυχοῦντα* (*ὡς*) *φίλον* construunt K. et Conington; recte fortasse, sed nulla necessitate. Temerarius esset qui *ὁ κακὸς ἀνὴρ* et *ἀνὴρ ὁ κακὸς* ubique distinguenda doceret, vel, exempli gratia, *ἡμέραν τὴν κυρίαν* idem atque *τὴν κυρίαν ἡμέραν* Alcest. 158 valere negaret. Sic etiam *κεδνὰ τὰ ἀληθῆ* pro *τὰ ἀληθῆ κεδνὰ* sup. 605. Hermannus lectores ad Ajac. 998 amandavit.

807. *καρδίᾳ* Hermannus, qui rem satis apertam fusius explicandam censuit, accusativum in talibus valere *accessionem ad aliquid*, dativum *loci occupationem* (meis verbis utor). Quid vero? Invidia accedit ad cor hominis et ibi assidet. Confer Soph. Frag. 580. *προςστῆναι μέσην τράπεζαν*, ubi dativum non admittit metrum. Vide etiam ad Suppl. 185. De sententia conferri debet Tacit. Hist. i. 8. *Quædam civitates etiam finibus ademptis pari dolore commoda aliena ac suas injurias metiebantur.*

811. *ἐξεπίσταμαι κάτοπτρον*, bene intelligo, bene versatus sum in speculo familiaritatis, in cujus superficie apparent quasi *εἴδωλα* animorum. Scio igitur, inquit, simulacra esse amicitiæ qui mihi se benevolos profiteri soliti sunt. Quanquam nescio an præstet sic cum Hermanno vexatum locum interpretari: *εὖ ἐξεπίσταμαι* (*τοὺς*) *δοκοῦντας εἶναι πρευμενεῖς ἐμοὶ*, (*ὄντας*) *ὁμιλίας κάτοπτρον* (*καὶ*) *εἴδωλον σκιᾶς*, h. e. umbram tantum, non veros amicos. Recte vero annotavit vir doctissimus *εἴδωλον* et *σκιὰν* sæpe ut synonyma fere simul usurpari, ut Soph. Ajac. 125. Phil. 946. Frag. Tyr. xv. Adde Plutarch. de Fraterno Amore, § iii. *σκιαὶ καὶ εἴδωλα φιλίας.*

κοινοὺς ἀγῶνας θέντες, ἐν πανηγύρει
βουλευσόμεσθα. καὶ τὸ μὲν καλῶς ἔχον
ὅπως χρονίζον εὖ μενεῖ, βουλευτέον·
ὅτῳ δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων παιωνίων,
ἤτοι κέαντες ἢ τεμόντες εὐφρόνως
πειρασόμεσθα †πῆμ' ἀποστρέψαι νόσου.
νῦν δ' ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους
ἐλθὼν θεοῖσι πρῶτα δεξιώσομαι,
οἵπερ πρόσω πέμψαντες ἤγαγον πάλιν.
νίκη δ' ἐπείπερ ἕσπετ', ἐμπέδως μένοι.

ΚΛ. Ἄνδρες πολῖται, πρέσβος Ἀργείων τόδε,
οὐκ αἰσχυνοῦμαι τοὺς φιλάνορας τρόπους
λέξαι πρὸς ὑμᾶς· ἐν χρόνῳ δ' ἀποφθίνει
τὸ τάρβος ἀνθρώποισιν. οὐκ ἄλλων πάρα
μαθοῦσ', ἐμαυτῆς δύσφορον λέξω βίον
τοσόνδ', ὅσονπερ οὗτος ἦν ὑπ' Ἰλίῳ.
τὸ μὲν γυναῖκα πρῶτον ἄρσενος δίχα
ἧσθαι δόμοις ἔρημον, ἔκπαγλον κακόν,
πολλὰς κλύουσαν †κληδόνας παλιγκότους·
καὶ τὸν μὲν ἥκειν, τὸν δ' ἐπεισφέρειν κακοῦ
κάκιον ἄλλο πῆμα, λάσκοντας δόμοις.
καὶ τραυμάτων μὲν εἰ τόσων ἐτύγχανεν
ἀνὴρ ὅδ', ὡς πρὸς οἶκον ὠχετεύετο

818. *κοινοὺς ἀγῶνας θέντες*, sc. facultate unicuique proposita sententiam declarandi. Nam *ἀγὼν* et *ἀγορὰ* de populari concione, *βουλὴ* de procerum consilio capiendum, inf. 857.

821. *ὅτῳ δεῖ*, *qua in re*, K.

823. Vulgatum *πήματος τρέψαι νόσον* contra Porsonum nuper tueri conatus Hermannus, diversa esse malum morbi et morbum mali verissime disseruit. Et hic quidem, inquit, "de malis loquitur poeta, quibus quasi ægrotat respublica; itaque recte hic dicit morbum mali." Quæstio fortasse in eo potius versatur, *τρέψαι νόσον* an *ἀποστρέψαι* rectius dicatur. Ac debebat certe exemplis probare insolitam locutionem *vertere morbum* pro *avertere, arcere.* Primariam autem notionem hic esse *morbum*, non *malum*, patet ex imagine *φαρμάκων παιωνίων* etc.

825. *δεξιώσομαι*, *gratulabor*, *salutabo.* Sequitur dativus personæ ex notione *persolvendi*, *gratias agendi*, aptus; quod ex v. sequente facile colligitur.

828. *πρέσβος Ἀργείων τόδε*, senes Argivi qui hic adestis. Inf. 1364. *ὡς ὧδ' ἐχόντων, πρέσβος Ἀργείων τόδε.*

835. *ἧσθαι ἔρημον.* Vide ad v. 502. Mox *κληδόνας* pro *ἡδονὰς* Auratus. Cf. v. 847.

837. *ἥκειν.* Intellige *φέροντα κακόν.*

840. *ἁνὴρ* pro *ἀνὴρ* Hermannus.

Ibid. *εἰ ἐτύγχανεν*, *τέτρωται*, structura

φάτις, τέτρωται δικτύου πλέω λέγειν.
εἰ δ' ἦν τεθνηκώς, ὡς †ἐπλήθυον λόγοι,
τρισώματος τἂν Γηρυὼν ὁ δεύτερος
πολλὴν ἄνωθεν, τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω,
χθονὸς τρίμοιρον χλαῖναν ἐξηύχει λαβών,
ἅπαξ ἑκάστῳ κατθανὼν μορφώματι.
τοιῶνδ' ἕκατι κληδόνων παλιγκότων
πολλὰς ἄνωθεν ἀρτάνας ἐμῆς δέρης
ἔλυσαν ἄλλοι πρὸς βίαν λελημμένης.
ἐκ τῶνδέ τοι παῖς ἐνθάδ' οὐ παραστατεῖ,
ἐμῶν τε καὶ σῶν κύριος πιστευμάτων,

nec Græcis nec Romanis ignota. Thucyd. iii. 65. *εἰ ἡμεῖς πρὸς τὴν πόλιν ἐλθόντες ἐμαχόμεθα, ἀδικοῦμεν.* Tacit. Hist. iv. 6. *Si caderet Marcellus, agmen reorum sternebatur.* Locum sic Anglice reddas: *If he kept receiving as many wounds as was currently reported at home, he must be pierced, one may say, with more holes than a net.*—*πλέω*, sc. *τραύματα*. *πλέον* Dind. *τέτρηται* Franz. ex conject. Ahrens.

842. *ἐπλήθυον* pro *ἐπλήθυνον* ex Porsoni monitu receperunt recentiores. Vide ad Suppl. 598. *πληθύνειν* activum est, unde *πληθύνομαι* inf. 1341. Ceterum servatur imago quæ in *ὠχετεύετο* inchoata est, sc. lacunæ derivatis aquis ad summam impletæ.

843. *τρισώματος*. Sculptam hujus monstri effigiem describit Pausanias v. 19. *τρεῖς δὲ ἄνδρες Γηρυόνες εἰσὶν ἀλλήλοις προσεχόμενοι.*

844. *ἄνωθεν* dicit, quia *χλαῖνα* non nisi ad *superinjecta* vestimenta, sc. pallia, spectat. Nam si omnem terram quæ mortuo circumdatur cogitasset, vel de ea quæ *infra* corpus jacet, ut Theb. 941, non apta uteretur imagine, *γῆν ἐπιέσσασθαι*. Quare addit, *τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω*. Soph. Trach. 540. *μιᾶς ὕπο χλαίνης ὑπαγκάλισμα.* Theocr. xviii. 19. *ὑπὸ τὰν μίαν ᾤχετο χλαῖναν.* Il. xxiv. 646. *χλαίνας—καθύπερθεν ἕσασθαι.* Od. xx. 143. *χλαῖναν δ' ἐπιέσσαμεν ἡμεῖς.* Eur. Frag. Peliad. vi. *ὅταν δ' ὑπ' ἀνδρὸς χλαῖναν εὐγενοῦς πέσῃς.* Hæc autem terræ vestis dicitur *τρίμοιρος*, terno corpori ter injecta, *ἅπαξ ἑκάστῳ*. Aliter hunc locum explanavit Hermannus: "qui *ἄνωθεν* sepultus dicitur, non est sepultus, sed videtur esse (?) aut perhibetur: qui vero *τὴν κάτω* accepit *χλαῖναν χθονός*, is vere sepultus est ideoque mortuis jure accensetur. Ex quibus patet sensum verborum hunc esse: *si ille toties quoties ferebatur periisse mortuus esset, tanquam alter Geryones sæpe triplicem vivus (absit enim ut mortuum dicam) vestem terræ induisset.* Id sic poeta elocutus est, *multam triplicem superne, absit enim ut infernam dicam, vestem terrenam induisset.*" At si revera mortuus esset quoties ferebatur periisse, revera etiam, i. e. mortuus, non vivus, vestem terræ induisset.

845. Legendum fortasse *λαβεῖν* pro *λαβών* ad Suppl. 174 monitum est.

848. *ἄνωθεν*, h. e. quia supra caput ligatur laqueus. Dubitari possit utrum *πρὸς βίαν λελημμένης* significet *collum violenter a laqueo constrictum*, an intelligi debeat *nodum alii solverunt, quum mihi invitæ*, sc. *suspendium volenti* (*ἀπαγχομένῃ μεταξὺ* Andoc. de Myst. p. 16. § 125), *manus injecissent.* Priorem interpretationem amplectitur K., posteriorem Conington.

850. *ἐκ τῶνδε*, *his de causis*, inf. 1194. 1581. Eur. Ion. 843.

851. *πιστωμάτων* Herm. probabiliter,

ὡς χρῆν, Ὀρέστης· μηδὲ θαυμάσῃς τόδε·
τρέφει γὰρ αὐτὸν εὐμενὴς δορύξενος
Στρόφιος ὁ Φωκεὺς, ἀμφίλεκτα πήματα
ἐμοὶ προφωνῶν, τόν θ' ὑπ' Ἰλίῳ σέθεν
κίνδυνον, εἴ τε δημόθρους ἀναρχία
βουλὴν καταρρίψειεν, ὥστε σύγγονον
βροτοῖσι τὸν πεσόντα λακτίσαι πλέον.
τοιάδε μέν τοι σκῆψις οὐ δόλον φέρει.
ἔμοιγε μὲν δὴ κλαυμάτων ἐπίσσυτοι
πηγαὶ κατεσβήκασιν, οὐδ' ἔνι σταγών.
ἐν ὀψικοίτοις δ' ὄμμασιν βλάβας ἔχω,
τὰς ἀμφί σοι κλαίουσα λαμπτηρουχίας
ἀτημελήτους αἰέν. ἐν δ' ὀνείρασιν
λεπταῖς ὑπαὶ κώνωπος ἐξηγειρόμην
ῥιπαῖσι θωΰσσοντος, ἀμφί σοι πάθη
ὁρῶσα πλείω τοῦ ξυνεύδοντος χρόνου.

ut Eum. 213. Sed potuit poeta formam minus usitatam præferre. *κύριος*, qui in se quasi repræsentat nostri conjugii fœdera.

853. *δορύξενος*. Plutarchus, Quæst. Græc. xvii. *τίς ὁ δορύξενος;—ὁ λαβὼν αἰχμάλωτον* (sc. *Κορινθίων καὶ Μεγαρέων πρὸς ἀλλήλους πολεμούντων*,) *ἀπῆγεν οἴκαδε, καὶ μεταδοὺς ἁλῶν καὶ τραπέζης ἀπέπεμπεν οἴκαδε. Ὁ μὲν οὖν τὰ λύτρα κομίσας ἐπῃνεῖτο, καὶ φίλος ἀεὶ διετέλει τοῦ λαβόντος, ἐκ δορυαλώτου δορύξενος προσαγορευόμενος.*

854. *ἀμφίλεκτα πήματα* simpliciter valere puto *mala utrimque prædicata;* hinc, ne apud Trojam periret Agamemno; inde, ne tumultus plebis fremitu excitatus (*δημόθρους*) summum reipublicæ concilium subverteret. Ingeniose Abresch. *καταρράψειεν*, ut Eum. 26. Qui vulgatum vertunt *consilium projectum inirent*, probare debent eodem sensu usurpari *καταρρίψαι* quo *ἀναρρίψαι* de aleis dictum, ut Thucyd. iv. 85. v. 103. Quod quidam non intelligunt quomodo qui senatum profligat regem *λακτίζει πλέον*, ii meminerint *βουλὴν* heroicæ ætatis procerum concionem fuisse, qui semper e regis partibus contra popularem licentiam stare debebant. Confer *βουλὴν πατῆσαι* Equit. 166. *proculcato senatu* Tacit. Hist. i. 40.

858. Imago a luctando petita. Confer Ajac. 988, et vide ad Suppl. 85. Sensus: solent homines, cum malum acciderit principi, ulterius progredi, et seditionem moliri evertendæ civitatis causa. *σύγγονον*, ut *συγγενὲς* v. 805, *innatum.*

859. *οὐ δόλον φέρει.* Egregia arte additum, quia revera nihil ista excusatione mendacius.

863. *Lugens propter neglecta* (i. e. non accensa, quia causa accendendi non esset) *signa captæ Trojæ, quæ propter te constituta erant.*

865. *κώνωπος, musquito.* Recte Herm. *ὑπαὶ ῥιπαῖς*, non *ὑπαὶ κώνωπος*, jungenda monuit. Est autem epica structura. Confer v. 1134.

867. Quam tempus quod inter dormiendum præteriit, h. e. quam accidere potuerunt tam brevi tempore dum dormiebam.

νῦν, ταῦτα πάντα τλᾶσ', ἀπενθήτῳ φρενὶ
λέγοιμ' ἂν ἄνδρα τόνδε τῶν σταθμῶν κύνα,
σωτῆρα ναὸς πρότονον, ὑψηλῆς στέγης
στῦλον ποδήρη, μονογενὲς τέκνον πατρὶ,
καὶ γῆν φανεῖσαν ναυτίλοις παρ' ἐλπίδα,
κάλλιστον ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος,
ὁδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος.
τερπνὸν δὲ τἀναγκαῖον ἐκφυγεῖν ἅπαν.
τοιοῖσδε τοί νιν ἀξιῶ προσφθέγμασιν.
φθόνος δ' ἀπέστω· πολλὰ γὰρ τὰ πρὶν κακὰ
ἠνειχόμεσθα· νῦν δέ μοι, φίλον κάρα,
ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε, μὴ χαμαὶ τιθεὶς
τὸν σὸν πόδ', ὦ 'ναξ, Ἰλίου πορθήτορα.
δμωαὶ, τί μέλλεθ', αἷς ἐπέσταλται τέλος
πέδον κελεύθου στρωννύναι πετάσμασιν;
εὐθὺς γενέσθω πορφυρόστρωτος πόρος,
ἐς δῶμ' ἄελπτον ὡς ἂν ἡγῆται Δίκη.
τὰ δ' ἄλλα φροντὶς οὐχ ὕπνῳ νικωμένη

868. *Nunc, quum hæc omnia perpessa sum,* sc. *his curis præteritis, læto animo dixerim hunc virum* etc. Hæc olim a me prolata, quanquam habuerunt qui contra dicerent, suffragio suo confirmavit Herm. Itaque nihil muto. Vulgo autem τλᾶσ' ἀπενθήτῳ φρενὶ conjungunt. ἀπένθητος legitur etiam Eum. 872.

869. βουστάθμων Herm., bene, modo compertum esset sic scripsisse Æschylum. Offendit sine dubio articulus.

871. στύλον libri. στῦλον Herm. Is ποδήρης dicitur, qui a summo ad imum pertingit, ut recte Bl., qui contulit Iph. Taur. 57. στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες. Hinc *fulcire domum* dicuntur filii, Propert. v. 11. 69.

872—4. Inverso ordine hos versus disposuit Hermannus, qui γαληνὸν etiam pro κάλλιστον dedit. Nimis audacter. Nec idonea causa est cur in isto καὶ ante γῆν magnopere offendamur, nisi arctissimis scribendi regulis coercendum putemus poetæ ingenium. Nimis argute de hoc loco egit K., qui novam quasi rerum recensionem, sc. quæ lætæ sunt potius quam quæ plane necessariæ, a particula καὶ incipere arbitratur.—ἀκτὴν dedit Franz. γαῖαν Bl. Dind.

879. μὴ τιθείς. Confer μηκέτι ἰάπτων supr. v. 493.

882. στορνύναι Franz. Dind. ex Elmsleii arbitrio.

884. δῶμ' ἄελπτον, sc. nec opinatum Agamemnoni, qui de intrando ἀνδροσφαγείῳ (v. 1060) parum cogitaverat. In hoc autem apte dicitur Justitia eum nunc deducere. Et hæc et quæ sequuntur ambiguo sensu dicta sunt.

885. τὰ δ' ἄλλα κ.τ.λ. In animo habet cædem mox perpetrandam, quam *fato debitam* (ita se excusat mulier) *deorum voluntate* se commissuram significat. εἱμαρμένα, *fato constituta.* τὴν εἱμαρμένην ita definit Cicero de Div. i. § 125. *ordinem seriemque causarum, quum caussa caussæ nexa rem ex se gignat.*

θήσει δικαίως ξὺν θεοῖς εἱμαρμένα.
ΑΓ. Λήδας γένεθλον, δωμάτων ἐμῶν φύλαξ,
ἀπουσίᾳ μὲν εἶπας εἰκότως ἐμῇ·
μακρὰν γὰρ ἐξέτεινας· ἀλλ' ἐναισίμως
αἰνεῖν, παρ' ἄλλων χρὴ τόδ' ἔρχεσθαι γέρας.
καὶ τἄλλα, μὴ γυναικὸς ἐν τρόποις ἐμὲ
ἅβρυνε, μηδὲ βαρβάρου φωτὸς δίκην
χαμαιπετὲς βόαμα προσχάνῃς ἐμοί·
μηδ' εἵμασι στρώσασ' ἐπίφθονον πόρον
τίθει. θεούς τοι τοῖσδε τιμαλφεῖν χρεών·
ἐν ποικίλοις δὲ θνητὸν ὄντα κάλλεσιν
βαίνειν, ἐμοὶ μὲν οὐδαμῶς ἄνευ φόβου.
λέγω κατ' ἄνδρα, μὴ θεόν, σέβειν ἐμέ.
χωρὶς ποδοψήστρων τε καὶ τῶν ποικίλων
κληδὼν ἀϋτεῖ· καὶ τὸ μὴ κακῶς φρονεῖν
θεοῦ μέγιστον δῶρον. ὀλβίσαι δὲ χρὴ
βίον τελευτήσαντ' ἐν εὐεστοῖ φίλῃ.
εἰ πάντα δ' ὣς πράσσοιμ' ἄν, εὐθαρσὴς ἐγώ.
ΚΛ. καὶ μὴν τόδ' εἰπὲ μὴ παρὰ γνώμην ἐμοί.
ΑΓ. γνώμην μὲν ἴσθι μὴ διαφθεροῦντ' ἐμέ.

889. ἐναισίμως αἰνεῖν, sc. *ut justa sit laus, ab alio quam a conjuge venire debet.* Sic recte Conington.

891. καὶ τἄλλα. Respondet Romanorum *ceterum*, h. e. καὶ ἕτερον τόδε. Vide ad Suppl. 240.

892. βαρβάρου φωτὸς, h. e. hominis Persici. Orest. 1507. προσκυνῶ σ', ἄναξ, νόμοισι βαρβάροισι προσπιτνῶν. Confer Pers. 154. 590. Dem. Mid. p. 549. Scilicet hic mos erat τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν αἰσχύνην φερόντων, Ælian. Var. Hist. i. xxi.

902. τελευτήσαντα, *non nisi postquam finiverit.*

903. πράσσοιμεν Dind. Franz. Herm. fortasse recte, nam pluralis numerus propter sequens ἐγὼ librariis displicere potuit. Verum ubi ἂν non pertinet ad εἰ (ita enim semper efficitur ἢν), sed ad ipsum verbum, interdum, quanquam infrequentius, cum optativo construitur, ex eadem ratione qua ὅστις, ὅπως, etc. Confer Theb. 515. Dem. Mid. p. 582. fin. εἰ οὗτοι χρήματα ἔχοντες μὴ πρόοιντ' ἄν. Isocrat. Archidamo, p. 120. fin. εἰ δὲ μηδεὶς ἂν ὑμῶν ἀξιώσειε ζῆν ἀποστερούμενος τῆς πατρίδος, προσήκει καὶ περὶ ἐκείνης τὴν αὐτὴν ὑμᾶς γνώμην ἔχειν. Plenius, opinor, hoc loco dixisset, εἰ δὲ γένοιτο τοῦτο, τὸ πράσσειν ἂν πάντα ὁμοίως, εὐθαρσὴς ἐγώ εἰμι, sc. de futuro non metuo. Vide autem Monk. ad Alcest. 48.

905. Opinionem quidem scias *me* non esse in pejus mutaturum. Hoc est, ego quoque sententiam habeo de hac re, quam nolim pro tuo arbitrio mutare. Nam emphasin in fine versus habet ἐμέ.—διαφθείρειν hoc sensu legitur Eur. Hel. 920. Med. 1055. Hippol. 391.

ΚΛ. ηὔξω θεοῖς δείσας ἂν ὧδ' ἔρδειν τάδε.
ΑΓ. εἴπερ τις, εἰδώς γ' εὖ τόδ' ἐξεῖπον τέλος.
ΚΛ. τί δ' ἂν δοκεῖ σοι Πρίαμος, εἰ τάδ' ἤνυσεν;
ΑΓ. ἐν ποικίλοις ἂν κάρτα μοι βῆναι δοκεῖ.
ΚΛ. μή νυν τὸν ἀνθρώπειον αἰδεσθῇς ψόγον.
ΑΓ. φήμη γε μέντοι δημόθρους μέγα σθένει.
ΚΛ. ὁ δ' ἀφθόνητός γ' οὐκ ἐπίζηλος πέλει.
ΑΓ. οὔ τοι γυναικός ἐστιν ἱμείρειν μάχης.
ΚΛ. τοῖς δ' ὀλβίοις γε καὶ τὸ νικᾶσθαι πρέπει.
ΑΓ. ἦ καὶ σὺ νίκην τήνδε δήριος τίεις;
ΚΛ. πιθοῦ· κράτος μέντοι πάρες γ' ἑκὼν ἐμοί.
ΑΓ. ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι ταῦθ', ὑπαί τις ἀρβύλας
λύοι τάχος, πρόδουλον ἔμβασιν ποδός.
καὶ τοῖσδέ μ' ἐμβαίνονθ' ἀλουργέσιν θεῶν

906. Vulgo interrogative: *ηὔξω δείσας ὧδε ἔρδειν ἄν*; Sed jungendum videtur *ηὔξω ἄν*, quanquam paullo remotior est particula. Dicebant Græci *εὔχομαι ποιῆσαι, ποιήσειν*, vel *ποιεῖν*, sed nusquam, quod sciam, *ποιεῖν ἄν*. Vide ad 1234. Hoc quidem, inquit, te facturum promisisses quum aliquando metueres, et invidiam deorum deprecareris, pollicendo te modeste acturum, si salvus evasisses. De hoc usu particulæ *ἄν* vide inf. ad v. 1223.—*δείσασαν* Herm., interrogandi nota in fine versus posita. Quod ego quidem non intelligo.

907. Utcunque egissem in tali tempore, hoc decretum meum non temere nec tanquam ignarus tibi declaravi. Repetit aliis verbis v. 905.

910. Si ita fecisset Priamus, divinæ invidiæ securus, ne tu vereare hominum vituperationem.

912. At vero is, cui non invidetur, non est felix prædicatus, *ζηλωτός*, ut monuit K.

914. *καὶ τὸ νικᾶσθαι.* Non semper vincere, verum aliquando etiam vinci.

915. Num tibi etiam talis victoria accepta est? nempe *τὸ νικᾶσθαι ἀντὶ τοῦ νικᾶν*. Vide ad Theb. 713. Sed nescio an vere Herm. et Franz. *ἦ οὐ καὶ σὺ κ.τ.λ.*

916. Argutanti de voce *νίκη* respondet altera, enixe rogans et blanditiis rem impetratura, *πιθοῦ κ.τ.λ.* Cui ille demum, importunis precibus uxoris cedere coactus, ægre assentitur; Angl. *well, if you will have it so*, &c.—*νίκην παριέναι τινὶ* Troad. 651. *τὴν νίκην παρεὶς τούτῳ* Herod. vi. 103. Quod ad numeros, pessimus est hic versus. Nec tamen inepte intrusum est *γε*, quæ particula precando sæpe inservit, ut monitum est ad Theb. 71.

918. *πρόδουλον ἔμβασιν.* Quæ pedibus meis quasi servile officium præstant, ut iis incedant.

919. *καὶ τοῖσδε* cum Hermanno ex Flor. recepi. *σὺν ταῖσδε* Farn. Vulgo *σὺν τοῖσδε*. Ingeniose Dobræus, Adv. ii. p. 24, corrigit *ξυστοῖς*, erat enim *ξυστὶς* vestis e tenui ac bene detonso panno, Theocr. ii. 74. Nub. 70. Antiphanes ap. Phil. Mus. Cant. i. p. 573, collato Il. xiv. 179. *ξυστίδων ἀλουργῶν* conjungit etiam Plutarchus de Glor. Athen. § vi. Equidem olim *ξὺν τοῖσδε* explicavi de cothurnis (imo soleis) quos exutis crassioribus calceis (*ἀρβύλαις*) assumpsisset, ne purpureos tapetes calcando contereret. Majorem sine dubio auctoritatem habet *καὶ τοῖσδε*, nec neutrum *ἀλουργῆ* hoc loco offendit, sc. *στρώματα*.

μή τις πρόσωθεν ὄμματος βάλοι φθόνος.
πολλὴ γὰρ αἰδὼς †στρωματοφθορεῖν, ποσὶν
φθείροντα πλοῦτον ἀργυρωνήτους θ' ὑφάς.
τούτων μὲν οὕτω· τὴν ξένην δὲ πρευμενῶς
τήνδ' ἐσκόμιζε. τὸν κρατοῦντα μαλθακῶς
θεὸς πρόσωθεν εὐμενῶς προσδέρκεται.
ἑκὼν γὰρ οὐδεὶς δουλίῳ χρῆται ζυγῷ.
αὕτη δὲ, πολλῶν χρημάτων ἐξαίρετον
ἄνθος, στρατοῦ δώρημ', ἐμοὶ ξυνέσπετο.
ἐπεὶ δ' ἀκούειν σου κατέστραμμαι τάδε,
εἶμ' ἐς δόμων μέλαθρα πορφύρας πατῶν.

ΚΛ. ἔστιν θάλασσα—τίς δέ νιν κατασβέσει;—
τρέφουσα πολλῆς πορφύρας ἰσάργυρον
κηκῖδα παγκαίνιστον, εἱμάτων βαφάς.
†οἴκοις δ' ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς, ἄναξ,
ἔχειν· πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος.
πολλῶν πατησμὸν δ' εἱμάτων ἂν ηὐξάμην,

920. *ὄμματος φθόνος.* Vide ad v. 454. Minus recte Blomf. *invidia ex visu concepta,* siquidem in oculis sedem ponebant istius affectus, vel potius ex oculis invidiam quasi profluere credebant, uti hodie superstitiosi homines aversantur *the evil eye.* Photius: *ὀφθαλμίσαι· φθονῆσαι.* Eur. Frag. Inûs 11. *ἐν χερσὶν, ἢ σπλάγχνοισιν, ἢ παρ' ὄμματα ἔσθ' ἡμίν*; sc. *ὁ φθόνος.*

921. Libri *σωματοφθορεῖν.* Schützii conjecturam *δωματοφθορεῖν* probarunt Blomf. Herm. propter v. 934. Aurati *στρωματοφθορεῖν* Pors. Butler. *εἱματοφθορεῖν* nuper Franz. et Dind. Aliquanto facilior et proclivior est corruptio syllabæ *στρωμ.* in *σωμ.* Vide supr. 298, et ad Suppl. 283. Ceterum in eo constabat facti invidia, quod arroganter opes suas, deorum donum, tanquam viles habiturus erat.

922. *στείβοντα* Herm. Sed *ἐπεξηγητικὸν* est participium prægressi infinitivi *στρωματοφθορεῖν.* Cave tamen ne *φθείροντα conterendo perdentem* vertas, siquidem exutis calceis incessurus est. Valet enim simpliciter *abutentem ut re nullius pretii.*

932. *πολλῆς πορφύρας.* Ex concha scilicet quæ hodieque frequentissima legitur in mari Mediterraneo, et *Murex Trunculus* a physicis appellatur. Eam purpuram, Tyria vix inferiorem, præbebant Laconiæ litora, teste Pausania, iii. cap. 21, et *Laconicas purpuras* memorat Horatius, Od. ii. 18. 6. Libri autem *εἰς ἄργυρον.* Ex Athenæo xii. p. 526. laudatur *ἰσοστάσιος ἡ πορφύρα πρὸς ἄργυρον ἐξεταζομένη.*

933. "*παγκαίνιστος* est purpura, cujus talis est copia ut ea semper recenti quivis uti possit." Blomf. Gloss. Valet autem *τὸ ἐς πάντα καινίζεσθαι δυνάμενον.*

934. Vulgatum *οἶκος* tuetur Herm., "*est domus quæ horum affatim habeat.*" Quod non malum est. Nihilominus *οἴκοις* probabilius videtur; et sic Pors. Dind. Blomf. *ὑπάρχει suppeditat* vertit K., neque aliter Theocr. xxii. penult. *καὶ ὡς ἐμὸς οἶκος ὑπάρχει.*

δόμοισι προὐνεχθέντος ἐν χρηστηρίοις
ψυχῆς κόμιστρα τῆσδε †μηχανωμένη.
ῥίζης γὰρ οὔσης φυλλὰς ἵκετ' ἐς δόμους,
σκιὰν ὑπερτείνασα Σειρίου κυνός.
καὶ σοῦ μολόντος δωματῖτιν ἑστίαν,
θάλπος μὲν ἐν χειμῶνι σημαίνεις †μολόν·
ὅταν δὲ τεύχῃ Ζεύς γ' ἀπ' ὄμφακος πικρᾶς
οἶνον, τότ' ἤδη ψῦχος ἐν δόμοις πέλει,
ἀνδρὸς τελείου δῶμ' ἐπιστρωφωμένου.
Ζεῦ, Ζεῦ τέλειε, τὰς ἐμὰς εὐχὰς τέλει·
μέλοι δέ τοι σοὶ τῶνπερ ἂν μέλλῃς τελεῖν.

ΧΟ. τίπτε μοι τόδ' ἐμπέδως — στρ. α'.
δεῖγμα προστατήριον
καρδίας τερασκόπου ποτᾶται,

937. *προὐνεχθέντος*, sc. *τοῦ πατησμοῦ*, *si jussus* (nisi mavis absolute, *si jussum*) *esset ab oraculo*. *προφέρειν τι* vel *τινὰ* Herod. v. 63. Cf. *προφέρων Ἄρτεμιν* v. 195.

938. Libri *μηχανωμένης*, quod potest quidem defendi, intellecto *ἐμοῦ*, ut inf. 1249. Quanquam adeo pronum fuit librariis genitivum ponere per assimilandi errorem (vid. ad v. 632), ut simpliciorem structuram præferendam censuerim. Pendet hic dativus, ut et *δόμοισι*, a *προὐνεχθέντος*. *μηχανωμένῃ* etiam Franz. Herm. *μηχανωμένη* Blomf. Dind. Conington.

939. *ἵκετο*, *venire solet*, sc. domum porrectis ramis attingere. Apparet autem ex v. 941 sententiam generalem esse. Prorsus similis ratio comparandi est Cho. 239—244. Quum non excisa sit radix, pullulare solent frondes, et ita tectis increscere ut a domo defendant ardorem. Aoristi participium *ὑπερτείνασα* per attractionem quandam ad *ἵκετο* accommodatur; quasi esset *καὶ ὑπερέτεινε*.

942. *σημαίνεις μολόν*. *Significas venisse*. Sic hodie cum plerisque (non Franz.) vulgatum *μολὼν* corrigendum putavi. Comparat Conington *σημαίνει μολὸν* supr. 284.

943. *ὅταν*, sc. media æstate; uvæ enim maturescunt circa auctumnum. *Ζεύς γ'* pro *Ζεύς τ'* dedit Porsonus. Junge autem *ὅταν δέ γε*, et cf. inf. 1321. Prom. 387. Acharn. 1105. Facile est cum Herm. aliisque particulam delere, sed non facile ostendere unde irrepserit.

945. *ἀνδρὸς τελείου*, h. e. *οἰκοδεσπότου*, ut *τελεσφόρος γυνὴ* est *δέσποινα* Cho. 652.

948—50. *δεῖγμα*, *spectrum*, imago sc. quæ oculis obversatur, apte, opinor, hic usurpatur de inani timore quo afficitur chorus. Exempla similis rei lege inf. 1065. 1083. 1188 etc. *δεῖμα* cum Farn. Herm. alii. Verba *ἐμπέδως*, *προστατήριον*, stabilitatem plane indicantia, spectare videntur ad statuam basi impositam; quæ metaphora temperatur ac coercetur contrario verbo *ποτᾶται*. Optime exprimitur imago per se levis et incerta (sc. mali præsagitio), sed quæ adeo constanter animo adest ut fugari nequeat.—*καρδίας* non a *προστατήριον* aptum, sed genitivum loci putat Conington, ut Cho. 389. *φρενὸς οἷον ἔμπας ποτᾶται*.

μαντιπολεῖ δ' ἀκέλευστος ἄμισθος ἀοιδά,
οὐδ' †ἀποπτύσαι, δίκαν
δυσκρίτων ὀνειράτων,
θάρσος εὐπιθὲς ἵζει
φρενὸς φίλον θρόνον; χρόνος δ' ἐπὶ
πρυμνησίων †ξυνεμβολαῖς
ψαμμίας ἀκάτας παρή-
βησεν, εὖθ' ὑπ' Ἴλιον
ὦρτο ναυβάτας στρατός.
πεύθομαι δ' ἀπ' ὀμμάτων ἀντ. α'.
νόστον, αὐτόμαρτυς ὤν·
τὸν δ' ἄνευ λύρας ὅμως ὑμνῳδεῖ
θρῆνον Ἐρινύος αὐτοδίδακτος ἔσωθεν
θυμός, οὐ τὸ πᾶν ἔχων
ἐλπίδος φίλον θράσος.
σπλάγχνα δ' οὔτι ματᾴζει,

951. De ἄμισθος ἀοιδὰ vide ad v. 710.

952. Et cur non ea fiducia animi sedem occupat, ut vanos hos timores tanquam mera somnia aspernari possit? ἀποπτύσαι Farn. ἀποπτύσας Flor., et sic Herm. ἀποπτύσαν Blomf. Dind. Conington. Mihi probabilior videtur infinitivus. Confer Alcest. 620. πρὸς δ' ἐμᾷ ψυχᾷ θράσος ἧσται, θεοσεβῆ φῶτα κεδνὰ πράξειν.

955. ἐπὶ solus Farn. ἐπεὶ Flor. Vict. δέ τοι Herm. ξυνεμβολαῖς pro —οις receperunt edd. ex Pers. 398. ξὺν ἐμβολαῖς Herm. Difficilem locum olim recte explicavi, Hermanni judicio si quid tribuendum: *tempus consenuit, præteriit, post ligationem funium navis in arena.* Diu est, inquit, cum naves in litore alligatæ sunt, quo tempore Trojam profectus est exercitus. Bene Hermannus: "Defloruisse dicit tempus, quia, si quid adversi secundum Calchantis vaticinium accidere oportebat, effluxisse videtur spatium quo id evenire erat consentaneum." Ceterum ἀκάτα Flor., unde ἀκμὰ conjecit Emperius, et sic Franz. ἀκτᾶς Tyrwhitt. Well. Blomf. Insolentior forma est ἡ ἀκάτη pro ἡ ἄκατος. Sed ἀκάτου legendum suspicatur Hermannus.

960. Et nunc incolumem rediisse exercitum ipse meis oculis sentio: cur igitur adhuc extimescam? Sed nihilominus sponte sua animus mala præsagit, non prorsus solita confidentia usus.

966. Libri ματάζει. Recte Herm. ματᾴζει, quod pro ματαΐζει contractum est. Vide ad v. 124, ubi idem τερᾴζει. Apud antiquos scriptores σπλάγχνα semper intelligenda sunt de majoribus interni corporis organis. Nimis negligenter Anglice vertere solemus, ut in absurda illa quotidiani sermonis locutione, ex male intellecta S. Scriptura orta, *bowels of compassion.* σπλάγχνα sunt pulmo, jecur, cor; interdum de feminis uterus. Unde sæpius apud Homerum legimus καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο. Minora intestina, sive lactes, sunt τὰ ἔντερα, ut inf. 1192. ξὺν ἐντέροις σπλάγχνα. Cf. Ran. 473—6. Recte vidit K. κέαρ ἐπεξηγητικῶς ad σπλάγχνα apponi. πρὸς φρεσὶν hic proprie intellige, *contra diaphragma* sc. præcordia *circumactum*, ut Prom. 900. κραδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει. Quoniam vero alteram significationem habet

πρὸς ἐνδίκοις φρεσὶν τελεσφόροις
δίναις κυκλούμενον κέαρ.
εὔχομαι δ' ἀπ' ἐμᾶς †τὸ πᾶν†
ἐλπίδος ψύθη πεσεῖν
ἐς τὸ μὴ τελεσφόρον.
μάλα γέ τοι †τὸ μεγάλας ὑγιείας — στρ. β'.
ἀκόρεστον τέρμα, νόσος γὰρ †ἀεὶ†
γείτων ὁμότοιχος ἐρείδει,
καὶ πότμος εὐθυπορῶν
ἀνδρὸς ἔπαισεν * * *
* * * ἄφαντον ἕρμα.
καὶ τὸ μὲν πρὸ χρημάτων

φρὴν, huic potius subjungit poeta adjectiva ἐνδίκοις et τελεσφόροις, quasi voluisset *ad mentem, jure et ratione metuentem, et exitum* sc. *eventum metus habiturum.* τελεσφόροις δίναις construit Herm.

969. δ' ἐξ ἐμᾶς Flor. δ' ἀπ' ἐμᾶς τοι Farn. τάδ' ἐξ ἐμᾶς Blomf. Franz. Hermannus: "Certa emendatione me restituisse puto τὸ πᾶν, quod et sententia postulat et latere videtur in τοι, non addito, ut puto, a Triclinio, sed relicto ex τὸ πᾶν in detrito margine." Aptius quidem et probabilius supplementum haud facile quis invenerit. ἀπ' ἐλπίδος *aliter atque futurum spero*, sc. expecto. Soph. El. 1127. Trach. 666.

972. Vulgo μάλα γάρ τοι τᾶς πολλᾶς ὑγιείας. μάλα γε τοὶ δὴ τᾶς κ.τ.λ. Farn. Ex versu antistrophico, qui integer esse videtur, restituendus est hic locus, aut semper in corruptis relinquendus. Metrum Pæonicum est, ut Eum. 335—8, quod ut recte decurrat τὸ μεγάλας pro τᾶς πολλᾶς reposui. Non aliam viam nuper ingressus est Hermannus, nisi quod μάλα γέ τοι τὸ πολέος γ' ὑγιΐας dedit. ὑγίεια an ὑγιΐα scribas, eadem est hoc loco pronuntiatio. Sed vide an non ὑγεῖας potius scribendum sit; nam formam ὑγεία, quæ serioribus tantum in usu fuisse creditur, fortasse ne Æschylus quidem ignoravit. In proximo v. ἀεὶ ad finem supplevit Blomf., quod propter ὁμοιοτέλευτον in v. 974 (ΔΕΙ et ΑΕΙ) absorptum fuisse verisimile est. Id recepit etiam Hermannus.

974. νόσος ὁμότοιχος ἐρείδει, calamitas proxime incumbens, non nisi angusto muri intervallo dissepta a felicitate (ὑγιείᾳ). De contiguis ædibus dicitur, quibus intergerinus est paries. Confer Antiphan. ap. Phil. Mus. Cant. i. p. 601. λύπη μανίας ὁμότοιχος εἶναί μοι δοκεῖ.

975. Sententia: hominis fortuna, cum prospero cursu utitur, subito illiditur in scopulos sub mari latentes. Simile est nauticum vocabulum μεσοπορεῖν, Theophrast. Char. περὶ Δειλίας. Idem, Hist. Plant. i. viii. de ligni textura: εὔσχιστον μὲν γὰρ ἐλάχιστα (*in partes minutas*) διὰ τὸ εὐθυπορεῖν.

976. Deesse nonnulla post ἔπαισεν monstrant antistrophica, quæ tamen violenta mutatione cum his congruere coegit Hermannus. Satis recte se habet et sententia et structura, πότμος ἀνδρὸς ἔπαισεν ἕρμα. Sed summo ingenio hoc additamentum excogitavit H. L. Ahrens:

ἀνδρὸς ἔπαισεν [ἄφνω
πολλάκι δὴ πρὸς] ἄφαντον ἕρμα.

Scilicet ab ἄφνω ad ἄφαντον, omissis quæ in medio sunt, aberrasse putat librarii oculos.

978. Argumentum sequentis loci ita se habet: Cum partem (τὸ μὲν) aliquis pro-

κτησίων ὄκνος βαλὼν
σφενδόνας ἀπ' εὐμέτρου,
οὐκ ἔδυ πρόπας δόμος,
πημονᾶς γέμων ἄγαν,
οὐδ' ἐπόντισε σκάφος.
πολλά τοι δόσις
ἐκ Διὸς ἀμφιλαφής τε καὶ ἐξ ἀλόκων ἐπετειᾶν
νῆστιν ὤλεσεν νόσον.
τὸ δ' ἐπὶ γᾶν πεσὸν ἅπαξ θανάσιμον ἀντ. β'.
προπάροιθ' ἀνδρὸς μέλαν αἷμα τίς ἂν
πάλιν ἀγκαλέσαιτ' ἐπαείδων;
οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ
τῶν φθιμένων ἀνάγειν

jicere velit, timore impulsus ne tota res perdatur (sc. nimia prosperitate oppressa, ut modo dixerat; de domo enim loquitur sub imagine navis), tunc domus non tota mergitur fluctibus calamitatis, quanquam malis onerata, nec obruitur alveus. Quam sententiam sic cum sequentibus connectit: Domus quidem periculo eximi potest; largior annona famem compensat; sed effusum semel sanguinem nemo ne incantando quidem revocare potest. Similia vide ap. Suppl. 437—45. Cho. 42. Eum. 615. Innuit chorus, cædem non esse perpetrandam, utpote ἀνήκεστόν τι.

980. σφενδόνας ἀπ' εὐμέτρου, *modica jactura usus.* Confer Theb. 765. πρόπρυμνα δ' ἐκβολὰν φέρει ἀνδρῶν ἀλφηστᾶν ὄλβος ἄγαν παχυνθείς. Vide etiam Juven. xii. 37.

983. οὐδ' ἐπόντισε σκάφος, sc. ὄκνος v. 979, *non sinit ut mergatur alveus.* De hoc usu vide ad Suppl. 612. Ceterum conjecturam non temere spernendam mecum communicavit doctus amicus Cantabrigiensis, sic transponendos esse vv. 981—4. οὐκ πόντισε σκάφος, | οὐδ' ἔδυ πρόπας δόμος | πημονῆς γέμων ἄγαν. Sed vereor ne hoc sit ipsum corrigere Æschylum.

984. πολλὰ hic est πολλή, ut Theb. 354, quod docet metrum antistrophicum. *Larga quidem et copiosa annona, ex sulcis in totum annum suppetentibus percepta, famem dispellere solet.*

987. Libri πεσόνθ' ἅπαξ. Emendavit Pauwius. Ad ἐπαείδων recte contulit Herm. Eum. 640. τούτων ἐπῳδὰς οὐκ ἐποίησεν πατήρ.

990. De loco corrupto et fortasse interpolato ego quidem omnia perpendens ægre invenio quid statuam. Libri Ζεὺς αὖτ' (vel αὔτ') ἔπαυσ' ἐπ' εὐλαβείᾳ (ἐπ' ἀβλαβείᾳ γε Farn.). Ultima verba ex scholio ad 977 huc transposito irrepsisse putat Hermannus, qui recisis quæ supervacanea videntur sic edidit: Ζεὺς δὲ τὸν ὀρθοδαῆ | τῶν φθιμένων ἀνάγειν ἔπαυσεν. Quæ cum integris strophicis respondent. Probabilia quidem hæc, sed minus certa videntur. ἐπ' εὐλαβείᾳ, *cavendi causa,* non ineptum est, si *ut in posterum caverent moniti* interpretemur. Sic igitur intellige: Si fas esset mortuos resuscitare, Jupiter non oppressisset Æsculapium, qui callebat id facere. Res narratur Apollodor. iii. 10. 3. Alcest. 123—9. Pind. Pyth. iii. 98. Ovid. Met. ii. 644. *animas tibi reddere ademptas fas erit; idque semel diis indignantibus ausus, Posse dare hoc iterum flamma prohibebere avita.* Confer Propert. ii. 1. 61. Recte autem Hermannus: "jungenda sunt τῶν φθιμένων ἀνάγειν, *ab inferis reducere.*"

Ζεὺς †ἂν ἔπαυσεν ἐπ' εὐλαβείᾳ.
εἰ δὲ μὴ τεταγμένα
μοῖρα μοῖραν ἐκ θεῶν
εἶργε μὴ πλέον φέρειν,
προφθάσασα καρδία
γλῶσσαν ἂν τάδ' ἐξέχει.
νῦν δ' ὑπὸ σκότῳ βρέμει
θυμαλγής τε καὶ
οὐδὲν ἐπελπομένα ποτὲ καίριον ἐκτολυπεύσειν,
ζωπυρουμένας φρενός.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

εἴσω κομίζου καὶ σύ· Κασσάνδραν λέγω·
ἐπεί σ' ἔθηκε Ζεὺς ἀμηνίτως δόμοις
κοινωνὸν εἶναι χερνίβων, πολλῶν μέτα
δούλων σταθεῖσαν κτησίου βωμοῦ πέλας.
ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε, μηδ' ὑπερφρόνει.
καὶ παῖδα γάρ τοι φασὶν Ἀλκμήνης ποτὲ

993. Nisi *τεταγμένη μοῖρα*, fatum æternis legibus constitutum, prohibuisset alterum fatum (h. e. nostram sortem) quo minus a diis ferret auxilium, hunc timorem meum cor jam effudisset, *προφθάσασα γλῶσσαν*, citius et volubilius quam lingua edere posset: sed quoniam res ita se habet, ut negaverit fatum hominibus facultatem providendi futura, mens nunc secum fremit in tenebris, vix sperans se quicquam unquam explicituram. Sententia satis obscura ac vere Pythagorea est. Confer Eum. 105. Prom. 523. Dicere vult *τὴν πεπρωμένην* etiam diis potentiorem esse, ac ne diis quidem volentibus auxilium sibi suppetere ad exprimendam occulti pavoris causam.—Hermannus ex inutili Schützii conjectura *προφθάσασα καρδίαν γλῶσσα πάντ' ἂν ἐξέχει.*

1002. Libri *Κασάνδραν*. *Κασσάνδραν* Franz. (qui tamen alibi *Κασάνδρα* scripsit) et Herm. ad Hecub. 86, qui nomen a *κάζομαι* deducit. Eadem radix cernitur in *Πολυκάστη*, *Ἐπικάστη* sive *Ἰοκάστη* (*violis ornata*), *Μηδεσικάστη* (*consiliis instructa*, Il. xiii. 173), *Παγκάστη*, Ælian. Var. Hist. xii. § xxxiv. Latinis *casta*. Sed vide an adjectivum *κασσὸς* olim fuerit, unde Romani suum *cassus* acceperint. Ita *Κασσιέπεια*, *eloquentia carens*, *Κασσιόπη*, *voce cassa*, *Κασσάνδρα* et *Κάσσανδρος*, *viro carens*. *Κάσος* nescio quis memoratur apud Pausan. ii. 12. 6, et hæc sine dubio antiquior forma fuit. Cognatum nomen est *Cassius*.

1003. *ἀμηνίτως*. Fiebat scilicet sacrificium *Διῒ κτησίῳ*, cujus favore ac gratia commissum dicit ut captiva eodem loco quo reliqua familia juxta aram consistat. In verbis *πολλῶν μετὰ δούλων* contumeliose innuit se ut servam in domum recipere Cassandram, non ut comitem et hospitem mariti.

1007. *καὶ παῖδα*, *etiam* Alcmenæ filium. *σπείρας ἔτλη* similiter construitur Theb. 751. Notabilis est lectio codicis Florentini,

πραθέντα τλῆναι, καὶ ζυγῶν θιγεῖν βίᾳ.
εἰ δ' οὖν ἀνάγκη τῆσδ' ἐπιῤῥέποι τύχης,
ἀρχαιοπλούτων δεσποτῶν πολλὴ χάρις·
οἳ δ' οὔποτ' ἐλπίσαντες ἤμησαν καλῶς,
ὠμοί τε δούλοις πάντα καὶ παρὰ στάθμην.
ἔχεις, παρ' ἡμῶν οἷάπερ νομίζεται.
ΧΟ. σοί τοι λέγουσα παύεται σαφῆ λόγον.
ἐντὸς δ' ἂν οὖσα μορσίμων ἀγρευμάτων,
πείθοι' ἄν, εἰ πείθοι'· ἀπειθοίης δ' ἴσως.
ΚΛ. ἀλλ' εἴπερ ἐστὶ μή, χελιδόνος δίκην,
ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη,
ἔσω φρενῶν λέγουσα πείθω νιν λόγῳ.

τλῆναι δουλείας μάζης βία, ex quo facile efficitur δουλίαν μᾶζαν βίου. "Sine dubio ista scriptura nihil est nisi veræ lectionis interpretatio, δουλείας μετασχεῖν, vel simili verbo." Herm.

1009. εἰ δ' οὖν. Anglice exprimas, *but if there* SHOULD *befal*. Sic enim sæpius hæ particulæ vertendæ sunt, quæ plerumque construuntur cum optativo. Vide sup. v. 659. Cho. 562. Androm. 163. Pac. 736. Equit. 423. Œd. R. 851. Demosth. p. 1140. 6. Vesp. 92. Soph. El. 576. Rhes. 572.

1010. Confer παλαιόπλουτον Thuc. viii. 28. νεόπλουτος Vesp. 1309. Lysias, p. 156. 51. φαινόμεθα δὴ καὶ τῶν ἀρχαιοπλούτων πολὺ ἐψευσμένοι, καὶ τῶν νεωστὶ παρὰ τὸ εἰκὸς ἐν δόξῃ γεγενημένων. Si necessitas (inquit) serviendi inciderit, longe melius est in domum antiquarum divitiarum devenire. Eandem sententiam ex Aristot. Rhet. ii. 32, contulit Stanleius.

1013. οἷάπερ νομίζεται, "*tenes, quod expectari a nobis potest*," Hermannus, qui post ἔχεις leviter interpungit. Recte, opinor, παρ' ἡμῶν ad νομίζεται pertinere perspexit; nam ἕξεις παρ' ἡμῖν potius dixisset, si voluisset *in hac domo*, sc. apud nos, *tibi contingent*. Audisti, inquit, quonam in loco ac numero te exceptura sit hæc domus, sc. ut servam, non ut domino lecti consortem: vides me nihil tibi concessuram, nisi ut æquo jure ac non nimia severitate inter famulos habearis.

1015. ἐντὸς δ' ἂν οὖσα. Negat Hermannus hæc verba nisi in sententia conditionali stare posse; itaque ipse contrarium ἐκτὸς δ' ἂν οὖσα scripsit. Quid vero est hoc: *si extra retia esses, obsequereris?* Certe non desunt exempla, ubi ἂν initio sententiæ positum mox ad ipsum quo pertinet verbum repetitur, ut supra v. 336.

1016. ἀπειθοίης. Vulgo supplent ἂν e proxima clausula, fortasse recte, ut colligere licet ex Œd. Tyr. 937. ἥδοιο μέν, πῶς δ' οὐκ ἄν, ἀσχάλλοις δ' ἴσως, ubi seorsum infertur particula ad utrumque verbum pertinens. Cf. etiam Equit. 1057. Attici autem cum non videantur dubitavisse etiam sine ἂν usurpare optativum, ut v. 535, rationi consentaneum est vel facilius id fieri sicubi proxime præcessit ea particula. Rem breviter tangit Jelf, Gr. Gr. § 432. 2. Sententia est: fortasse noles obsequi, ut quæ servam te esse non noris.

1019. ἔσω φρενῶν cum πείθω duriuscule conjungit Hermannus: "*dicendo ei persuadeo intus in animo*." Nec rectius, me judice, λέγουσα λόγῳ construit. In ἔσω φρενῶν id tantum offendit, quod ἔσω motum in locum proprie significat. Sed inf. v. 1314. καιρίαν πληγὴν ἔσω aperte contra istam regulam facit; apte etiam contulit Herm. Soph. Phil. 1325. γράφου φρενῶν ἔσω, et Med. 316. ἀλλ' ἔσω φρενῶν ὀρρω-

ΧΟ. ἔπου· τὰ λῷστα τῶν παρεστώτων λέγει.
πείθου, λιποῦσα τόνδ᾽ ἁμαξήρη θρόνον.
ΚΛ. οὔ τοι † θυραίᾳ τῇδ᾽ ἐμοὶ σχολὴ πάρα
τρίβειν· τὰ μὲν γὰρ ἑστίας μεσομφάλου
ἕστηκεν ἤδη μῆλα πρὸς σφαγὰς πυρός,
ὡς οὔποτ᾽ ἐλπίσασι τήνδ᾽ ἕξειν χάριν.
σὺ δ᾽ εἴ τι δράσεις τῶνδε, μὴ σχολὴν τίθει·
εἰ δ᾽ ἀξυνήμων οὖσα μὴ δέχει λόγον,
σὺ δ᾽ ἀντὶ φωνῆς φράζε καρβάνῳ χερί.
ΧΟ. ἑρμηνέως ἔοικεν ἡ ξένη τοροῦ
δεῖσθαι· τρόπος δὲ θηρὸς ὡς νεαιρέτου.
ΚΛ. ἦ μαίνεταί γε καὶ κακῶν κλύει φρενῶν,
ἥτις λιποῦσα μὲν πόλιν νεαίρετον
ἥκει, χαλινὸν δ᾽ οὐκ ἐπίσταται φέρειν
πρὶν αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος.
οὐ μὴν πλέω ῥίψασ᾽ ἀτιμωθήσομαι.
ΧΟ. ἐγὼ δ᾽, ἐποικτείρω γάρ, οὐ θυμώσομαι.

δία μοι. Ac fortasse ne huc quidem confugiendum; qui enim ἔσω φρενῶν λέγει, ita loquitur ut mentem *penetret* oratio. Verum enimvero legendum nunc suspicor ἢ σωφρονεῖν λέγουσα, *certe præcipiens ei modestiam* (sc. v. 1006) *persuadere debeo.* Confer ἦ μαίνεται mox v. 1031. εὖ σωφρονεῖν ante me conjectaverat Conington.

1022. Libri θυραίαν τήνδ᾽ ἐμοί. τῇδ᾽ Herm. Dind. Vulgatum tuentur Scholef. Peile, Klausen. Franz. et Conington. Equidem in hoc hæreo: ut recte dicatur οὐ σχολὴ ἐμοὶ θυραίαν τρίβειν παρὰ τῇδε, non ideo dici posse videtur οὐ σχολὴ θυραίαν ἐμοὶ τρίβειν, *præcedente* accusativo. Nam quis tulerit οὐ σχολὴ (ὥστε ἐμὲ) θυραίαν ἐμοὶ τρίβειν? Itaque θυραίᾳ hodie dedi. Ceterum non malum est quod Hauptius post Bernhardy intelligendum monuit, τρίβειν θυραίαν (τριβήν), ut inf. 1618. ζεύξω βαρείαις. Vide ad Cho. 85.

1023. τὰ μὲν γὰρ Hermanno non articulus, sed pronomen est, *illa.* Homericum usum, ut opinor, hic imitatus est poeta; nec diversa sunt ea loca quæ collegit Linwood ad Œd. Col. 1221. Itaque ἑστίας genitivus est post πυρός. Nam nimis durum est τὰ ἑστίας μῆλα, ut si Latine dixeris *aræ pecudes,* sc. aræ destinatas, quam ut hodie construere velim. Minus recte mihi videtur Jelf, Gr. Gr. § 522. 1, de loco accipere: vide sup. ad v. 948. Nam is usus, qui per se rarissimus est, non nisi ad chorica pertinere solet. Ingeniose Conington, puncto post μεσομφάλου posito, sic vertendum putat: *quod enim attinet ad aram domesticam, jam paratæ sunt victimæ.*

1028. Laudat Blomf. Herod. iv. 113. φωνῆσαι μὲν οὐκ εἶχε, τῇ δὲ χειρὶ ἔφραζε. Gestu simul indicat Clytæmnestra, signum manu dandum esse.

1032. Attendant tirones ad μὲν et δέ: quæ captiva quidem est, nec tamen jugum ferre didicit priusquam experiendo assuescat. ἐξαφρίζεσθαι ductum est a domandis equuleis, quorum ora lupatis lacerantur. Antig. 960. οὕτω τᾶς μανίας δεινὸν ἀποστάζει ἀνθηρόν τε μένος. Elegans allusio ad instantem puellæ cædem, quam primo ejus aspectu conceperat Clytæmnestra.

ἴθ', ὦ τάλαινα, τόνδ' ἐρημώσασ' ὄχον,
εἴκουσ' ἀνάγκῃ τῇδε καίνισον ζυγόν.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ὀτοτοτοῖ, πόποι, δᾶ. στρ. α΄.
ὦ 'πολλον, ὦ 'πολλον.
ΧΟ. τί ταῦτ' ἀνωτότυξας ἀμφὶ Λοξίου;
οὐ γὰρ τοιοῦτος ὥστε θρηνητοῦ τυχεῖν.
ΚΑ. ὀτοτοτοῖ, πόποι, δᾶ. ἀντ. α΄.
ὦ 'πολλον, ὦ 'πολλον.
ΧΟ. ἥδ' αὖτε δυσφημοῦσα τὸν θεὸν καλεῖ,
οὐδὲν προσήκοντ' ἐν γόοις παραστατεῖν.
ΚΑ. 'Απόλλων, 'Απόλλων στρ. β΄.
ἀγυιᾶτ', ἀπόλλων ἐμός·
ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον.
ΧΟ. χρήσειν ἔοικεν ἀμφὶ τῶν αὑτῆς κακῶν.
μένει τὸ θεῖον δουλίᾳ παρὸν φρενί.
ΚΑ. 'Απόλλων, 'Απόλλων ἀντ. β΄.
ἀγυιᾶτ', ἀπόλλων ἐμός.
ἆ ποῖ ποτ' ἤγαγές με; πρὸς ποίαν στέγην;
ΧΟ. πρὸς τὴν 'Ατρειδῶν· εἰ σὺ μὴ τόδ' ἐννοεῖς,
ἐγὼ λέγω σοι· καὶ τάδ' οὐκ ἐρεῖς ψύθη.

1038. *καίνισον ζυγόν*, novum jugum patere tibi imponi: *handsel the yoke*. Cf. Cho. 483. Troad. 889.

1046. Deus lætitiæ et hilaritatis, Φοῖβος, nihil habet commune cum lamentationibus. Vide Eur. Ion. 639. 245, et cf. Vesp. 392. Müller. Dor. i. p. 324. De etymologia vocis 'Απόλλων vide ibid. pp. 317. 323. 'Αγυιεὺς p. 321.

1047. Libri ῎Απολλον bis, ut et inf. 1052. Nominativum recte videtur restituisse Hermannus. Sed non ausus sum, quod ille fecit, etiam v. 1044 mutare, cum propter præfixum ὦ, et quod non ibi sequitur *ἀπόλλων ἐμός*.

1051. *παρ' ἓν* vel *παρὲν* libri. *παρὸν* Farn., et sic Herm., qui in eo participio *nunc quoque* latere recte monet. Alii *δουλίᾳ περ ἐν φρενί*.

1054. Invocat deum hoc cognomento cum videt aram ejus ante fores stantem; quæ vocabatur *ἀγυιεὺς*, teste Harpocrat. aliisque grammaticis, quos vide ad Soph. frag. 340. ed. Dind., et in Bl. Gloss. In *ἤγαγες* respicit nomen 'Αγυιεὺς, quasi ab *ἄγω* formatum. Vide ad Suppl. 208. Similis lusus in nomine Apollinis legitur in Eur. Phaethont. frag. 2. 11. Hodie creditur fuisse *ἀπέλλων*, *defensor*; cf. ῞Ελλην, et *ἀπέλλητος* Æsch. frag. 426. Hinc, ut conjicere licet, derivatum est Latinum *pello*. Ad eandem originem referendum etiam pictoris nomen 'Απελλῆς.

ΚΑ. ἆ ἆ, στρ. γ'.
μισόθεον μὲν οὖν· πολλὰ συνίστορα
αὐτοφόνα κακὰ καὶ ἀρτάναι·
† ἀνδροσφαγεῖον καὶ πέδου ῥαντήριον—
ΧΟ. ἔοικεν εὔρις ἡ ξένη, κυνὸς δίκην,
εἶναι· ματεύει δ' ὧν ἀνευρήσει φόνον.
ΚΑ. ἆ ἆ, ἀντ. γ'.
μαρτυρίοισι γὰρ τοῖσδ' ἐπιπείθομαι,—
κλαιόμενα τάδε βρέφη σφαγὰς
ὀπτάς τε σάρκας πρὸς πατρὸς βεβρωμένας.
ΧΟ. ἦ μὴν κλέος σοῦ μαντικὸν πεπυσμένοι
ἦμεν· προφήτας δ' οὔτινας μαστεύομεν.
ΚΑ. ἰώ, πόποι, τί ποτε μήδεται; στρ. δ'.

1059. *κακὰ καρτάναι* libri. *κακὰ κάκ', ἀρτάνας* Dind., qui confert *μέγα μέγ'* v. 1070. *αὐτόφονά τε κακὰ κἀρτάνας* Herm. Nescio an verum sit *καὶ ἀρτάναι* solute, ut Eum. 992. Cho. 365. Pers. 39. 52.—*συνίστορα*, *conscia sunt*, sc. hanc domum esse *μισόθεον*.

1060. *ἀνδροσφαγεῖον* Dobræus pro *ἀνδρὸς σφάγιον*. Confer Bekk. Anecd. i. p. 28. *ἀνδροκτονεῖον· ὁ τόπος ἔνθα οἱ ἄνθρωποι ἀποθνήσκουσι.*—*ἀνδρὸς σφαγεῖον* Hermannus cum plerisque, sed ut adjectivum sit, et ad *στεγὴν* referatur. Proprie autem *σφαγεῖον* est vas ad excipiendum victimæ sanguinem, quod hic minus aptum est.—*πέδον ῥαντήριον* vulgo vertunt *solum conspersum;* fere ut *σωτήριος* passive ponitur sup. 629. Œd. Col. 487. *θρεπτήριος nutritus* Cho. 6. *πεδορραντήριον* Dind., non improbante Hermanno; et sic in Med. a prima manu scriptum fuisse testatur. Sed est mire compositum. *πέδοι* Herm., ut *σφαγεῖον καὶ ῥαντήριον ἀνδρὸς* sit *viri sanguinem humi profundens*. Quo nihil durius esse potest. Audacius etiam Franz. *ἀνδροσφάγ' ἰὸν γαπέδον ῥαντήριον*. Olim ego dictum putabam pro *πέδον ἀπορραντηρίου*, sc. loci ubi servabatur aqua ad conspergendam victimam, vel ad lustrationem adhibita. Eur. Ion. 435. *ἐλθὼν εἰς ἀπορραντήριον δρόσον καθήσω*, ubi istud *εἰς* ostendit non *vas* sed *locum* sic nominari. Nunc vero *πέδου ῥαντήριον* legendum cum Pearsono puto, ut *γυναικὸς λυμαντήριος* inf. 1413. *μύθου θελκτήριος* Suppl. 442, sc. *solum conspergentem*. Ad *στέγην* refertur v. 1054. Sic *τύχη πρακτήριος* Suppl. 517. Vide ad Theb. 1035. Frustra, opinor, contendit Hermannus non recte hoc dici nisi addito *αἵματι*, quod vel in præcedentibus latet.

1062. Libri *ὧν ἂν εὑρήσῃ*, solœce, cum aoristum non *εὕρησα* sed *εὗρον* fuerit Æschyli saltem ætate.

1064. Hoc versu breviter et raptim respondet Cassandra chori interpellationi v. 1061. Structura continuatur a v. 1060, si structura est, ubi cuncta turbatæ mentis trepidationem consulto indicant. Sed similis locus est Œd. Tyr. 1128—30. Bene Hermannus: "ut *κλαίεσθαι* non sit *deflere*, sed *flentem esse*, quod alio verbo *δακρυρροεῖν* vocatur, tamen vel sic accusativus ei adjungi potuit."

1067. *ἦ μὴν* Med. *ἦμεν* reliqui. Rarior hic usus pro *sane*, *profecto;* nam *ἦ μὴν* vel minandi formula est, ut Prom. 174. 928, vel significat *nihilominus*, ut ibid. 73. In proximo versu *ᾔσμεν* Pors. Blomf. Herm. Dind.

τί τόδε νέον ἄχος μέγα;
μέγ' ἐν δόμοισι τοῖσδε μήδεται κακὸν,
ἄφερτον φίλοισιν, δυσίατον· ἀλκὰ δ'
ἑκὰς ἀποστατεῖ.
ΧΟ. τούτων ἄιδρίς εἰμι τῶν μαντευμάτων·
ἐκεῖνα δ' ἔγνων· πᾶσα γὰρ πόλις βοᾷ.
ΚΑ. ἰὼ, τάλαινα, τόδε γὰρ τελεῖς, ἀντ. δ'.
τὸν ὁμοδέμνιον πόσιν
λουτροῖσι φαιδρύνασα—πῶς φράσω τέλος;
τάχος γὰρ τόδ' ἔσται. προτείνει δὲ χεὶρ ἐκ
χερὸς †ὀρέγματα.
ΧΟ. οὔπω ξυνῆκα· νῦν γὰρ ἐξ αἰνιγμάτων
ἐπαργέμοισι θεσφάτοις ἀμηχανῶ.
ΚΑ. ἓ ἕ, παπαῖ, παπαῖ, τί τόδε φαίνεται; στρ. ε'.
ἦ δίκτυόν τί γ' Ἅιδου;
ἀλλ' ἄρκυς ἡ ξύνευνος, ἡ ξυναιτία
φόνου. στάσις δ' ἀκόρετος γένει
κατολολυξάτω θύματος λευσίμου.
ΧΟ. ποίαν Ἐρινὺν τήνδε δώμασιν κέλει στρ. ϛ'.
ἐπορθιάζειν; οὔ με φαιδρύνει λόγος.

1072. Metrum bacchiacum est, ut Prom. 115. Theb. 101. Male Blomf. pro dochmiaco hypercatalectico accepit.—ἀλκὰ, sc. Orestes.

1078. φαιδρύνασα, non φαιδρύνουσα, dicit, quia mactatus est Agamemno quum lotus balneo jam exiret. Eum. 603.

1080. ὀρεγομένα vulgo. ὀρεγμένα Flor. Farn., unde ὀρέγματα Herm. Cf. Cho. 418. Schol. διαδέχονται ἀλλήλους τοῖς ὀρέγμασι τῶν χειρῶν Αἴγισθος καὶ Κλυταιμνήστρα. Imo de sola Clytæmnestra dicitur.

1081. ἐξ αἰνιγμάτων, *post ambages*. Agamemnonis fatum primum per ambages (1058—67), nunc per vaticinia haud minus ambigua significat.

1084. Particulam γε exclusit Dind., nescio an recte. Vide ad Suppl. 301.

1086. στάσις. Schol. Med. ἡ στάσις, φησὶν, ἐπολολύξαι μέλλει ἐπὶ τῷ λεωργῷ Κλυταιμνήστρᾳ, ἡνίκα ἀπόληται. Furiarum cœtus intelligunt, propter sequens Ἐρινύν. Confer Cho. 106.—ἀκόρετος γένει, cujus in domum Atridarum inexpleta est vindicta: quam satias non capit quin certam domum semper insectetur, et cladibus exhauriat. Libri autem et hic et infra v. 1112. ἀκόρεστος, solemni errore.

1087. θύματος λευσίμου pendet a κατὰ in κατολολυξάτω. Confer Cho. 928. Loquitur autem de cæde Agamemnonis, lapidatione postea expianda: vide inf. v. 1594.—κατολολυξάτ' ὦ Meineke, Frag. Com. Græc. iv. p. 535, sed recte se habent vulgata. γένει κατολολυξάτω qui jungere malunt, his respondere putabunt quæ proxime sequuntur δώμασιν ἐπορθιάζειν.

ἐπὶ δὲ καρδίαν ἔδραμε κροκοβαφὴς
σταγὼν, ἅτε †καιρία πτώσιμος
ξυνανύτει βίου δύντος αὐγαῖς.
ταχεῖα δ' ἄτα πέλει.
ΚΑ. ἆ ἆ, ἰδοὺ, ἰδού· ἄπεχε τῆς βοὸς — ἀντ. ε.
τὸν ταῦρον· ἐν πέπλοισιν
μελαγκέρῳ λαβοῦσα μηχανήματι
τύπτει· πίτνει δ' †ἐν† ἐνύδρῳ τεύχει.
δολοφόνου λέβητος τύχαν σοι λέγω.
ΧΟ. οὐ κομπάσαιμ' ἂν θεσφάτων γνώμων ἄκρος — ἀντ. ϛ'.
εἶναι· κακῷ δέ τῳ προσεικάζω τάδε.
ἀπὸ δὲ θεσφάτων τίς ἀγαθὰ φάτις
βροτοῖς στέλλεται; κακῶν γὰρ διαὶ
πολυεπεῖς τέχναι θεσπιῳδὸν
φόβον φέρουσιν μαθεῖν.
ΚΑ. ἰὼ, ἰὼ, ταλαίνας κακόποτμοι τύχαι· — στρ. ζ'.
τὸ γὰρ ἐμὸν †θροεῖς πάθος †ἐπεγχέας.

1090. *κροκοβαφὴς σταγὼν* est sanguinis gutta, quæ in cor præ timore congesta pallidam faciem relinquit. Sequentia corrupte in libris leguntur. *καὶ διρία πτώσιμος* Rob. *δορία* Med. *δωρία* Ven. Flor. Farn. Præclaram Dindorfii emendationem *καιρία* non commemoravit inter alias Hermannus, ipse suum *γᾷ δορὶ πτώσιμος* sic interpretatus: "*tangit cor meum purpurea gutta, quæ ferro humi profusa cum occidentis vitæ lumine finiet.*" *καιρία πτώσιμος* verte, *ex fatali vulnere deficiens;* et vide quæ de v. *καιρὸς* annotata sunt in Append. D. ad Suppl. (ed. 2.)

1096. Variant libri inter *μελαγκέρῳ* vel *—ωι*, et *—ων*. Hermannus: "Quoniam tauri et vaccæ appellatione usa erat, transfert cornua ad id de quo proprie dici non potuerunt, non tamen ut solam vestem, qua obvolutus est Agamemno, sed ut universum occidendi modum designet: quare *μηχανήματι* dicit, quasi nigris cornibus, sic ictibus ferri peti illum indicans." *μελάγκερων μηχάνημα* est *cornu*, ut *ἰχθυβόλος μηχανὴ* est *tridens*, Theb. 122. Vulgo autem *μελάγκερων*, i. e. ipsum taurum nigris cornibus insignem. Nudum istud *μηχανήματι τύπτει* nunc sentio nullo modo defendi posse.

1097. *ἐν* addidit Schützius. *κύτει* pro *τεύχει* ob metrum Blomf. et Herm.

1102. *τέλλεται* Herm., recte fortasse. *διὰ κακῶν*, ut Trach. 1131. *τέρας τοι διὰ κακῶν ἐθέσπισας*, sc. mala proferendo. Tum *θεσπιῳδοὶ* Herm. Dind. Sed *φόβον* postulat sibi adjectivum, et sententia eadem fere est, sc. *φόβον ἀπὸ θεσφάτων*.

1106. Libri *θροῶ* et *ἐπεγχέασα*, quod cum v. antistrophico non congruit. Verissime Franz. *ἐπεγχέας*, bene etiam *θροεῖ*, nisi quod probabilius Hermannus, qui in eandem conjecturam incidit, *θροεῖς*. Nam hæc verba ad chorum dicta sunt: meam enim sortem infelicem prædicas, cum de malis ex vaticinandi arte ortis ita loqueris. Legitur quidem *θροεῖσθαι* media voce Eum. 486, sed *θροεῖς* mox 1110.

ποῖ δή με δεῦρο τὴν τάλαιναν ἤγαγες
οὐδέν ποτ' εἰ μὴ ξυνθανουμένην; τί γάρ;
ΧΟ. φρενομανής τις εἶ θεοφόρητος, ἀμ- στρ. ή.
φὶ δ' αὑτᾶς θροεῖς
νόμον ἄνομον, οἷά τις ξουθὰ
ἀκόρετος βοᾶς, φεῦ ταλαίναις φρεσὶν
Ἴτυν Ἴτυν στένουσ' ἀμφιθαλῆ κακοῖς
ἀηδὼν βίον.
ΚΑ. ἰὼ, ἰὼ, λιγείας μόρον ἀηδόνος· ἀντ. ζ'.
† περίβαλον γάρ οἱ πτεροφόρον δέμας

1107. ἤγαγεν Hermannus, ut ad Agamemnonem referatur, non ad Apollinem, propter ξυνθανουμένην in v. sequente. ἤγαγες, collato v. 1054, de Apolline dictum videri potest; sed si quis ξυνθανουμένην *ut simul cum viro moriar* intelligere nolet, facillime supplebit ὦ Ἀγάμεμνον. Minus recte interrogandi notam post ἤγαγες vulgo ponunt, quasi responsum esset in οὐδέν ποτ' εἰ μὴ κ.τ.λ. Imo sic accipe: ποῖ δή με ἤγαγες οὐδέν ποτ' ἄλλο πεισομένην ἢ ξυνθανουμένην;—τί γάρ; sc. τί γὰρ ἄλλο; Monuit Schol. Med.

1111. ξουθὸς plerumque redditur *fuscus* (*brown*). Dubium est an rectius alii de arguto volandi strepitu accipiant, ut in ξουθὴ μέλισσα, ξουθοὶ ἄνεμοι, ξουθὰ λαλεῖν ap. Bl. Gloss. Quod si verum est, a ξέω formatum videtur, eum stridorem significans quæ a radendo editur. Nam altera forma ξύω ad ξούω, ξοέω, ξόω referendum est: confer ξόανον, εὔξοος. Hom. Hymn. ad Diosc. 12. οἱ δ' ἐξαπίνης ἐφάνησαν, ξουθῇσι πτερύγεσσι δι' αἰθέρος ἀΐξαντες. De lusciniis et apibus plerumque dicitur, quanquam sensu incerto, atque eo magis quod nec sonus nec color utrique consimilis est. ξουθόπτερος μέλισσα (Herc. Fur. 487. Frag. Cress. xiii.) ad sonum potius referendum est, quia ut corporis color apibus fuscus sit, alæ saltem lucidæ sunt; alis autem efficitur sonus. Jam luscinia διὰ ξουθῶν γενύων ἐλελιζομένα aptius de voce accipitur, quia non fusco, sed canoro gutture notabilis est avis. Contra autem de colore dictum putant Blomf. et Müller. Dor. i. p. 267, qui idem quod ξανθὸς valere docet. Et profecto Xuthus, Ionis pater, Æoli filius, Dorici Apollinis cognomen fuit, idemque fortasse valebat quod ξανθὸς θεός. (*New Cratylus*, § 97.) Photius etiam inter alia interpretamenta vocis ξουθὸν recenset ξανθόν. Vox est sine dubio antiquissima, quam ex tradito usu sumebant poetæ, fortasse ipsi parum compertum habentes quisnam primarius fuisset ejus sensus.

1112. ταλαίναις in Med. a prima manu scriptum videri testatur Herm. Vulgo ταλαίνας. φιλοίκτοις ante ταλαίνας agnoscunt Ven. Flor., et omisso ταλαίνας Farn. Recepit Hermannus, qui ὁμοῦ στένουσ' ὀρθίοις ἐν νόμοις scripsit in antistrophico v. 1122. Idem ingeniose monuit verba Ἴτυν Ἴτυν imitationem esse vocis lusciniæ, atque ideo arcte cum στένουσα construenda. βίον *per vitam* vulgo interpretantur.

1116. περεβάλοντο γάρ οἱ Med., et sic fere libri, variata scriptura inter περιβ— et περεβ—. περιβαλόντες γάρ οἱ Flor. Ven. Farn., unde περιβαλόντες οἱ πτεροφόρον δέμας γὰρ dedit Peile. περεβάλοντό οἱ Hermannus, qui mediam vocem intelligit *curarunt ut vestiretur plumis*. At περιβαλέσθαι est *induere*, περιβαλεῖν *circumdare;* quare ego quidem non dubitavi cum Blomf. et Franz. activam formam restituere. περέβαλον Æschylo posterius fuisse credo.—Ceterum lacrymosa lusciniæ vita suavissime dicitur γλυκὺς αἰὼν ἄτερ κλαυ-

θεοί, γλυκύν τ' αἰῶνα κλαυμάτων ἄτερ·
ἐμοὶ δὲ μίμνει σχισμὸς ἀμφήκει δορί.
ΧΟ. πόθεν ἐπισσύτους θεοφόρους τ' ἔχεις ἀντ. η'.
ματαίους δύας,
τὰ δ' ἐπίφοβα δυσφάτῳ κλαγγᾷ
μελοτυπεῖς, ὁμοῦ τ' ὀρθίοις ἐν νόμοις;
πόθεν ὅρους ἔχεις θεσπεσίας ὁδοῦ
κακορρήμονας;
ΚΑ. ἰὼ γάμοι, γάμοι στρ. θ'.
Πάριδος, ὀλέθριοι φίλων.
ἰὼ Σκαμάνδρου πάτριον ποτόν·
τότε μὲν ἀμφὶ σὰς ἀϊόνας τάλαιν'
ἠνυτόμαν τροφαῖς·
νῦν δ' ἀμφὶ Κωκυτόν τε κἀχερουσίους
ὄχθους ἔοικα θεσπιῳδήσειν τάχα.
ΧΟ. τί τόδε τορὸν ἄγαν ἔπος ἐφημίσω; στρ. ι'.
νεογνὸς ἀνθρώπων μάθοι.
πέπληγμαι δ' ὑπαὶ δήγματι φοινίῳ,

μάτων, quia in avem mutata mulier Ityn gemit sine ulla conscientia præteritorum malorum, quod bene monuit K. Talis mutatio non manet Cassandram, sed crudelissima cædes ferro confecta.

1119. Particulam τε malim omissam, ut πόθεν ἐπισσύτους cohæreat: *unde irruentem habes divinandi furorem?* Omisit etiam, quod serus video, Hermannus.

1123. ὅρους θεσπεσίας ὁδοῦ, *fines vaticinationis* (viæ vaticinandi), satis mira periphrasis est. λογίων ὁδὸν Equit. 1015. θεσφάτων ὁδὸν Phœn. 911.

1128. τότε, *olim*, Cho. 962. ἠνυτόμην, ηὐξόμην, Schol.

1132. Cum diserte dicit Cassandra se mox apud Cocytum oracula edituram, tunc demum intelligit chorus, qui adhuc obstupuit, delirare putans vatem tanta miracula profundentem. Interrogandi signum in fine versus a Blomf. positum sustulit Hermannus, ut τί pendeat a μάθοι, et ὅτι valeat, scilicet ut Soph. Ajac. 794. ὥστε μ' ὠδίνειν τί φῄς. At aliud, opinor, esset τί φῂς ὠδίνω, debebatque vir doctissimus exemplum pronominis τί pro ὅτι initio sententiæ usurpati proferre: altero enim nihil vulgarius.

1133. ἂν post νεογνὸς inferciunt quidam, de structura optativi magis quam de metro soliciti. Vide ad v. 342. 535. Probabiliter Franz. νεογνὸς ἂν βροτῶν μάθοι. —κλύων μάθοι Dind.—καὶ παῖς νεογνὸς ἂν μάθοι Herm.

1134. ὅπως δάκει φοινίῳ Hermannus, qui cum dubitare se dicit an recte dicatur πέπληγμαι ὑπαὶ δάκει, non videtur meminisse ὑπαὶ ῥιπαῖς ἐξηγειρόμην supr. 865. Ego contra quæro an Græcum sit πέπληγμαι δάκει, cum δάκος non *morsum* sed *bestiam* significat. Sed fac istius usus non deesse exempla: num recte etiam additur accusativus μινυρὰ φοβερόθροα, ex eodem verbo πέπληγμαι aptus, sed prorsus alium significatum, sc. ἐκπέπληγμαι, φοβοῦμαι, induto? Sic enim magnus ille criticus

δυσαλγεῖ τύχᾳ μινυρὰ θρεομένας,
θαύματ' ἐμοὶ κλύειν.
ΚΑ. ἰὼ πόνοι, πόνοι ἀντ. θʹ.
πόλεος ὀλομένας τὸ πᾶν.
ἰὼ πρόπυργοι θυσίαι πατρὸς,
πολυκανεῖς βοτῶν ποιονόμων. ἄκος δ'
οὐδὲν ἐπήρκεσαν,
τὸ μὴ πόλιν μὲν, ὥσπερ οὖν ἔχει, παθεῖν.
ἐγὼ δὲ θερμόνους τάχ' ἐν πέδῳ βαλῶ.
ΧΟ. ἑπόμενα προτέροις τάδ' † ἐπεφημίσω. ἀντ. ι.
καί τίς σε κακοφρονῶν τίθη-
σι δαίμων, † ὕπερθεν βαρὺς ἐμπίτνων,
μελίζειν πάθη γοερὰ θανατοφόρα·
τέρμα δ' ἀμηχανῶ.
ΚΑ. καὶ μὴν ὁ χρησμὸς οὐκέτ' ἐκ καλυμμάτων
ἔσται δεδορκὼς, νεογάμου νύμφης δίκην·
λαμπρὸς δ' ἔοικεν ἡλίου πρὸς ἀντολὰς

labanti antistrophæ metro succurrendum putavit.

1136. *θραύματ'* vulgo. *θαύματ'* Farn., et sic Dind. Franz. Herm. Frequens est corruptio, ut *κάτοπτρον* pro *κατοπτὸν* v. 297.

1141. *ἐπήρκεσαν*, *suppeditarunt*, ut Pind. Nem. vi. 63. *ἐπήρκεσεν* Blomf. Dind. sine causa.—*τὸ μὴ*, non *τὸ μὴ οὐ*, hic prætulit, ut Theb. 866. *δόλος οὐδεὶς μὴ 'κ φρενὸς ὀρθῶς με λιγαίνειν*.

1143. *θερμὸν οὖς* ex Canteri conjectura recepit Hermannus. Nollem factum; nam ut dura sit ellipsis pronominis *ἐμαυτὴν*, alterum illud plane inauditum, ut furore correpta mulier se *fervidam aurem mox humi projecturam* dicat. Imo et *βάλλειν*, et sæpius etiam *ῥίπτειν*, *ἰάπτειν*, *ἱέναι*, sic absolute usurpari extra dubitationem positum videtur. Notum est comicorum *βάλλ' ἐς κόρακας*. Cf. Eur. Cycl. 574. Vesp. 227. Cho. 565. Monk. ad Alcest. 922. Non multum moror, quod desiderat Hermannus *ἐγὼ ἡ θερμόνους*.

1144. Libri *τάδ' ἐφημίσω*, laborante metro, quod parum numerose suffulciunt corrigendo vel *προτέροισι* vel *τάδε γ'*. Mihi probabilius visum est *τάδ' ἐπεφημίσω*, non modo quod *ἐπὶ* hic multum facit ad sententiam, sed quod *τάδε πεφημίσω* scriptum non potuit librarius non mutare in *ἐφημίσω*.

1146. Libri *ὑπερβαρὴς*, quod strophico non respondet. *ὑπέρφευ βαρὺς* Franz. Equidem dedi *ὕπερθεν βαρὺς*, h. e. *desuper gravis insiliens*, ut Eum. 347. *ἀνέκαθεν βαρυπεσής*. Pers. 518. *ὡς ἄγαν βαρὺς ποδοῖν ἐνήλλου*. De forma *ὑπερβαρὴς* dubitat Blomf., sed sine causa, ut Hermanno videtur. Confer *ὑπερβαρέω*.

1149. *καὶ μὴν*, Angl. *well then*, sc. *εἰ τέρμα ἀμηχανεῖς, ὡς φῄς*.—*ἔσται δεδορκὼς*, oculos habebit et prospiciet non jam ex velamine sc. flammeolo. Vide Cho. 829. Sic nuptura Iphigenia dicitur *λεπτῶν ὄμμα διὰ καλυμμάτων ἔχουσα*, Iph. Taur. 372.

1151. Imago petita videtur a vento, qui ab occidente spirans undas contra surgentem solem tumescere facit. Clarum, inquit, jam inferendum erit vaticinium (sc.

πνέων ἐσῄξειν, ὥστε κύματος δίκην
†κλύζειν πρὸς αὐγὰς τοῦδε πήματος πολὺ
μεῖζον· φρενώσω δ' οὐκέτ' ἐξ αἰνιγμάτων.
καὶ μαρτυρεῖτε συνδρόμως ἴχνος κακῶν
ῥινηλατούσῃ τῶν πάλαι πεπραγμένων.
τὴν γὰρ στέγην τήνδ' οὔποτ' ἐκλείπει χορὸς
ξύμφθογγος, οὐκ εὔφωνος· οὐ γὰρ εὖ λέγει.
καὶ μὴν πεπωκώς γ', ὡς θρασύνεσθαι πλέον,
βρότειον αἷμα, κῶμος ἐν δόμοις μένει,
δύσπεμπτος ἔξω, ξυγγόνων Ἐρινύων.
ὑμνοῦσι δ' ὕμνον δώμασιν προσήμεναι,
πρώταρχον ἄτην· ἐν μέρει δ' ἀπέπτυσαν

si intelligere non potes quid dicam), ita ut majus etiam malum appareat. Etenim antea suam et Agamemnonis cædem vaticinata cum frustra chorum de imminente malo monuisset, nunc de se minus solicita id solum efficere studet ut regis fatum apertius etiam, quanquam ne sic quidem nisi admodum ambigue, significet. Nam nonvult diserte dicere, quod tamen ad extremum cogitur quodammodo declarare, *Ἀγαμέμνονός σέ φημ' ἐπόψεσθαι μόρον*, v. 1217. Itaque in *τοῦδε πήματος μεῖζον* cædem Agamemnonis sua ipsius graviorem innuit.

1153. *κλύζειν* Auratus pro *κλύειν*.—*πρὸς ἀγὰς* Franz. male, nam et *λαμπρὸς* et *αὐγὰς* spectant ad perspicuitatem qua pro ambagibus jam usura est Cassandra. Idem frustra *ἐσᾄξειν* cum Bothio.

1156. Legendum fortasse *ῥινηλατοῦσαι*, quo nescio an ducat etiam librorum lectio *ῥινηλατούσῃ* (sic). Similiter enim omnes libri *ὀλέσθῃ* pro *ὀλέσθαι* inf. 1580.

1158. *οὐ γὰρ εὖ λέγει.* Nam nihil fausti decantat, ut chorum decet.—*σύμφθογγος οὐκ εὔφωνος* Hermannus, deleto puncto inter has voces, ut sit *consonus malis vocibus.* Quo commento, me quidem judice, facile carere possumus. Ceterum *ἐκλείπει*, quod ego quidem male olim pro *ἐκλείψει* accipiebam, non est pars vaticinii, sed pestem narrat familiæ inhærentem, et jam eo ipso tempore quasi intra domum bacchantem (v. 1160), si forte apertius fiat choro jam in eo esse ut alia cædes perpetretur. Omnino magnifica est hujus loci oratio, et summum magni poetæ ingenium in eo cernitur, ut quasi per gradus quosdam ad simplicem rei veritatem cognoscendam chorum ducat Cassandra.

1159. Optime explicatur hic locus in *Theatre of the Greeks* (p. 51. ed. 5). Vidit editor ejus doctissimus respici ad *κώμους*, sc. comessantium cœtus, qui post cœnam ebrii exire solebant ut plateas obambularent. Hic igitur cœtus Furiarum, quanquam humano sanguine, ceu vino, satiatus, domi manet, nec vult foras dimitti, unde *δύσπεμπτος* vocatur. Comparari potest Eur. Androm. 602. *ἥτις ἐκ δόμων τὸν σὸν λιποῦσα φίλιον ἐξεκώμασε νεανίου μετ' ἀνδρός.* "Comissantes autem hilariter canebant, ideoque Furiæ *ὑμνοῦσιν ὕμνον.*" Blomf. Hic vero non foris, sed *δώμασιν προσήμεναι.*

1163. *ἐν μέρει*, utpote *χορὸς*, v. 1157, qui se in canendo invicem excipiunt.—*εὐνὰς ἀδελφοῦ*, sc. Atrei, *δυσμενεῖς τῷ πατοῦντι*, Thyestæ, qui ejus jura adulterio violaverat, infestas. Atreus enim Thyestæ nefandas epulas paravit, quod describitur inf. 1568 seq., et iniquissimam illam ultionem *detestantur* Furiæ, sc. *τὸ τὰς εὐνὰς δυσμενεῖς γεγονέναι.*

εὐνὰς ἀδελφοῦ τῷ πατοῦντι δυσμενεῖς.
ἥμαρτον, ἢ † κυρῶ τι τοξότης τις ὥς;
ἢ ψευδόμαντίς εἰμι θυροκόπος φλέδων;
ἐκμαρτύρησον προὐμόσας τὸ † μὴ εἰδέναι
λόγῳ παλαιὰς τῶνδ' ἁμαρτίας δόμων.
ΧΟ. καὶ πῶς ἂν ὅρκος, πῆγμα γενναίως παγὲν,
παιώνιον γένοιτο; θαυμάζω δέ σου,
πόντου πέραν τραφεῖσαν ἀλλόθρουν πόλιν
κυρεῖν λέγουσαν, ὥσπερ εἰ παρεστάτεις.
ΚΑ. μάντις μ' Ἀπόλλων τῷδ' ἐπέστησεν τέλει.
ΧΟ. μῶν καὶ θεός περ ἱμέρῳ πεπληγμένος;
ΚΑ. προτοῦ μὲν αἰδὼς ἦν ἐμοὶ λέγειν τάδε.
ΧΟ. ἁβρύνεται γὰρ πᾶς τις εὖ πράσσων πλέον.
ΚΑ. ἀλλ' ἦν παλαιστὴς κάρτ' ἐμοὶ πνέων χάριν.
ΧΟ. ἦ καὶ τέκνων εἰς ἔργον ἠλθέτην νόμῳ;

1165. θηρῶ Canterus pro τηρῶ, et sic Herm. Mihi probabilius videtur κυρῶ, quod edidit Franz. ex conject. H. L. Ahrens.

1167. τὸ μὴ εἰδέναι λόγῳ, *non ex rumore tantummodo scire.* Sic legendum cum Dobræo censuit Herm. pro vulg. τό μ' εἰδέναι λόγῳ, nec dubito quin verissime. "Verbum ἐκμαρτύρησον, quod proprie de testimonio absentis dicitur, sic accipiendum est ut sit *de absente, quum mortua ero, testare.* Προὐμόσας autem dicit, quia nunc jurare, antequam eveniant vaticinia sua, jubet." λόγῳ παλαιὰς jungenda putat Donaldson, *New Cratylus*, p. 495 (ed. 2), qui vix recte contulit Œd. Tyr. 1395.

1169. ὅρκου πῆγμα Auratus, quem sequuntur Blomf. Dind. Franz., non item Herm. Probabile est, sed non necessarium, παιώνιος. Cf. Eur. Alcest. 355. ἡδὺ γὰρ φίλος κἂν νυκτὶ λεύσσειν. Simillime autem dixit Euripides, Iph. Aul. 395. τοὺς κακῶς παγέντας ὅρκους. Sensus est: at nihil profuerit jusjurandum vel validissime et sanctissime pactum. καὶ πῶς ἂν *utinam* vertunt Donaldson et Herm. Quod construendum putat Conington, καὶ πῶς ἂν ὅρκος παιώνιος γένοιτο πῆμα γενναίως παγὲν, *mederi possit injuriæ domibus infixæ*, id Æschyleam syntaxin nequaquam sapit, nec bene Græcum esse credo.

1171. Miror te tam recte dicere de fortuna urbis Argivæ, tanquam ipsa iis rebus interfuisses, cum sis Trojana mulier.

1176. Solent homines, cum prospera fortuna utuntur, fastidiosiores esse; Angl. *to be more particular; to feel more delicacy.* Perperam K. "omnibus juvatur deliciis, magis etiam quam quod justum est." Nam ἁβρύνεσθαι valet τρυφᾶν, θρύπτεσθαι.

1177. παλαιστὴς, *amator*, Theocr. vii. 125, ubi vide interpp. *At ille urgebat* vertit Hermannus, quod eodem fere redit. De verbo πνεῖν, quod proprium amantibus fuit, vide ad Suppl. 17.

1178. ἠλθέτην Elmsl. Blomf. Herm.—νόμῳ, *legitimo connubio*, h. e. τοῦ παιδοποιεῖσθαι χάριν, quod probat etiam τέκνων εἰς ἔργον. Herc. Fur. 1316. οὐ λέκτρα τ' ἀλλήλοισιν, ὧν οὐδεὶς νόμος, ξυνῆψαν; Minus apte, meo quidem judicio, contulit Herm. Il. ix. 133. ἣ θέμις ἀνθρώπων πέλει, ἀνδρῶν ἠδὲ γυναικῶν, quod simpliciter valet *ut mos est hominibus.*

ΚΑ. ξυναινέσασα Λοξίαν ἐψευσάμην.
ΧΟ. ἤδη τέχναισιν ἐνθέοις ᾑρημένη;
ΚΑ. ἤδη πολίταις πάντ' ἐθέσπιζον πάθη.
ΧΟ. πῶς δῆτ' †ἄνατος ἦσθα Λοξίου κότῳ;
ΚΑ. ἔπειθον οὐδέν' οὐδὲν, ὡς τάδ' ἤμπλακον.
ΧΟ. ἡμῖν γε μὲν δὴ πιστὰ θεσπίζειν δοκεῖς.
ΚΑ. ἰοῦ ἰοῦ, ὢ ὢ κακά.
ὑπ' αὖ με δεινὸς ὀρθομαντείας πόνος
στροβεῖ, ταράσσων φροιμίοις * * *.
ὁρᾶτε τούσδε τοὺς δόμοις ἐφημένους
νέους, ὀνείρων προσφερεῖς μορφώμασιν;
παῖδες θανόντες ὡσπερεὶ πρὸς τῶν φίλων,
χεῖρας κρεῶν πλήθοντες οἰκείας βορᾶς,
ξὺν ἐντέροις τε σπλάγχν', ἐποίκτιστον γέμος,
πρέπουσ' ἔχοντες, ὧν πατὴρ ἐγεύσατο.
ἐκ τῶνδε ποινάς φημι βουλεύειν τινὰ
λέοντ' ἄναλκιν ἐν λέχει στρωφώμενον
οἰκουρὸν, οἴμοι, τῷ μολόντι δεσπότῃ
ἐμῷ· φέρειν γὰρ χρὴ τὸ δούλιον ζυγόν.
νεῶν τ' †ἔπαρχος Ἰλίου τ' ἀναστάτης

1182. *ἄνατος* Canterus pro *ἄνακτος*.

1183. Pœna mea hæc erat, ut nemini persuadere possem, quamvis vera dicerem. Cf. v. 1166. Scilicet ut inepta ac temere effutita negligebant cives quæ de suo ipsorum fato tum a vate prædicta audiebant. Virg. Æn. ii. 246. *tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora, dei jussu non unquam credita Teucris.* Ibid. iii. 187. *aut quem tum vates Cassandra moveret?*

1187. Corrupta vox *ἐφημένους* ex proximo versu huc illata genuinam vocem expulit, ut in Suppl. 488. Theb. 389. Cho. 760. *φαντασμάτων* supplevit Franz. *δυσφροιμίοις* non admodum feliciter Hermannus. Equidem cum Dindorfio lacunam relinquere malui.

1190. Junge *ὡσπερεὶ παῖδες*, potius quam *ὡσπερεὶ θανόντες*. Cf. Theb. 755. Trach. 118. Vesp. 396. Pac. 234. Et sic etiam Hermannus. Magnifica autem et vere terribilis imago, quod Cassandræ oculis obversantur umbræ comesorum a suo patre liberorum. Ceterum structura est, *πρέπουσι πλήθοντες ἔχοντές τε.*—*πλήθειν* intransitive, ut *πληθύειν*, legitur etiam Cho. 580. Pers. 277.

1194. *ἐκ τῶνδε*, *quam ob causam*, sup. v. 850. inf. 1581. "*λέοντ' ἄναλκιν* opponit *λέοντι εὐγενεῖ*, sc. Agamemnoni, v. 1230." Blomf.

1196. Fortasse *οἶμαι*, ironice: qui domi custodem falso se profitetur fuisse, sc. Ægisthus.

1197. *δεσπότῃ*, inquam, quia hæc servitutis fortuna mihi ferenda est.

1198. *ἄπαρχος* codd. *ἔπαρχος* Canterus et reliqui fere edd.

οὐκ οἶδεν οἷα γλῶσσα μισήτης κυνὸς
λέξασα κἀκτείνασα φαιδρόνους, δίκην
Ἄτης λαθραίου, τεύξεται κακῇ τύχῃ.
τοιαῦτα τολμᾷ· θῆλυς ἄρσενος φονεὺς
ἐστίν. τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος
τύχοιμ' ἄν; ἀμφίσβαιναν, ἢ Σκύλλαν τινὰ
οἰκοῦσαν ἐν πέτραισι, ναυτίλων βλάβην,
θύουσαν Ἅιδου μητέρ', ἄσπονδόν τ' ἀρὰν
φίλοις πνέουσαν; ὡς δ' ἐπωλολύξατο
ἡ παντότολμος, ὥσπερ ἐν μάχης τροπῇ.
δοκεῖ δὲ χαίρειν νοστίμῳ σωτηρίᾳ.
καὶ τῶνδ' ὅμοιον εἴ τι μὴ πείθω· τί γάρ;
τὸ μέλλον ἥξει. καὶ σύ μ' ἐν τάχει παρὼν
ἄγαν γ' ἀληθόμαντιν οἰκτείρας ἐρεῖς.

1199. μισήτης, *impudicæ*. Cognata vox est μισητία, Arist. Plut. 989. Av. 1620. Libri μισητῆς. Sed vide cum de significatu tum de accentu Meineke, Frag. Com. Græc. i—ii. p. 202. Vulgo vertunt *odiosæ*.

1201. *Quibus dictis quænam male consecutura sit.* A τυγχάνω, non a τεύχω, recte deducit Herm. Sic supr. 168. τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν. Respicit simulatam Reginæ orationem 829—886, et blanditias quibus adductus erat maritus ut domum ovans intraret. Quid autem velit in isto τεύξεται, in v. seq. indicatur. Tritum id veteribus, ἀγαθῇ τύχῃ et κακῇ τύχῃ factum esse quod aut bono aut malo omine susceptum est.

1202. τοιάδε τολμᾷ Flor. Ven. τοιάδε τόλμα θῆλυς etc. Franz., non improbante Hermanno. Confer autem Iph. Taur. 621. αὐτὴ ξίφει θύουσα θῆλυς ἄρσενας.

1204. ἀμφίσβαινα, ex eo genere serpentum qui venenum non habent, sic dicti quia retro pariter et prorsus repere solent. Physicis hodie vocantur *double-walkers*. Memorat hanc inter alios Lucianus περὶ Διψάδων.—Σκύλλαν τινὰ, non confundendam cum Nisi filia Scylla, Cho. 604, quod fecit poeta non indoctus Propertius, v. 4. 40. et Ovid Fast. iv. 500. Quæ Homerus Od. xii. 85—100 de Scylla scripsit, ea fidem nobis faciunt istam fabulam originem traxisse ab immani loligine (sepia), cujus tentacula ex antro extenta ad prædam capiendam miraculum olim ignaris habita sunt. Nam hic mos est istius belluæ, ut scopulo latens extruso capite propinquantia expectet.

1206. θύουσαν. *furentem*, Homerico sensu. Cf. Pind. Pyth. iii. 58. Pro ἀρὰν probabiliter corrigunt Ἄρη, ut Ἄρη πνεόντων sup. v. 366, et hoc suadet epithetum ἄσπονδον, *implacabilem*. Verumtamen vulgatum non ineptum est: *imprecationem nullis libationibus avertendam*, sc. quin perficiant dii. Cf. v. 69. inf. 1223.

1207. ἐπωλολύξατο. Nempe supr. 570. Quod non intelligo quo jure negaverit Conington. Sententia est: Quem vero clamorem tollere ausa est, tanquam jam reportata de viro victoria!

1210. Si ψευδόμαντις habeor, perinde est. Vide ad v. 1183.

1211. Libri σὺ μὴν, quod correxit Canterus.—De particula γε post ἄγαν vide ad Suppl. 698. Omiserunt Blomf. Franz. Dind. Herm. Mihi quidem Anglice valere videtur: *a true, aye, too true a prophetess.*

ΧΟ. τὴν μὲν Θυέστου δαῖτα παιδείων κρεῶν
ξυνῆκα καὶ πέφρικα· καὶ φόβος μ' ἔχει
κλύοντ' ἀληθῶς οὐδὲν ἐξῃκασμένα·
τὰ δ' ἄλλ' ἀκούσας ἐκ δρόμου πεσὼν τρέχω.
ΚΑ. Ἀγαμέμνονός σέ φημ' ἐπόψεσθαι μόρον.
ΧΟ. εὔφημον, ὦ τάλαινα, κοίμησον στόμα.
ΚΑ. ἀλλ' οὔτι Παιὼν τῷδ' ἐπιστατεῖ λόγῳ.
ΧΟ. οὔκ, εἰ παρέσται γ'· ἀλλὰ μὴ γένοιτό πως.
ΚΑ. σὺ μὲν κατεύχει, τοῖς δ' ἀποκτείνειν μέλει.
ΧΟ. τίνος πρὸς ἀνδρὸς τοῦτ' ἄχος πορσύνεται;
ΚΑ. ἦ κάρτ' ἄρ' ἂν παρεσκόπεις χρησμῶν ἐμῶν.
ΧΟ. τοῦ γὰρ τελοῦντος οὐ ξυνῆκα μηχανήν.
ΚΑ. καὶ μὴν ἄγαν γ' Ἕλλην' ἐπίσταμαι φάτιν.

1215. *οὐδὲν ἐξῃκασμένα*, vera, quæ non similitudine tantum depicta sunt, velut in tabula. Confer Theb. 440. 518. Equit. 230. *καὶ μὴ δέδιθ', οὐ γάρ ἐστιν ἐξῃκασμένος*. Opponi solet *ἀληθὴς*, ut Lucian. p. 836, de sculptis Alexandri nuptiis: *μισθὸν εἰκασμένου γάμου προσλαβὼν ἀληθῆ γάμον*. Itaque male fecit Franz. cum *μύθοις* pro *ἀληθῶς* scripsit.

1219. At fieri non potest ut hoc quod dixi non eveniat; ut nihil profuerit *εὐφημεῖν*. Confer v. 144. Ludit in gemino sensu vocis *παιών*. Vide Frag. 266. 3. Nam cum pæan cantabatur, fausta omnia dicebant. Hoc igitur dicit: At non est hic locus neque occasio *εὔφημα φωνεῖν*, neque enim adest qui mederi possit imminenti malo.

1220. Non *πως*, sed *πω* in fine versus scribendum puto. Nam hoc velle videtur: Non est remedium, si revera, ut dicis, imminet cædes; sed longius abesse spero. Tu quidem, respondet illa, precaris *μήπω γένοιτο*, dum interfectores id ipsum agunt, ut statim fiat. Futuram aliquando esse cædem jam certo didicit v. 1217: moram tantummodo precari potest. *εἰ παρέσται* in *εἴπερ ἔσται* non est mutandum, si recte locum intelligo. Nominativum adsciscas *ὃν σὺ λέγεις μόρον*.

1223. Libri *ἄρ' ἄν*. *ἀρὰν* dedit Canterus, ut sit, profecto longe aberrasti a diris vaticinii, sc. si non potes intelligere quænam Agamemnonis interfectrix futura sit. *ἀρὰ* sic est denunciatio, quæ continetur in prædicto. *Aberrasti* dicit, quia chorus quæsiverat *τίνος πρὸς ἀνδρὸς* etc., cum revera mulier, non vir, eum occisura esset. Correxit Porsonus *ἦ κάρτα χρησμῶν ἄρ' ἐμῶν παρεσκόπεις*, sed dubitari potest cum de *ἄρα* sic posito tum de genitivo post *παρεσκόπεις*, quod simpliciter valet *perperam cernere*, ut *παρακούειν*, *παραισθάνεσθαι*, etc. *παρασκοπεῖν τινὸς* si recte dicitur, idem quod *ἁμαρτάνειν τινὸς* valet, et de eo usurpatur qui non recte collineat. De particula *ἂν* eo sensu posita quo vernacule dicimus *you must have overlooked*, nemo mediocriter doctus hodie dubitabit. Confer sup. 906. Od. iv. 547. Philoct. 572. *πρὸς ποῖον ἂν τόνδ' αὐτὸς Ὀδυσσεὺς ἔπλει;* Œd. R. 523. *ἀλλ' ἦλθε μὲν δὴ τοῦτο τοὔνειδος τάχ' ἂν ὀργῇ βιασθέν*. Hermannus autem cum Franzio *ἦ κάρτ' ἄρ' αὖ* edidit, i. e. *iterum*. "Exprobrat Cassandra quod et ante non intellexerit chorus de Agamemnone eam loqui, et nunc non videat interfectricem esse Clytæmnestram." Recte fortasse. Vulgatum servarunt etiam Peile, Dind. et Conington.

1225. Et tamen Græco sermone usa sum in vaticinando. Et Pythia oracula Græce

ΧΟ. καὶ γὰρ τὰ πυθόκραντα, δυσμαθῆ δ' ὅμως.
ΚΑ. παπαῖ· † τόδ' οἷον πῦρ· ἐπέρχεται δέ μοι.
ὀτοτοῖ, Λύκει' Ἄπολλον· οἳ ἐγώ, ἐγώ.
αὕτη δίπους λέαινα, συγκοιμωμένη
λύκῳ, λέοντος εὐγενοῦς ἀπουσίᾳ,
κτενεῖ με τὴν τάλαιναν· ὡς δὲ φάρμακον
τεύχουσα, κἀμοῦ μισθὸν ἐνθήσει κότῳ.
ἐπεύχεται, θήγουσα φωτὶ φάσγανον,
ἐμῆς ἀγωγῆς ἀντιτίσασθαι φόνον.
τί δῆτ' ἐμαυτῆς καταγέλωτ' ἔχω τάδε
καὶ σκῆπτρα καὶ μαντεῖα περὶ δέρῃ στέφη;
σὲ μὲν πρὸ μοίρας τῆς ἐμῆς διαφθερῶ.
ἴτ' ἐς φθόρον πεσόντ'· † ἄγ' ὧδ'· ἅμ' ἕψομαι.

scripta sunt, nec tamen idcirco intellectu facilia; h. e. linguam quidem tuam ac verba satis intelligo, ut et oraculorum; sed mentem non magis capio. Ad τὰ Πυθόκραντα non recte quidam supplendum putant ἐπίστασαι. Est enim nominativus.

1227. Pro vulg. οἷον τὸ πῦρ recte videtur Herm. τόδ' οἷον πῦρ recepisse. Nam ut priorem syllabam in ποῖος corripuerit poeta Suppl. 888, et in τοιοῦτος inf. 1323, non adeo certum est οἷος in istum usum cadere, ut de insolito hiatu post παπαῖ taceamus.

1232. ἐμοῦ μισθὸν, vindictam ob eam rem quod me huc adduxerit, immiscebit ac superaddet iræ jam antea propter interfectam Iphigeniam in maritum conceptæ. Non hoc, opinor, dicit: *ut quæ miscet venenum me quoque occidet;* sed, *inter alia, mei quoque odium infundet poculo* quod in maritum parat.—ποτῷ Dind. Franz. ex Casauboni conjectura. ἐνθήσειν Herm. cum Farn., quo recepto ὥστε ad ἀντιτίσασθαι supplendum erit. Duriuscule, ut nunc legitur, abest nectendi particula ante ἐπεύχεται. De aoristi infinitivo vide Stallb. ad Phæd. p. 67. B. de genitivo Elmsl. ad Med. 256. ad Heracl. 852. Cf. 86. 131. 136.—ἀντιτίσεσθαι Blomf. Dind. Franz.

1236. στέφη. Derepta capiti ac discerpta vitta Romanis etiam signum fuit ejurandi sacerdotii. Tacit. Ann. i. 57. de Segestis filio Segimundo: *sacerdos apud aram Ubiorum creatus ruperat vittas, profugus ad rebelles.*

1237. σὲ μέν. Alloquitur aliquid quod ante spectatorum oculos abjicit a se, vel vittam vel baculum. Confer locum ex hoc plane adumbratum, Eur. Troad. 451. Qui Agamemnonem intelligunt, etsi advocare potuerunt ibid. 359, 405, loci magnifici sententiam mirum in modum pervertunt, quia gestus pariter atque oratio furibundæ mulieris esse debent.

1238. Libri πεσόντ'· ἀγαθῷ δ' ἀμείψομαι. Optima sane est Hermanni conjectura ἐγὼ δ' ἅμ' ἕψομαι, nisi quod nemo facile dixerit quo vel manus vel oculi errore ἐγὼ in ἀγαθῷ mutatum sit. Correxi in priore ἄγ' ὧδ', quod in ἄγεθ' ὧδ', ἀγαθῷ δ', corruptum fuisse puto ab inepto homine qui pluralem potius expectabat. Sic in Pers. 142, pro ἀλλ' ἄγε, Πέρσαι, quidam libri ἀλλ' ἄγετε vel ἀλλ' ἄγετ', ὦ Πέρσαι præbent. ἅμ' ἕψομαι fere certum est, quippe quod alibi sæpius occurrat, ut Soph. El. 253. σοὶ γὰρ ἑψόμεσθ' ἅμα. Verum autem esse non potest, nisi mentio fiat alicujus quem secutura sit. Scilicet abjecto instrumento, quod prius se perdituram dicit, conversa ad ministrum quem amens fingit sibi adesse, Jam parata sum, inquit,

ἄλλην τιν' ἄτην ἀντ' ἐμοῦ πλουτίζετε.
ἰδοὺ δ', Ἀπόλλων αὐτὸς ἐκδύων ἐμὲ
χρηστηρίαν ἐσθῆτ', ἐποπτεύσας δέ με
κἀν τοῖσδε κόσμοις καταγελωμένην μετὰ
φίλων ὑπ' ἐχθρῶν οὐ διχορρόπως μάτην.
καλουμένη δὲ φοιτὰς, ὡς ἀγύρτρια,
πτωχὸς, τάλαινα, λιμοθνὴς ἠνεσχόμην.
καὶ νῦν ὁ μάντις, μάντιν ἐκπράξας ἐμὲ,
ἀπήγαγ' ἐς τοιάσδε θανασίμους τύχας.
βωμοῦ πατρῴου δ' ἀντ' ἐπίξηνον μένει,

sequi; deduc me ad cædem. Supplendum igitur, quod desiderat J. Conington, ὁ ἐπὶ τὸ ἄγειν με τεταγμένος.—πεσόντα γ'. ὧδ' ἀμείψομαι K. et Conington. ἴτ' ἐς φθόρον· πεσόντα δ' ὧδ' ἀμείψομαι Franz.

1239. ἄλλην ἄτην, *aliam noxam:* sc. aliam, quæ et sibi ipsi fuerit et aliis pestis habita sit. Cf. v. 745. Invidiose se dicit ἄτην, tanquam nihil nisi malum secum afferre soleat furor divinationis ab Apolline concessæ. Et hæc ἄτη per se πλουτίζεσθαι recte dicitur, ubi aliqua re sibi congrua et consentanea instruitur. Alii ἄταις emendant. Hermannus: "Non dubito quin verum sit ἄτης, in quo acerba inest exprobratio mali ab Apolline dati. Ut πλουτεῖν cum genitivo construitur, ita quidni etiam πλουτίζειν?" Recepi olim ex Marg. Askev. ἄλλην τιν', ἄλλην, quæ bona lectio adhuc mihi videtur.

1243. μάτην καταγελωμένην se dicit, quia ψευδόμαντις immerito habebatur; vide ad v. 1183. μάτην igitur est *sine causa.* μετὰ φίλων, h. e. non modo me ipsam, sed amicos etiam et patronos meos ludibrio haberi passus est. Alii pro ἐν φίλοις accipiunt, propter antithesin in ἐχθρῶν, sc. Trojæ; alii φίλους ἐχθροὺς *amicos non sinceros* vertunt; quod minime probo. Amat noster contraria componere magis quam opponere. Vide ad Eum. 675. supr. 792. οὐ διχορρόπως, *unanimo consensu,* ut Suppl. 959. Apollo, qui vidit me *etiam* in his sacris vestibus rideri ab inimicis, multo magis me sine insignibus et in hostili terra ludibrio fieri sinet. Hermanni emendationem, μέγα pro μετὰ, admisit post alios Franz., ut φίλων ὕπ', ἐχθρῶν, sit *ab amicis pariter atque inimicis.* Hodie ματὴρ pro μάτην ex Hesychio erutum huc transferendum putavit Herm., cujus hæc est interpretatio: "*Nam quod me hoc quoque in ornatu valde derisam ab amicis inimicis conspexit, non ambigue ejus ornatus vindex est.*" Quod paucis eum probaturum puto.

1244. Ordo verborum, monente Hermanno, hic est: ἠνεσχόμην τάλαινα καλουμένη φοιτὰς, πτωχὸς, λιμοθνὴς, ὥς τις ἀγύρτρια. Hæc, inquit, convicia divinationis præmia habui. Memorari debet Blomfieldii conjectura φοιβὰς pro φοιτάς. Laudat ille Hec. 815, sed pro vulgato facit Theb. 658. σὺν φοίτῳ φρενῶν.

1246. ἐκπράξας, postquam ipse vates vatem me, quam debebat honorare et servare, perdidit. ἐκπρᾶξαι pro διεργάσασθαι Œd. Col. 1659.—*Ulciscens me* vertit Dind. Sed rectius fortasse *cum vatem me fecerit.*

1248. Libri ἀντεπίξηνον. Rarissime postponitur ἀντὶ, quod tamen fit, accentu non retracto, Il. xxiii. 650. σοὶ δὲ θεοὶ τῶνδ' ἀντὶ χάριν μενοεικέα δοῖεν. Ibid. xxiv. 254. Ἕκτορος ὠφέλετ' ἀντὶ θοῇς ἐπὶ νηυσὶ πεφάσθαι. Ceterum hanc ῥῆσιν ante oculos habuisse Euripidem in Troad. 353—405 vel ex hoc apparet, quod ridet Æschylum securis mentionem tam sæpe facientem (cf. 1118. 1233. 1355. 1473, etc.). Sic enim ejus Cassandra v. 361. πέλεκυν

θερμῷ κοπείσης φοινίῳ προσφάγματι.
οὐ μὴν ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν.
ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος,
μητροκτόνον φίτυμα, ποινάτωρ πατρός·
φυγὰς δ' ἀλήτης, τῆσδε γῆς ἀπόξενος,
κάτεισιν, ἄτας τάσδε θριγκώσων φίλοις·
ὀμώμοται γὰρ ὅρκος ἐκ θεῶν μέγας,
ἄξειν νιν ὑπτίασμα κειμένου πατρός.
τί δῆτ' ἐγὼ κάτοικος ὧδ' ἀναστένω,
ἐπεὶ τὸ πρῶτον εἶδον Ἰλίου πόλιν
πράξασαν ὡς ἔπραξεν, οἳ δ' εἶχον πόλιν,
οὕτως ἀπαλλάσσουσιν ἐν θεῶν κρίσει;
ἰοῦσα πράξω, τλήσομαι τὸ κατθανεῖν.

οὐχ ὑμνήσομεν, ὅς εἰς τράχηλον τὸν ἐμὸν εἶσι χἀτέρων.

1249. *κοπείσης*, sc. *ἐμοῦ*, genitivus absolutus Æschylo plus semel usitatus. Vide ad v. 938. *κοπεῖσαν* dedit Dind., *κοπείσῃ* Hermannus, qui *θερμὸν πρόσφαγμα iracundam mactationem* vertendum censet, ut Troad. 624. *θερμὸν* de calido sanguine ego accipere soleo.

1255. Hic versus in libris legitur post v. 1261. Proprio loco restituit Hermannus. In proximo v. *ὑπτίασμα* a luctando sumitur: vide ad Suppl. 85.

1257. *κάτοικος* pro *κατ' οἴκους* accepit K., corruptum putat Dind. (Præf. ad ed. 1851, p. xxi.,) qui cum Franzio et Hermanno *μέτοικος* scripsit. Audacior est emendatio, quia parum probabilis corruptela. *κάτοικτος* Scaliger: cf. *ἔποικτος* inf. 1592. *κατοικτίζει* Prom. 36. Sed non absurda est Schützii interpretatio, *ante ædes*, vel potius *apud ædes*, quasi Anglice dicas *housed here*. Omnino periculosum puto quodvis vocabulum Æschylo abjudicare, quia non alibi memoratur. *κάτοικον* se dicit, quia in domum recepta est postquam *omnia vidit eversa et flammis Asiam ferroque cadentem*, Juv. x. 266, nec dignam se putat quæ alia atque ceteri sorte utatur.

1258. *τὸ πρῶτον εἶδον*, sc. ut vates præscia.

1259. *οἳ δ' εἶχον πόλιν*. Victores dicit, qui urbe potiti sunt, an victos, qui olim habebant? Equidem non facile decerno. Illos Peile et Conington, hos Klausen. designari putat. *ἔχειν πόλιν* plerumque ponitur de iis qui urbem ceperunt, ut sup. 311. *Τροίαν Ἀχαιοὶ τῇδ' ἔχουσ' ἐν ἡμέρᾳ*: hic vero de solo Agamemnone non apte diceretur, qui non modo habebat, sed adhuc habet captivos. Imo rectius *ἐν θεῶν κρίσει* de damnato Ilio (Hor. Od. iii. 3. 23) intelligendum videtur. Ceterum *ἀπαλλάσσειν* intransitive usurpatur, ut Arist. Pac. 568. *ἢ καλῶς αὐτῶν ἀπαλλάξειεν ἂν μετόρχιον*. Plat. Resp. ii. § 8. *πείθοντες αὐτοὺς ἀζήμιοι ἀπαλλάξομεν*. Herod. viii. 68.

1261. Vulgatum *πράξω* contra editorum conjecturas tuetur Hermannus, et ita quidem ut ad *τλήσομαι τὸ κατθανεῖν* referendum putet. Verum enimvero si *πράσσειν*, addito *εὖ* vel *κακῶς*, *bene vel male pati* valebat, non absurdum est opinari, usu factum esse ut absolute etiam *πράσσειν* pro *παθεῖν* poneretur, ubi anceps sententia ab intellecto adverbio penderet. Confer v. 360. *ἔπραξαν, ὡς ἔκρανεν*. Similiter inf. 1647. *πρᾶσσε, πιαίνου*, pro *εὖ πρᾶσσε* manifesto accipiendum est. Confer etiam *ἐπραξάτην* v. 1418.

Ἅιδου πύλας δὲ τάσδ' † ἐγὼ προσεννέπω.
ἐπεύχομαι δὲ καιρίας πληγῆς τυχεῖν,
ὡς ἀσφάδαστος, αἱμάτων εὐθνησίμων
ἀπορρυέντων, ὄμμα συμβάλω τόδε.
ΧΟ. ὦ πολλὰ μὲν τάλαινα, πολλὰ δ' αὖ σοφὴ
γύναι, μακρὰν ἔτεινας· εἰ δ' ἐτητύμως
μόρον τὸν αὑτῆς οἶσθα, πῶς, θεηλάτου
βοὸς δίκην, πρὸς βωμὸν εὐτόλμως πατεῖς;
ΚΑ. οὐκ ἔστ' ἄλυξις, οὔ, ξένοι, † χρόνον πλέω.
ΧΟ. ὁ δ' ὕστατός γε τοῦ χρόνου πρεσβεύεται.
ΚΑ. ἥκει τόδ' ἦμαρ· σμικρὰ κερδανῶ φυγῇ.
ΧΟ. ἀλλ' ἴσθι τλήμων οὖσ' ἀπ' εὐτόλμου φρενός.
ΚΑ. οὐδεὶς ἀκούει ταῦτα τῶν εὐδαιμόνων.
ΧΟ. ἀλλ' εὐκλεῶς τοι κατθανεῖν χάρις βροτῷ.
ΚΑ. ἰὼ, πάτερ, σοῦ τῶν τε γενναίων τέκνων.

1262. Libri omnes τὰς λέγω. τάσδ' ἐγὼ Canterus, Λ in Δ feliciter mutata. Sensus est: has palatii fores (sc. in proscenio repræsentatas) tanquam Orci portas appello, utpote intra quas mihi mox moriendum sit.

1264. Photius: σφαδάζειν· δυσθανατεῖν. Ex qua glossa apparet quo sensu εὐθνησίμων hic ponatur.

1268. θεήλατος putabatur victima si ad aram patienter accessisset, nec vi adacta; quod boni ominis erat. Contrarium etiam Romani male interpretabantur. Tac. Hist. iii. 56. *Accessit dirum omen, profugus altaribus taurus, disjecto sacrificii apparatu, longe, nec ubi feriri hostias mos est, confossus.*

1270. Libri χρόνῳ πλέω. Ex assimilandi errore, qui longe frequentissimus est, natam esse ineptam scripturam vix dubites. χρόνον πλέω Hermannus, ut olim edidi ex conjectura ejus ad Eur. Hel. 572 proposita. χρόνῳ πλέων Peile, Franz. χρόνῳ πλέον Dind. Quæritis, inquit Cassandra, cur nolim reluctari? Quia diutius non patet effugium. At saltem, respondet chorus, qui ultimus supplicium subit reliquis prælatus est, τοῦ χρόνου πρεσβεῖον ἔχει. Confer κακῶν πρεσβεύεται Cho. 620. De more Atheniensium qui hic respicitur vide interpp. ad Arist. Pac. 395.

1272. Soph. El. 1485. τί γὰρ βροτῶν ἂν ξὺν κακοῖς μεμιγμένων θνήσκειν ὁ μέλλων τοῦ χρόνου κέρδος φέροι;

1273. *Sed scias te, si patiendum est, forti saltem animo passuram.*

1275. "De nemine hoc dicitur, qui felicem adeptus est sortem." K. Vult Cassandra, τὸ κατθανεῖν, εἴτε εὐκλεῶς εἴτε ἀκλεῶς, κακόν ἐστι. Recte, opinor, judicavit Conington vulgatum in libris horum versuum ordinem omnino servandum esse. Hodie plerique sic legunt: ΚΑ. ἀλλ' εὐκλεῶς——. ΧΟ. οὐδεὶς ἀκούει——. Et sic nuper Hermannus, Heathio obsecutus. Sed sine dubio v. 1275 Chori est, infelicem puellam confirmantis; alter autem Cassandræ, misellam consolationem aspernantis. Sic demum Chori εὐκλεῶς θανεῖν idem valet quod modo dixerat θανεῖν ἀπ' εὐτόλμου φρενός.

1276. σῶν τε Hermannus ex Aurati emendatione, mala illa quidem, cum ob proxime repetitum sigma, tum quia articulus idem omnino valet.

Ibid. Post hunc versum puta Cassandram

ΧΟ. τί δ' ἐστὶ χρῆμα; τίς σ' ἀποστρέφει φόβος;
ΚΑ. φεῦ, φεῦ.
ΧΟ. τί τοῦτ' ἔφευξας; εἴ τι μὴ φρενῶν στύγος.
ΚΑ. φόνον δόμοι πνέουσιν αἱματοσταγῆ.
ΧΟ. καὶ πῶς; τόδ' ὄζει θυμάτων ἐφεστίων.
ΚΑ. ὅμοιος ἀτμὸς ὥσπερ ἐκ τάφου πρέπει.
ΧΟ. οὐ Σύριον ἀγλάισμα δώμασιν λέγεις.
ΚΑ. ἀλλ' εἶμι κἀν δόμοισι κωκύσουσ' ἐμὴν
'Αγαμέμνονός τε μοῖραν. ἀρκείτω βίος.
ἰὼ, ξένοι.
οὔ τοι δυσοίζω, θάμνον ὡς ὄρνις, φόβῳ
†ἄλλως· θανούσῃ μαρτυρεῖτέ μοι τόδε,
ὅταν γυνὴ γυναικὸς ἀντ' ἐμοῦ θάνῃ,
ἀνήρ τε δυσδάμαρτος ἀντ' ἀνδρὸς πέσῃ.
ἐπιξενοῦμαι ταῦτα δ' ὡς θανουμένη.
ΧΟ. ὦ τλῆμον, οἰκτείρω σε θεσφάτου μόρου.
ΚΑ. ἅπαξ ἔτ' εἰπεῖν ῥῆσιν, †οὐ θρῆνον θέλω

pavore correptam trepidare, quasi odorem sanguinis subito senserit. Schol. ὀκνεῖ ἐσελθεῖν, ὥς τι δεινὸν ὁρῶσα.

1280. φόβον libri, nisi quod in Farn. superscripta est litera ν. φόνον Canterus. Vide ad Suppl. 492.—De καὶ πῶς; in v. seq. vide ad v. 532.

1282. Verbum πρέπειν generaliter de quovis sensu usurpari notavit Buttm. Lexil. p. 351. Ut hic de odore, sic supra v. 30 de visu, v. 312 et Pind. Nem. 3. 118, de sono, ponitur.

1287. Hesych. δυσοίζειν· φοβεῖσθαι, ὑποπτεύειν. Rhes. 805. μηδὲν δύσοιζ' οὐ πολεμίους δρᾶσαι τάδε, *ne suspiceris*. Ibid. v. 724. Non sine causa, inquit, metuo ingredi ædes sanguinem spirantes, ut avis metuit arbustum, ne visco implicetur. Laudat Shilleto ad Dem. de Fals. Leg. § 27. Shakesp. iii. Hen. vi. act. v. sc. 6. *The bird that hath been limed in a bush, With trembling wings misdoubteth every bush.*

1288. Libri ἀλλ' ὡς. Corrigendum putabam μαρτυρῆτε, sed recte videtur Hermannus ἄλλως emendasse. Hoc, inquit Cassandra, sc. me non frustra nunc metuere, vos mihi testari volo, postquam et ipsa occidero, et Clytæmnestram atque Ægisthum interfecerit Orestes. Ceterum δυσδάμαρτος genitivus est.

1291. Hesychius: ἐπιξενοῦσθαι· μαρτύρεσθαι. Hoc loco plane respicitur ad μαρτυρεῖτε v. 1288. *Et nunc ut moritura vos obtestor*, sc. testes estote mihi recte me hæc prædixisse. Heroicis ætatibus ξένοι plusquam hospites erant, quippe qui ad ferendum amicis auxilium religione obstricti fuerint, sive bello seu jure civili capitis impenderet periculum. Hinc ἐπιξενοῦσθαι, *hospitem sibi adsciscere*, significabat etiam *testem citare*, *sponsorem appellare*, h. e. patrocinium ejus coram judice postulare, et ἐπιξενοῦσθαί τι *aliquid amici testimonio probandum committere*. ξενοδοκεῖν et ξενοδόκος similiter usurpata esse ex Apollonii Lex. ostendit Hermannus.

1293. Præclarum est quod hic fecit Hermannus, ῥῆσιν, οὐ θρῆνον pro vulg. ῥῆσιν

ἐμὸν τὸν αὐτῆς. ἡλίῳ δ' ἐπεύχομαι
πρὸς ὕστατον φῶς, τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις
ἐχθροῖς φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ὁμοῦ
δούλης θανούσης, εὐμαροῦς χειρώματος.
ἰὼ βρότεια πράγματ'· εὐτυχοῦντα μὲν
σκιά τις ἂν τρέψειεν· εἰ δὲ δυστυχῇ,
βολαῖς ὑγρώσσων σπόγγος ὤλεσεν γραφήν.
καὶ ταῦτ' ἐκείνων μᾶλλον οἰκτείρω πολύ.

ἢ θρῆνον restituendo. Et mirum quidem est emendationem tam certam et quasi per se manifestam omnes adhuc latuisse editores. *Si plura addam*, inquit, *ne putetis me id facere ut fatum meum lugeam.* Vide ad Suppl. 108.

1294. Constructio est, εὔχομαι ἡλίῳ ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς φονεῦσι, ὁμοῦ τίνειν (δίκην) τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις. Aliter accipiunt K., Peile, et Conington: precibus ad solem factis imprecor ultoribus meis ut occisoribus meis idem solvant; h. e. imprecor Oresti, vindici mei futuro, facilem victoriam. Sed falsam esse eam interpretandi rationem per se patet; non enim ultor τίνει δίκην interfectori, sed interfector ultori. Quod laudat Conington, Œd. Col. 229, id promisca fuisse τίνειν et τίνεσθαι non evincit. Videtur τίνειν ibi significare ἀμύνεσθαι, *rependere.* Pro ὁμοῦ recepit Franz. Schützii ἐμοῦ. Sed de utroque simul occidendo dici ὁμοῦ monuit Blomf., qui τοῖ' ἐμοῦ τιμαόρους scripsit. De Hermanno vero quid dicam? Qui totum locum sic edidit:

ἡλίῳ δ' ἐπεύχομαι
πρὸς ὕστατον φῶς, βασιλέως τιμαόρους
* ἀσκεύοις ὁμοῦ *
ἐχθροῖς φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ἐμοῦ
δούλης κ.τ.λ.

et τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις ideo improbat, quia scilicet non ipsam, sed Agamemnonem vindicaturi venient ultores. At supra v. 1251 dixerat Cassandra ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος. Idem denique ex Hesychii glossa ἀσκεύοις· ψιλοῖς, ἀπαρασκεύοις· Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, huic loco nova verba invexit, et sic ex ingenio versum mutilum supplevit, ἴσας δίκας φανέντας ἀσκεύοις ὁμοῦ.

1300. Metaphora a pingendo ducitur. σκιὰ et σκίασμα propria vocabula sunt in ista arte, ut et σκιαγραφεῖν, *adumbrare.* Hesychius: σκιά, σκίασις· ἐπιφάνεια τοῦ χρώματος ἀντίμορφος. Dicit igitur poeta, prosperas res adeo tenues et umbratiles esse ut vel levissimus penicilli tactus eas immutare possit; sin autem aliquis adversa fortuna utatur, admotam madescentem spongiam delere picturam, sc. facile omnia in oblivionem abire. Sic ἐξαλειφθεῖσ' ὡς ἄγαλμα Eur. Hel. 262. Frag. Pelei iv. τὸν ὄλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς, ὅν γ' ἐξαλείφει ῥᾷον ἢ γράφει θεός. Antiphanes ap. Phil. Mus. Cant. i. p. 573. λυπηρὸν ἀνθρώποισιν εἰ τὸ ζῆν κακῶς, ὥσπερ πονηροὶ ζωγράφοι τὰ χρώματα, πρώτιστον ἀφανίζουσιν ἐκ τοῦ σώματος. Apprime huc facit Plutarchus de Fortuna, § iv. γράφοντα πολλάκις ἐξαλείφειν, τέλος δ' ὑπ' ὀργῆς προσβαλεῖν τῷ πίνακι τὸν σπόγγον, ὥσπερ εἶχε φαρμάκων ἀναπλέων.—πρέψειεν Boissonadius et Herm. ex Photii glossa: πρέψαι, τὸ ὁμοιῶσαι, Αἰσχύλος. Hesych.: πρέψας· εἰκασμένος, εἰκασθείς. Quod fortasse verum: Angl. *a mere outline will give the likeness.*

1301. Et hæc, sc. si quis, ut Agamemno, ex magna felicitate in res adversas inciderit, magis deploranda sunt quam illa, sc. si quis infelix, ut ego ipsa, subita morte absumptus sit. "Sæpe numero," inquit Astius ad Plat. Rempubl. ii. § 11, "οὗτος id quod primo loco dictum est, igitur nomen remotius respicit; ἐκεῖνος vero ad id quod propius est refertur." Levem esse suam necem, si cum Regis cæde comparetur, indicare vult Cassandra. Confer v. 1153.

ΧΟ. τὸ μὲν εὖ πράσσειν ἀκόρεστον ἔφυ
πᾶσι βροτοῖσιν· δακτυλοδείκτων δ'
οὔτις ἀπειπὼν εἴργει μελάθρων,
Μηκέτ' ἐσέλθῃς, τάδε φωνῶν.
καὶ τῷδε πόλιν μὲν ἑλεῖν ἔδοσαν
μάκαρες Πριάμου,
θεοτίμητος δ' οἴκαδ' ἱκάνει·
νῦν δ' εἰ προτέρων αἷμ' ἀποτίσει,
καὶ τοῖσι θανοῦσι θανὼν ἄλλων
ποινὰς θανάτων ἐπικραίνει,
τίς ἂν εὔξαιτο † βροτὸς ὢν ἀσινεῖ
δαίμονι φῦναι, τάδ' ἀκούων;
ΑΓ. ὤμοι, πέπληγμαι καιρίαν πληγὴν ἔσω.

1302. Sententia est: felicitate nunquam satiantur homines, parum reputantes magnæ fortunæ semper subesse periculum; sicut nunc metuendum ne Agamemno pœnas luat pro antiquis familiæ peccatis.

1303. "Ab insignibus ædibus nemo vetans arcet introiturum." K. *δακτυλόδεικτον* reponebat Casaubonus, hoc sensu: nemo id digito notatum, ut rem infamem ac parum honestam, ita alloquitur, Apage te ab hac domo. Et sic Dind. (1851.) Simile est *χειρόδεικτα* Œd. Tyr. 901.

1305. *μηκέτι δ' εἰσέλθῃς* libri, scilicet ex librariorum studio catalectica supplendi. Correxit Hermannus. Sæpius autem apud poetas dicuntur Opes, tanquam personam indutæ, domum intrare, vel in domum a domino recipi. Confer Pind. Pyth. v. init. Eur. Suppl. 876. *χρυσὸν—οὐκ εἰσεδέξατ' οἶκον.* Frag. Erechth. xx. 13. *τὰ γὰρ κακῶς οἴκους ἐσελθόντ' οὐκ ἔχει σωτηρίαν,* sc. *χρήματα.* Hom. Εἰρεσιώνη 3. *αὐταὶ ἀνακλίνεσθε θύραι· πλοῦτος γὰρ ἔσεισιν πολλός.* Et quis non videt hunc lusum cognomini Aristophanis fabulæ subesse? Contulit Dobræus Martial. Ep. i. 26. 5. *Ante fores stantem dubitas admittere famam?*

1311. *ἄγαν ἐπικρανεῖ* Farn. Vict. *ἄταν τε κρανεῖ* Vossius, quem sequuti sunt Blomf. K. et Peile. Sed deest *ἄγαν* in Flor. Ven., et debetur sine dubio metrici hominis temeritati. *ἐπικραίνει* Herm., quod intelligi potest *si in eo est ut pro aliis interfectis ipse moriendo pœnas cædium expendat.* *ἐπικρᾶνεῖ* tanquam a *κραιαίνω* formatum servavit Franz., *ἀντεπικρανεῖ* Dind. *ἀντεπικραίνει* Bamberger.

1312. Libri *τίς ἂν εὔξαιτο βροτῶν.* Qui *εὔξασθαι* hic *precari* intelligunt, *τίς ἂν οὐκ* cum Cantero legant necesse est: qui vero *gloriari, confidenter affirmare,* ii vel cum Herm. Dind. *τίς ποτ' ἂν* ex E. A. Ahrens. emendatione, vel cum Franz. Bothium sequuti *τίς ἂν εὔξαιτο βροτὸς ὢν* recipient. Rarior est aoristi usus hoc significatu; sed exstat non dubium exemplum Od. 14. 463. *εὐξάμενός τι ἔπος ἐρέω, οἶνος γὰρ ἀνώγει.* —*ἀσινὴς δαίμων* est fortuna innocua, malis non obnoxia, sc. ea quæ nihil mali postea puniendum in deos vel homines admittat.

1314. *ἔσω.* Intellige lethalem ictum *intra corpus* acceptum, ut Eur. El. 1222. *φασγάνῳ κατηρξάμην, ματέρος ἔσω δέρας μεθείς.* Orest. 1472. *παίειν λαιμῶν εἴσω.* Cf. Hel. 356. Ion. 766. Il. xxi. 117. *ἔχω* Blomf., cui "miserabiliter friget istud *ἔσω*." Magis, opinor, frigeret repetitum *πέπληγμαι—πληγὴν ἔχω,* etiam addito *καιρίαν.*

ΧΟΡΟΣ.

σῖγα· τίς πληγὴν αὐτεῖ καιρίως οὐτασμένος;
ΑΓ. ὤμοι μάλ' αὖθις, δευτέραν πεπληγμένος.
ΧΟ. τοὔργον εἰργάσθαι δοκεῖ μοι βασιλέως οἰμώγματι.
ἀλλὰ κοινωσώμεθ' †ἄν πως ἀσφαλῆ βουλεύματα.
ΧΟ. α΄. ἐγὼ μὲν ὑμῖν τὴν ἐμὴν γνώμην λέγω,
πρὸς δῶμα δεῦρ' ἀστοῖσι κηρύσσειν βοήν.
ΧΟ. β΄. ἐμοὶ δ' ὅπως τάχιστά γ' ἐμπεσεῖν δοκεῖ,
καὶ πρᾶγμ' ἐλέγχειν ξὺν νεορρύτῳ ξίφει.
ΧΟ. γ΄. κἀγώ, τοιούτου γνώματος κοινωνὸς ὤν,
ψηφίζομαί τι δρᾶν· τὸ μὴ μέλλειν δ' ἀκμή.
ΧΟ. δ΄. ὁρᾶν πάρεστι· φροιμιάζονται γὰρ ὡς
τυραννίδος σημεῖα πράσσοντες πόλει.
ΧΟ. ε΄. χρονίζομεν γάρ· οἱ δὲ τῆς μελλοῦς κλέος

1315. Chorum ex duodecim personis constitisse docte ostendit Müller. Dissert. ad Eum. p. 55, refutata eorum opinione qui cum Schol. ad Arist. Equit. 586, quindecim fuisse putaverunt. Nam in hoc dialogo singulorum hominum usque ad xii enuntiantur sententiæ, quorum primus incipit a senario 1319. Sed xv plerique recentiorum cum Hermanno numerant, sc. a v. 1315 ad v. 1342. Quibus illud aliquantum adversari videtur, quod singulos trochaicos eodem personarum ordine cum binis senariis decantatos efficiunt. Hermannus (1852): "Initium fit ratione quadam epodica, ut trimeter Agamemnonis et qui eum sequitur trochaicus chorici senis pro stropha, et statim eadem metra pro antistropha sint, quas tertii senis trochaicus epodi loco sequatur. Ex ea re intelligi potest stetisse chorum *κατὰ ζυγά*, certe quo tempore clamantem audit Agamemnonem."

1318. Libri *κοινωσώμεθ' ἄν πως*, quod tuetur K. tanquam "vestigium usus Homerici," obsequentibus Peile et Conington, quorum rationes ego vix bene intelligo. Olim edidi *ἤν πως*, sc. *ἤν πως γένηται*, *si fieri possit.* Hodie paullo probabilior videtur Hermanni conjectura, in quam et ipse ignarus incideram, *ἄν πως*, sc. *ἃ ἂν ᾖ*. De qua structura conferri potest Thucyd. iv. 118. *τῇ θαλάσσῃ χρωμένους, ὅσα ἂν κατὰ τὴν ἑαυτῶν καὶ τὴν ξυμμαχίαν.* Antipho, p. 133. 32, et Buttm. ad Dem. Mid. p. 529. b. *ἄν* pro *ἂν* videor mihi recte restituisse etiam Theb. 557.—*κοινωσαίμεθ' ἂν πῶς* interrogative Blomf. Dind.

1320. *βοὴν πρὸς δῶμα*, i. e. *βοηθείαν*, auxilium ad regiam ferendum.

1322. *πρᾶγμ' ἐλέγχειν*, *facinus arguere*, Angl. *charge them with the deed*, ut Antig. 434. *καὶ τὸ πρᾶγμ' ἠλέγχομεν.*—*ξὺν ξίφει*, dum adhuc gladium tenent interfectores, ita ut quasi ejus testimonio utamur. *νεορρύτῳ* (ῠ) *modo e vagina extracto* interpretatur Hermannus. Quo accepto quid, quæso, lucramur?

1325. Duriuscule, sed tamen ut bene Græcum sit, nunc sentio dici *ὡς πράσσοντες σημεῖα*, sc. ea agendo, quæ affectandi imperii indicio sint. Recte Conington *πράσσοντες πράγματα σημαντικὰ* explicat. Itaque sine causa *ὧς πράσσοντες* construendum putabam, ut *ὧς πράσσοιμ' ἂν* sup. 903.

1327. *τῆς μελλοῦς* restituit Herm. ex Tryphone *περὶ τρόπων*. Libri *μελλούσης*, sed *τῆς μελλούσ*, superscripta *η*, Flor.—*πέδοι* pro *πέδον* quivis hodie scribendum

πέδοι πατοῦντες οὐ καθεύδουσιν χερί.
ΧΟ. ϛ΄. οὐκ οἶδα βουλῆς ἧς τινος τυχὼν λέγω.
τοῦ δρῶντός ἐστι καὶ τὸ βουλεῦσαι περί.
ΧΟ. ζ΄. κἀγὼ τοιοῦτός εἰμ᾽, ἐπεὶ δυσμηχανῶ
λόγοισι τὸν θανόντ᾽ ἀνιστάναι πάλιν.
ΧΟ. η΄. ἦ καὶ βίον †τείνοντες ὧδ᾽ ὑπείξομεν
δόμων καταισχυντῆρσι τοῖσδ᾽ ἡγουμένοις;
ΧΟ. θ΄. ἀλλ᾽ οὐκ ἀνεκτόν, ἀλλὰ κατθανεῖν κρατεῖ·
πεπαιτέρα γὰρ μοῖρα τῆς τυραννίδος.
ΧΟ. ι΄. ἦ γὰρ τεκμηρίοισιν ἐξ οἰμωγμάτων
μαντευσόμεσθα τἀνδρὸς ὡς ὀλωλότος;
ΧΟ. ια΄. σάφ᾽ εἰδότας χρὴ τῶνδε †θυμοῦσθαι πέρι·
τὸ γὰρ τοπάζειν τοῦ σάφ᾽ εἰδέναι δίχα.
ΧΟ. ιβ΄. ταύτην ἐπαινεῖν πάντοθεν πληθύνομαι,
τρανῶς Ἀτρείδην εἰδέναι κυροῦνθ᾽ ὅπως.

intellexerit; et πεδοῖ jam olim Hermannus. Vide Prom. 280. Cho. 631. Sententia: in mala re agenda hæsitare et circumspicere honestius est quam temere inchoare. Quanquam dubium videtur κλέος, pro quo χάριν dat Trypho.

1330. "Ad ἐστὶ subintelligendum βουλή.—τὸ βουλεῦσαι πέρι, quod ad censendum, ad suadendum attinet." K. Idonea profecto sententia, et Æschylo dignissima, τοῦ δρῶντος βουλὴ ἐστὶ περὶ τὸ βουλεῦσαι. Melius Scholef.: "Qui aliquid facturus est, eum etiam deliberare decet de re gerenda." Sensus est: nescio quod consilium assecutus in medium proferam: quanquam qui agit (acturus est), eum decet prius de re agenda *consuluisse* (quæ vis aoristi est). Cf. Alcest. 1081. τὸ γὰρ φιλῆσαι τὸν θανόντ᾽ ἄγει δάκρυ, sc. *olim amavisse*. Igitur (sic enim concludit) ego quoque nihil agere possum, ut qui nondum deliberaverim.—πέρα Herm. cum Schützio, propter responsionem alterius. Crediderim sic βουλεύειν scripturum fuisse poetam.

1331. τοιοῦτος, sc. ὥστε ἀμηχανεῖν ὅτι δρῶ. Quod singuli se excusant ne quid statim agant, id rei necessitati atque ipsi fabulæ argumento tribuendum; nam interficiendus erat Rex, et chorus quoquo modo coercendus ne cædi interveniret. Ideo cunctantes potius quam ignavi inducuntur. Tac. Hist. i. 39. *ut evenit in consiliis infelicibus, optima videbantur quorum tempus effugerat.* Ibid. iii. 40. *Ipse inutili cunctatione agendi tempora consultando consumpsit.*

1333. τείνοντες pro κτείνοντες Canterus. Eadem corruptela v. 1200. Hoc dicit: num vitam producere cupientes timebimus cum adulteris congredi?

1336. πεπαιτέρα, mollior, tolerabilior, minus odiosa. Cf. Eum. 66.

1339. Libri μυθοῦσθαι. Verbum μυθόομαι pro μυθέομαι cum nihili esse videatur, recepi cum Franz. Dind. Herm. conjecturam ab E. A. Ahrens. feliciter propositam. Spectat θυμοῦσθαι ad chori indignationem v. 1333.

1341. πληθύνομαι, "*multitudinis auctoritate inclinor.*" K. De hac similitudine, quæ ab ecclesia et populi χειροτονίᾳ est, vide ad Suppl. 598. "*Undique conveniunt mihi argumenta*" vertit Hermannus; quæ alia imago est, cum v. 842 potius comparanda.

1342. Satis breviter, sed recte Blomf.,

ΚΛ. πολλῶν πάροιθεν καιρίως εἰρημένων,
τἀναντί' εἰπεῖν οὐκ ἐπαισχυνθήσομαι.
πῶς γάρ τις ἐχθροῖς ἐχθρὰ πορσύνων, φίλοις
δοκοῦσιν εἶναι, πημονὴν ἀρκύστατον
φράξειεν ὕψος κρεῖσσον ἐκπηδήματος;
ἐμοὶ δ' ἀγὼν ὅδ' οὐκ ἀφρόντιστος πάλαι
νίκης παλαιᾶς ἦλθε, σὺν χρόνῳ γε μήν.
ἕστηκα δ' ἔνθ' ἔπαισ' ἐπ' ἐξειργασμένοις.
οὕτω δ' ἔπραξα, καὶ τάδ' οὐκ ἀρνήσομαι,
ὡς μήτε φεύγειν μήτ' ἀμύνεσθαι μόρον.
ἄπειρον ἀμφίβληστρον, ὥσπερ ἰχθύων,
περιστιχίζω, πλοῦτον εἵματος κακόν.
παίω δέ νιν δίς· κἀν δυοῖν †οἰμωγμάτοιν

"κυροῦνθ' ὅπως dicitur pro ὅπως κυρεῖ." Recte etiam Conington, "*to know Atrides being how.*" Quanquam non inveni plane similem usum.—τρανῶς εἰδέναι, sc. nec tantum conjectura.

1343. "Tractis tabulatis conspicitur Clytæmnestra in conclavi stans ad corpus Agamemnonis." Herm.—καιρίως, accommodate ad consilium meum.

1345. Nam quanam ratione, si quis aperte inimicus, ac non potius dolo usus, adversarium aggrediatur, qui ipse sit simulator, struere possit calamitatem cassibus altius munitam quam ut inclusus exsiliat? Confer v. 350. Pers. 100. πᾶς γάρ τις nuper dedit Hermannus, laudabili conjectura, sed parum necessaria. Idem cum Blomf. Dind. πημονῆς ἀρκύστατ' ἄν, Dind. autem etiam φάρξειεν scripsit. De omisso ἄν vide ad v. 535. πημονῆς Aurati conjectura est, cui substantivum non recte videbatur ἀρκύστατον. Orest. 1420. ἐς ἀρκυστάταν μηχανὰν ἐμπλέκειν. Quanquam substantivi loco sæpius usurpatur, ut Eum. 115. Soph. El. 1476. ἐν μέσοις ἀρκυστάτοις, sc. δικτύοις. Formatur ab ἄρκυς et στατὸς Il. vi. 506, et proprie valet *retibus stativum*, h. e. stativis retibus munitum. Ceterum φράσσειν ὕψος dicitur, ut διδάσκειν τινὰ σοφὸν et similia.

1347. Mihi vero hoc certamen venit, dudum quidem priorem Agamemnonis victoriam respiciens (Angl. *not irrespective of a former victory*), quanquam sero ad finem perductum. Dudum cogitaverat id facinus Regina, quanquam sero nacta est occasionem perficiendi. Confer μνάμων μῆνις τεκνόποινος sup. v. 150. νίκη παλαιὰ de eo tempore dicitur, quo pervicit Agamemno ut Iphigenia mactaretur; opponitur autem recenti ejus victoriæ de Trojanis reportatæ.—νείκης Heathius, et sic Franz. Dind. Herm. alii. Mihi aliquanto aptior videtur νίκη vel propter v. ἀγών.—γε μὴν, *tamen*, ex solito usu.

1350. ἐπ' ἐξειργασμένοις, *cæde confecta.* Vide ad Pers. 529.

1352. ἀμύνεσθαι solus Vict., quem secuti sunt Blomf. Dind. Conington, Herm. Libri ἀμύνασθαι.

1354. περιστοιχίζω plerique libri. Verbum de venando et de indagine proprium bene illustravit Blomf. ex Harpocrat. in v. κατὰ γὰρ τὰς ἐκδρομὰς τῶν θηρίων ὀρθὰ ξύλα ἱστᾶσιν, ἃ καλοῦσι στίχους, ἤγουν στοίχους, etc.—Mox πλοῦτον εἵματος κακὸν dicit, quia plerumque, et quando id fit honoris ergo, pretiosæ vestes regibus circumdantur.

1355. Elmsleii conjecturam οἰμωγμάτοιν pro οἰμώγμασιν recepit Herm. Confusa sunt δακρύοιν, δάκρυσιν, δακρύοις inf. 1526.

μεθῆκεν αὐτοῦ κῶλα· καὶ πεπτωκότι
τρίτην ἐπενδίδωμι, τοῦ κατὰ χθονὸς
Ἅιδου, νεκρῶν σωτῆρος, εὐκταίαν χάριν.
οὕτω τὸν αὑτοῦ θυμὸν ὁρμαίνει πεσών·
κἀκφυσιῶν ὀξεῖαν αἵματος σφαγὴν
βάλλει μ' ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας δρόσου,
χαίρουσαν οὐδὲν ἧσσον ἢ † διοσδότῳ
γάνει σπορητὸς κάλυκος ἐν λοχεύμασιν.
ὡς ὧδ' ἐχόντων, πρέσβος Ἀργείων τόδε,
χαίροιτ' ἄν, εἰ χαίροιτ', ἐγὼ δ' ἐπεύχομαι.
εἰ δ' ἦν † πρεπόντως ὥστ' ἐπισπένδειν νεκρῷ,

Mox αὐτοῦ *illico* valere idem recte monuit. Alii αὑτοῦ.

1357. De vv. τρίτην Σωτῆρι vide sup. 237. Suppl. 26.

1359. θυμὸν ὁρμαίνει *animo æstuat* vertit Blomf. Vide Theb. 389, et ad Pers. 715. Hunc versum non videntur recte intellexisse editores. Hoc dicit: tertium ictum addidi, quia ægre moriebatur, i. e. οὕτω δυσθανατῶν animam efflabat. Confer Od. xi. 423. αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ γαίῃ χεῖρας ἀείρων Βάλλον ἀποθνήσκων περὶ φασγάνῳ· ἡ δὲ κυνῶπις Νοσφίσατ'. Infeliciter Hermannus ὀρυγαίνει dedit, quod verbum ne exstare quidem videtur nisi in Hesych. ὀρυγάνει, ἐρεύγεται. ὁρμαίνειν proprie is dicitur, qui inter duas res dubius hæret: qui ad alteram partem abire gestiens ab altera retinetur: hic autem inter vitam et mortem versatur hominis anima.

1362. διοσδότῳ γάνει Porsonus pro Διὸς νότῳ γᾶν εἰ. γανᾷ Franz., ex Hermanni emendatione hodie ab ipso repudiata. Intellige ἡ σπορητὸς χαίρει, quam gaudent sata cum spica vixdum e culmo provenit; cum λοχεύεται ἡ κάλυξ, *parturit*. In animo habuit poeta Il. xxiii. 597. τοῖο δὲ θυμὸς Ἰάνθη, ὡς εἴ τε περὶ σταχύεσσιν ἐέρση, Ληΐου ἀλδήσκοντος. Anglice vertam: *at the bursting of the sheath*. Proprie dici videtur κάλυξ de spatha sive involucro, *cum coma lactenti spicea fruge tumet*, Propert. iv. ii. 14. Hinc κάλυκες ἔγκαρποι Œd. Tyr. 25. Herod. iii. 100. de Indis: καὶ αὐτοῖσι ἔστι ὅσον κέγχρος τὸ μέγεθος ἐν κάλυκι, αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς γινόμενον, τὸ συλλέγοντες αὐτῇ κάλυκι ἕψουσί τε καὶ σιτέονται. Theophrast. Hist. Plant. Lib. viii. ii. οὐ πρότερον φανερὸς γίνεται (ὁ στάχυς), πρὶν ἂν προαυξηθεὶς ἐν τῇ κάλυκι γένηται, τότε δ' ἡ κύησις φανερὰ διὰ τὸν ὄγκον.

1366. Vulgo πρεπόντων, quod sic interpretatur K.: "Si hæc (cædes libationis instar perpetratæ v. 1356) fiebant ab iis a quibus libatio potius mortuo fundenda est, justus erat hic agendi mos, imo justitiæ defensio." Vereor equidem ut εἰ ἦν πρεπόντων stare possit pro εἰ ἦν τῶν πρεπόντων, h. e. εἰ ἦν πρέπον. Recte videtur Stanleius πρεπόντως reposuisse. Nam sic respondent πρεπόντως et δικαίως, sc. εἰ ἦν πρεπόντως, ἦν ἂν καὶ δικαίως. De structura ἦν ὥστε pro ἐξῆν, confer Hippol. 705. ἀλλ' ἔστι κἀκ τῶνδ' ὥστε σωθῆναι, τέκνον. Dem. p. 375. fin. εἰ ἦν ὥστε ἰδεῖν ἅπαντας. Soph. Phil. 656. ἆρ' ἔστιν ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν; De ως in ων corrupto vide ad Cho. 694. Prom. 647. Quod nuper dedit Herm., εἰ δ' ἦν πρέπον τῷδ' ὥστ' κ.τ.λ., id bonum est et sagaciter inventum; nec tamen præferendum putavi. Ceterum recte in fine v. 1367 interpungitur in ed. Vict. *id factum esset juste, imo justissime.*

τάδ᾽ ἂν δικαίως ἦν, ὑπερδίκως μὲν οὖν·
τοσῶνδε κρατῆρ᾽ ἐν δόμοις κακῶν ὅδε
πλήσας ἀραίων, αὐτὸς ἐκπίνει μολών.
ΧΟ. θαυμάζομέν σου γλῶσσαν, ὡς θρασύστομος,
ἥτις τοιόνδ᾽ ἐπ᾽ ἀνδρὶ κομπάζεις λόγον.
ΚΛ. πειρᾶσθέ μου γυναικὸς ὡς ἀφράσμονος·
ἐγὼ δ᾽ ἀτρέστῳ καρδίᾳ πρὸς εἰδότας
λέγω—σὺ δ᾽ αἰνεῖν εἴτε με ψέγειν θέλεις,
ὅμοιον—οὗτός ἐστιν Ἀγαμέμνων, ἐμὸς
πόσις, νεκρὸς δὲ, τῆσδε δεξιᾶς χερὸς
ἔργον, δικαίας τέκτονος. τάδ᾽ ὧδ᾽ ἔχει.

ΧΟ. τί κακὸν, ὦ γύναι, στροφή.
χθονοτρεφὲς ἐδανὸν, ἢ ποτὸν
πασαμένα †ῥυτᾶς ἐξ ἁλὸς ὄρμενον,
τόδ᾽ ἐπέθου θύος, δημοθρόους τ᾽ ἀρὰς
ἀπέδικες; ἀπέταμες,
†ἀπόπολις δ᾽ ἔσει,
μῖσος ὄβριμον ἀστοῖς.

ΚΛ. νῦν μὲν δικάζεις ἐκ πόλεως φυγὴν ἐμοὶ,

1373. πρὸς εἰδότας interpretatur Hermannus *ut sitis scientes*. Cur vero vim verbis afferamus? Agamemnonem esse certe non nesciebant; sed jactabunda mulier et facinore exultans etiam gnaris id ingerere studet.

1375. ὅμοιον, *perinde est*. Supra v. 244. Thuc. ii. 53. τὸ μὲν ἐν ὁμοίῳ κρίνοντες καὶ μή.

1378. τί φάρμακον, εἴτε βρώσιμον εἴτε πιστὸν (vide ad Prom. 488), sive e terra sive e mari ortum (h. e. solidum ex terra, liquidum ex mari; neque enim de *veneno marino* argutandum) gustavisti, ut hoc sacrificium in te susciperes spretis populi exsecrationibus? θύος ἐπέθου *thus tibi imposuisti* ut victimæ mox mactandæ, Scholef. Conferre potuit Antiphan. ap. Phil. Mus. Cant. i. p. 584. λιβανωτὸς ἐπετέθη. Sed minus recte locum interpretatur, quamquam ipsum illud *thus* nihil nisi θύος esse videtur.

1380. Libri ῥυσᾶς, contra metrum. ῥυτᾶς Stanl. Tum ὄρμενον pro ὀρώμενον vel ὀρώμενον restituit Abresch. ὀρόμενον Canterus. Vide ad Suppl. 416, ubi eadem corruptela est. Sunt autem dochmiaci versus, quos claudit pherecrateus v. 1384.

1382. ἀποτόμως Hermannus, ut sit *populi diras contempsisti præfracte*, collato ἀπότομον λῆμα Alcest. 992. Sed vulgatum ἀπέταμες de occiso viro parum offendit. Idem enim est quod ἐνόσφισας. Cf. Theb. 974.

1383. Libri ἄπολις. ἀπόπολις Hermannus.

καὶ μῖσος ἀστῶν, δημόθρους τ' ἔχειν ἀράς,
οὐδὲν †τότ' ἀνδρὶ τῷδ' ἐναντίον φέρων·
ὃς οὐ προτιμῶν ὡσπερεὶ βοτοῦ μόρον,
μήλων φλεόντων εὐπόκοις νομεύμασιν,
ἔθυσεν αὑτοῦ παῖδα, φιλτάτην ἐμοὶ
ὠδῖν', ἐπῳδὸν Θρῃκίων ἀημάτων.
οὐ τοῦτον ἐκ γῆς τῆσδε χρῆν σ' ἀνδρηλατεῖν,
μιασμάτων ἄποιν'; ἐπήκοος δ' ἐμῶν
ἔργων, δικαστὴς τραχὺς εἶ. λέγω δέ σοι
τοιαῦτ' ἀπειλεῖν, ὡς παρεσκευασμένης
ἐκ τῶν ὁμοίων, χειρὶ νικήσαντ' ἐμοῦ
ἄρχειν· ἐὰν δὲ τοὔμπαλιν κραίνῃ θεός,
γνώσει διδαχθεὶς ὀψὲ γοῦν τὸ σωφρονεῖν.

ΧΟ. μεγαλόμητις εἶ, ἀντιστρ.
περίφρονα δ' ἔλακες, ὥσπερ οὖν
φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαίνεται,
λίπος ἐπ' ὀμμάτων αἵματος †ἐμπρέπειν

1387. Quanquam nullum crimen olim huic viro objiciebas. Libri *οὐδὲν τόδ'*, quod servavit Hermannus, qui *non hoc* vertit, et *τόδε* de sequentibus intelligit. Vix bene Græcum esset *οὐδὲν τόδε*, *nihil tale* significans. Inveni tantummodo Androm. 88. *μηδὲν τοῦτ' ὀνειδίσῃς ἐμοί*, et Med. 153. *μηδὲν τόδε λίσσου*, utrumque sensu imperativo, ut *μηδὲν* pro *μηδαμῶς* accipi possit, sicut inf. 1438. *μηδὲν θανάτου μοῖραν ἐπεύχου*. Sed recte mihi videntur Blomf. Dind. Franz. *οὐδὲν τότ'* recepisse ex Vossii conjectura. Nam *νῦν μὲν* postulat fere antithesin *τότε*, ac sic rectius se habet imperfectum *χρῆν* v. 1392, ubi libri quidem (præter Flor., teste Franz.) *χρή* præbent.

1391. *ἀημάτων* Canterus pro *λημμάτων*.

1393. *ἄποινα*. Accusativus est, ut *ποινὰς* Prom. 575. Alcest. 7. *καί με θητεύειν πατὴρ θνητῷ παρ' ἀνδρὶ, τῶνδ' ἄποιν', ἠνάγκασεν*. Vide sup. ad v. 218.

1395. *ὡς παρεσκευασμένης* (*ἐμοῦ*) *ἄρχειν σε ἐμοῦ ἐκ τῶν ὁμοίων*, h. e. *ἐὰν τὰ αὐτά σοι γένηται ἃ νῦν ἐμοὶ*, sc. *τὸ κράτος*. "*Jubeo te talia minari, ut me parata imperare mihi, qui vicissim me vi vicerit.*" Herm. Simplicius dicere potuit *ὡς ἐμοῦ θελούσης*.

1400. Magna meditaris et superba loqueris, sicut animus cæde delirat, sc. ut cujus animus cædis conscientia perculsus sit. Vide ad v. 1142. Male vulgo post *ἔλακες* plene interpungitur.

1402. Libri *εὖ πρέπειαν τίετον*, vel *εὖ πρέπει ἀντίετον*. *ἀτίετον* Farn., et sic Herm., qui *inultam* reddit. Vide ad v. 686. Verum rectius, opinor, *ἄτιτον* dederunt Dind. Franz. Sententiam bene aperuit Hermannus, qui *ἐμπρέπειν* legendum vidit et ad *ἔλακες* referendum. Verte: *crassi sanguinis maculam nondum expiatam in fronte conspicuam apparere jactasti.* Dixerat enim v. 1361. *βάλλει μ' ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας δρόσου.*

ἄτιτον· ἔτι σε χρὴ
στερομέναν φίλων
τύμμα †τύμματι τῖσαι.

ΚΛ. καὶ τήνδ' ἀκούεις ὁρκίων ἐμῶν θέμιν·
μὰ τὴν τέλειον τῆς ἐμῆς παιδὸς Δίκην,
Ἄτην, Ἐρινύν θ', αἷσι τόνδ' ἔσφαξ' ἐγὼ,
οὔ μοι †φόβον μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖν,
ἕως ἂν αἴθῃ πῦρ ἐφ' ἑστίας ἐμῆς
Αἴγισθος, ὡς τὸ πρόσθεν εὖ φρονῶν ἐμοί.
οὗτος γὰρ ἡμῖν ἀσπὶς οὐ σμικρὰ θράσους.
κεῖται, γυναικὸς τῆσδε λυμαντήριος,
Χρυσηΐδων μείλιγμα τῶν ὑπ' Ἰλίῳ·
ἥ τ' αἰχμάλωτος ἥδε καὶ τερασκόπος,
καὶ κοινόλεκτρος τοῦδε, θεσφατηλόγος
πιστὴ ξύνευνος, †ναυτίλοις δὲ σελμάτων
†ἰσοτριβής. ἄτιμα δ' οὐκ ἐπραξάτην·

1405. τύμματι pro τύμμα Canterus. Absorptum fuit τι propter sequens τῖσαι.

1409. Libri ἐμπατεῖ. ἐμπατεῖν Vict. Illud servarunt Franz. Dind., ut sit, *spes mea non habitat cum timore*, h. e. non habet quod metuat. Qui infinitivum prætulerunt, sic intelligunt: *spes mihi non est me timoris ædes ingressuram.* Utrumque durissime. Equidem φόβον ab Hermanno accepi, non item μέλαθρ' ἄν, quod vix Æschyleum videtur, etsi frequentius μέλαθρα quam μέλαθρον reperiatur, et similem usum ipse attulerit ex Antig. 235. ἐλπίδος —τὸ μὴ παθεῖν ἄν. Recte φόβος dicitur ἐμπατεῖν μέλαθρον, *domum ingredi;* contra autem quod vulgo legitur φόβου μέλαθρον plane exemplo caret.

1413. γυναικὸς τῆσδε, sc. ἐμοῦ. Chryseidum deliciæ contumeliose dicitur Agamemno, tanquam cum pluribus feminis commercium habuerit apud Trojam. In λυμαντήριος pro λυμαντὴρ adeo offendit Hermannus, ut versum hujusmodi excidisse crediderit: ἀνὴρ, θυγατρὸς τῆς ἐμῆς φονεὺς ὅδε. At nihilo rectius sic se haberet sententia; nam sive κεῖται οὗτος intelligas, seu κεῖται ἀνὴρ scribas, eodem redit. Equidem post κεῖται interpunxi. Confer autem Cho. 753. στείχω δ' ἐπ' ἄνδρα τῶνδε λυμαντήριον οἴκων, ubi si per metrum licuisset λυμαντῆρα dicere potuit.

1418. ἰσοτριβὴς Pauwius, Dind. Franz. Herm. pro ἱστοτρίβης, quod cum ναυτίλων σελμάτων constructum duriusculum est, etsi βουθυτεῖν ὗν et similia non plane diversi generis sunt. Quod ego in priore ed. proposui, ναυτίλοις, id nunc recepi, cum Hermannus in eandem conjecturam inciderit, "*nautis æque cum transtris trita.*" Corruptela ejusmodi est quæ supra v. 650. Optime contulit Scholefieldius Juven. vi. 101—2. *Hæc inter nautas et prandet, et errat Per puppim, et duros gaudet tractare rudentes.* Pulcherrimum Propertii locum apposuisse non pigebit, iii. 18. 31. *Unum littus erit sopitis, unaque tecto Arbor, et ex una sæpe bibemus aqua; Et tabula una duos poterit componere amantes, Prora cubile mihi, seu mihi puppis erit.*—ἄτιμα οὐκ ἐπραξάτην, *meritam pœnam perpessi*

ὁ μὲν γὰρ οὕτως· ἡ δέ τοι, κύκνου δίκην,
τὸν ὕστατον μέλψασα θανάσιμον γόον
κεῖται φιλήτωρ †τῷδ᾽, ἐμοὶ δ᾽ ἐπήγαγεν
εὐνῆς παροψώνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς.

ΧΟ. φεῦ, τίς ἂν ἐν τάχει, μὴ περιώδυνος, στρ. ά.
μηδὲ δεμνιοτήρης,
μόλοι τὸν αἰεὶ φέρουσ᾽ ἐν ἡμῖν
μοῖρ᾽ ἀτέλευτον ὕπνον, δαμέντος
φύλακος εὐμενεστάτου,
[καὶ] πολλὰ τλάντος γυναικὸς διαί;
πρὸς γυναικὸς δ᾽ ἀπέφθισεν βίον.
ἰὼ †ἰὼ† παράνους Ἑλένα, στρ. β΄.

sunt. Sic ἔπραξαν ἔνδικα Orest. 538. χαλεπώτατα Thuc. viii. 95. Vide Monk. ad Alcest. 621.

1419. Monendi sunt tirones, ubi de cycni cantu loquuntur antiqui scriptores, non intelligendam esse volucrem nobis familiarem, quæ quidem non canit, sed horribili quodam strepitu crocitare solet. Avis est diversa specie, hodie *cycnus musicus* vocitata, magno et candente corpore, capite luteo, alas in octo fere pedes expandens. Gregatim migrat ad septentrionem, et præteriens dulcissime canit, lyræ vel fidibus similem sonum reddens. Hanc describit Aristot. Hist. An. ix. 12. ᾠδικοὶ δέ, καὶ περὶ τὰς τελευτὰς μάλιστα ᾄδουσιν· (ineptum hoc quidem, et ex poetis sumptum;) ἀναπέτονται γὰρ καὶ εἰς τὸ πέλαγος, καί τινες ἤδη πλέοντες παρὰ τὴν Λιβύην περιέτυχον ἐν τῇ θαλάσσῃ πολλοῖς ᾄδουσι φωνῇ γοώδει, καὶ τούτων ἑώρων ἀποθνήσκοντας ἐνίους. Ælian. Var. Hist. i. xiv. ὅτι δέ εἰσι φιλῳδοί, τοῦτο μὲν ἤδη καὶ τεθρύλληται· ἐγὼ δὲ ᾄδοντος κύκνου οὐκ ἤκουσα, ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλος· πεπίστευται δ᾽ οὖν, ὅτι ᾄδει.—διαβαίνουσι δὲ καὶ πέλαγος, καὶ πέτονται κατὰ θαλάσσης, καὶ αὐτοῖς οὐ κάμνει τὸ πτερόν. Confer Plat. Phæd. p. 85. Scilicet veteribus ipsis non constabat de specie vocalis istius volucris: nam diversa miscere solent.

1421. τῷδ᾽ Hermannus pro vulg. τοῦδ᾽, ex Scholiastæ glossa: ἐκ ψυχῆς φιλουμένη τῷ Ἀγαμέμνονι. Idem ut compositum ex φίλος et ἦτορ, non ex solo φιλεῖν formatum, cum grammatico rectius accepit. Itaque verto: *huic viro etiam morte amata:* nam opponi inter se φιλήτωρ τῷδε et ἐμοὶ παροψώνημα monuit Hermannus.

1422. εὐνῆς παροψώνημα, additamentum adulterii, unam notionem efficit, unde pendeat τῆς ἐμῆς χλιδῆς. παροψωνεῖν, clandestinas dapes comparare; παροψίς, ferculum delicatulum præter cetera appositum. Confert Blomf. Arist. Frag. 236. πάσαις γυναιξὶν ἐξ ἑνός γέ του τρόπου ὥσπερ παροψὶς μοιχὸς ἐσκευασμένος. εὐνῆς de Cassandræ morte, ut κοίταν v. 1471, explicant Well. Klausen. Verum fortasse est χλιδῇ, quod mutatum fuerit ex eodem errore quo sup. v. 938.—εὐχῆς Hermannus; "*voti*, quod ei contigerat Agamemnonem interficere." Quod nec structura simplicius nec sententiæ aptius mihi quidem videtur.

1423. Utinam mors cita, non ea quidem magni doloris nec quæ diu cubare faciat, somnum in nobis afferat qui nullum finem habeat. ἐν ἡμῖν Anglice valet *in our case.* ἐφ᾽ ἡμῖν Hermannus.

1430. Vulgo ἰὼ παρανόμους. παράνους Hermannus. ἰὼ geminavit Blomf. Cly-

μία τὰς πολλάς, τὰς πάνυ πολλὰς
ψυχὰς ὀλέσασ᾽ ὑπὸ Τροίᾳ,
* * * *
νῦν δὲ τελείαν [στρ. γ΄.]
πολύμναστον ἐπηνθίσω
δι᾽ αἷμ᾽ ἄνιπτον
ἥτις ἦν τότ᾽ ἐν δόμοις
ἔρις ἐρίδματος, ἀνδρὸς οἰζύς.

ΚΛ. μηδὲν θανάτου μοῖραν ἐπεύχου, στρ. δ΄.
τοῖσδε βαρυνθείς·
μηδ᾽ εἰς Ἑλένην κότον ἐκτρέψῃς,
ὡς ἀνδρολέτειρ᾽, ὡς μία πολλῶν
ἀνδρῶν ψυχὰς Δαναῶν ὀλέσασ᾽,
ἀξύστατον ἄλγος ἔπραξεν.

tæmnestræ anapæstica, quæ inter hæc *κομματικὰ* usque ad v. 1554 leguntur, utrum antithetice ordinanda sint necne, non adeo apertum est. Fieri quidem id potest, feceruntque Hermannus, alii, sed ut quædam redundare, quædam deesse putent ubi integra videtur sententia. Difficilior est quæstio de vv. 1433—7, et inf. 1525—7, quæ ut nunc in libris leguntur antistrophica non habent; quanquam hæc ipsa, etsi satis longo intervallo disjunguntur, nec nisi violenta mutatione in eosdem pedes redigi possunt, sibi respondere putat Hermannus, quem sequuti sunt Franz. Dind., lacunæ signum post vv. *νῦν δὲ τελείαν* ponentes, quasi plures interciderint anapæsti quos exciperent vv. 1519—1524. Malui ut in re prorsus incerta vulgata repræsentare, quæ corrupta quidem sunt, sed certis indiciis carere videntur quibus in pristinam formam hodie restitui possint.

1433. *νῦν δὴ* conjicias pro *νῦν δέ*, nam *ἐπηνθίσω* non ad Clytæmnestram, sed ad Helenam refertur, ut patet ex Reginæ responso v. 1440—3, ubi istud *ἄλγος ἔπραξεν* parem continet sententiam. *ἐπανθίζεσθαι* est habere aliquid in te, vel tui gratia, rursus efflorescens; sed utrum ad *ἔριν* an ad *τέλειον αἷμα* pertineat non liquet. Omiserunt *δι᾽* ante *αἷμα* Well. Dind. Franz. Herm. Verba *ἥτις ἦν* v. 1436 Hermanno inepte intrusa videntur. Mihi tota clausula usque ad *ἔρις* suspecta est. Locum sic refinxit Hermannus: *ἢ πολύμναστον ἐπηνθίσω αἷμ᾽ ἄνιπτον, | στᾶσα τότ᾽ ἐν δόμοισιν | ἐρίδματός τις ἀνδρὸς οἰζύς*, sc. *gravis domitrix viri calamitas.* Quibus respondent vv. 1525—7. Non optime se habet correpta *ῡ* in *πολύμναστον.* Quid si hoc verbum loco lacunoso ascriptum fuit? Ita restitui possit metrum legendo *νῦν δὲ τέλειον ἐπηνθίσω αἷμ᾽ ἄνιπτον, | ἦν δὲ τότ᾽ ἐν δόμοισιν | ἐρίδματός τις ἀνδρὸς οἰζύς.*

1438. *μηδὲν ἐπεύχου*, noli tibi mortem imprecari. Respicit ad v. 1423, et in sequentibus ad v. 1430.

1443. *ἀξύστατον*, cum quo non aliud componi et comparari potest. Quod *non coit*, h. e. sanari potest, explicat Conington, nimis curiose. Eo obscurior fit sententia, quia perdita sunt nonnulla post v. 1432, quibus hæc respondebant.

ΧΟ. δαῖμον, ὃς ἐμπίτνεις δώμασι καὶ †διφυί- ἀντ. α΄.
οισι Τανταλίδαισιν,
κράτος †τ'† ἰσόψυχον ἐκ γυναικῶν
καρδιόδηκτον ἐμοὶ κρατύνεις.
ἐπὶ δὲ σώματος, δίκαν
[μοι] κόρακος ἐχθροῦ, σταθεὶς ἐκνόμως
ὕμνον ὑμνεῖν ἐπεύχεται * *

ΚΛ. νῦν δ' ὤρθωσας στόματος γνώμην, ἀντ. δ΄.
τὸν τριπάχυιον
δαίμονα γέννης τῆσδε κικλήσκων·
ἐκ τοῦ γὰρ ἔρως αἱματολοιχὸς
νείρᾳ τρέφεται· πρὶν καταλῆξαι

1445. Vulgo *διφυεῖσι*. Æolicam formam restituit Hermannus. *φυίω* autem servatur in Etym. M. p. 254.

1447. *καρδιόδηκτον* Abresch. pro *καρδίᾳ δηκτόν*. Sententiam sic explicuit Hermannus: "*O infeste deus, qui irruis in domum et duplices Tantalidas, victoriamque gubernas parilis animi a mulieribus* (Helena et Clytæmnestra) *cor mihi mordentem.*" *κράτος κρατύνεις* equidem non *victoriam gubernas*, sed *imperium tenes, exerces*, vertere soleo. Hoc enim dicere videtur: qui nunc per mulieres non minorem in domum Atridarum potentiam habes quam per viros. Confer *γυναικὸς ἀνδρόβουλον κέαρ* sup. v. 11. Nam vivente adhuc Helena occisus est Agamemno, Od. iii. 194. iv. 121. Itaque utriusque viri uxorem memorat, ita tamen, ut præcipue in animo habeat superbam ac pervicacem Clytæmnestræ indolem. Ceterum per *καρδιόδηκτον ἐμοὶ* non aliud significat chorus, quam odiosam sibi esse *γυναικοκρατίαν*.

1450. Desunt duæ syllabæ in fine versus. *δόμοις* supplevit Butlerus, *μύσος* Hermannus, qui *κήρυκος* pro *μοι κόρακος* tentavit. Fingitur autem malus ille genius, qui Clytæmnestram impulerit ad interficiendum maritum, cadaveri insultare ut corvus, male ominatam crocitans cantilenam. Sed *σταθεῖσ'* probabiliter dederunt Blomf. Dind. Franz. Herm.

1451. Nunc demum recte dixisti, cum hujus domus malum genium nominasti; ex eo enim cupido sanguinis in præcordiis (sc. et in me et in aliis ejusdem familiæ, Atreum dicit,) alitur, ut cædes cædem continuo excipiat.—*τριπάχυιον* quid significet ignoratur. *τριπάλαιον* Blomf. *τριπάχυντον* Franz. Herm. post Bamberger. Vulgatum si sanum est, Æolice formatum videtur a *παχὺς*, et *prægravem* significat.

1455. Libri *νείρει*, quod antique scriptum pro *νείρῃ* accipi potest. Id autem contractum ex *νεάρᾳ*, *νειάρᾳ*, sc. *γαστρὶ*, ex Homero sumptum est, Il. v. 539. 616. *νηδυῖ* Franz., H. L. Ahrens. ut solet secutus; et sic scripturum fuisse poetam suspicatur Herm., si uterum vel viscera dicere voluisset. Sed mirare criticorum principem, qui modo damnaverat *τριπάχυιον*, *νείρει* dativum esse "ignoti adhuc vocabuli *νεῖρος*, quod intimum locum significaverit," docentem. Quod laudat ille ex Lycophron. 896. *ἐν χθονὸς νειροῖς μυχοῖς*, non aliud esse videtur quam *νεαροῖς*. Nam ex *νέος*, *νέαρος*, *νέατος*, novum adjectivum *νεαρὸς* in usum venit, ex eadem analogia qua *senior*, *junior* etc. comparandi notionem fere amittere solent. *νέαρος* autem pariter atque *νέατος*, ut sæpe Romanorum *novissimus*, de spatio ponitur, et *ἔσχατος*, *ultimus*,

τὸ παλαιὸν ἄχος, νέος ἴχωρ.

ΧΟ. ἦ μέγαν † οἴκοις τοῖσδε — στρ. ε΄.
δαίμονα καὶ βαρύμηνιν αἰνεῖς,
φεῦ, φεῦ, κακὸν αἶνον ἀτηρᾶς τύχας ἀκορέστου.
ἰὼ, ἰὴ, διαὶ Διὸς
παναιτίου, πανεργέτα·
τί γὰρ βροτοῖς ἄνευ Διὸς
τελεῖται; τί τῶνδ᾽
οὐ θεόκραντόν ἐστιν;
ἰὼ ἰὼ, — στρ. ϛ΄.
βασιλεῦ, βασιλεῦ, πῶς σε δακρύσω;
φρενὸς ἐκ φιλίας τί ποτ᾽ εἴπω;
κεῖσαι δ᾽ ἀράχνης ἐν ὑφάσματι τῷδ᾽
ἀσεβεῖ θανάτῳ βίον ἐκπνέων.
ὤ μοί μοι, κοίταν τάνδ᾽ ἀνελεύθερον, — στρ. ζ΄.
δολίῳ μόρῳ δαμεὶς
ἐκ χερὸς ἀμφιτόμῳ βελέμνῳ.

ΚΛ. αὐχεῖς εἶναι τόδε τοὔργον ἐμόν. — στρ. η΄.
μὴ δ᾽ ἐπιλεχθῇς

valet. Sed substantivum fuisse *τὸ νέαρος, νεάρους, νείρους*, ego quidem non facile credam. Imo *νεαρὸς* in *νειαρὸς*, ac tum demum in *νειρὸς* mutatum est, omissa brevi *ᾰ*, fere ut *ἀνέρος* in *ἀνδρὸς*, *πατέρος* in *πατρὸς* transiit. Longior forma *νείαιρος* ex duplicata *ρ*, *νείαρρος*, profluxit. Confer Œd. Col. 475. *οἰὸς νεαρᾶς νεοπόκῳ μαλλῷ λαβών.* Eadem est ratio quæ *ᾰ* in *Ἄρης* interdum producitur.

1457. Versus non integer, neque enim respondet antistrophico 1482. *ἢ μέγα τοῖσδε δόμοις αἵμονα* etc. dedit Franz. *ἢ μέγα δώμασι τοῖσδ᾽* Herm., cui *αἵμονα* debetur. Sed nec placet *μέγα αἵμων*, *valde cruentatus*, et *δαίμων* ad v. 1453 pertinere videtur. Mihi *οἴκοις τοῖσδε* ex interpretamento pro *ἐν γενεᾷ* vel *ἐκ γενεᾶς*, quod ipsum habet gloss. Farn. ad istum versum, irrepsisse videtur.

1459. *κακὸν αἶνον αἰνεῖς, malam mentionem facis.*

1471. *κοίταν.* Accusativus a præcedente *κεῖσαι* pendet, quod monuit Well. Vide ad v. 1497.

1474. *αὐχεῖς, confidenter affirmas.—μὴ ἐπιλέχθῃς* in v. seq. si sanum est, quod negat Hermannus, *μηκέτι λεχθῇ δ᾽* scribens, necesse est pro *ἐπιλέξῃ* accipiamus, etsi passiva vox non alibi istum significatum, qui mediæ est, induit. Vide Baehr. ad Herod. i. 78. iii. 65. Hesych. *ἐπιλεγόμενος· ἐπιλογιζόμενος.* Sed nec credibile est recte sic dici; et nescio an rectius *ἐπιλέξῃς* dederit Franz. Fortasse *μὴ δ᾽ ἐπενεχθῇς, ne inveharis.*

Ἀγαμεμνονίαν εἶναί μ' ἄλοχον.
φανταζόμενος δὲ γυναικὶ νεκροῦ
τοῦδ' ὁ παλαιὸς δριμὺς ἀλάστωρ
Ἀτρέως, χαλεποῦ θοινατῆρος,
τόνδ' ἀπέτισεν,
τέλεον νεαροῖς ἐπιθύσας.

ΧΟ. ὡς μὲν ἀναίτιος εἶ ἀντ. ε΄.
τοῦδε φόνου, τίς ὁ μαρτυρήσων;
πῶ; πῶ; πατρόθεν δὲ συλλήπτωρ γένοιτ' ἂν ἀλάστωρ.
βιάζεται δ' ὁμοσπόροις
ἐπιρροαῖσιν αἱμάτων
μέλας Ἄρης, ὅποι † δίκαν
προβαίνων πάχνᾳ
κουροβόρῳ παρέξει.
ἰὼ, ἰὼ, ἀντ. ϛ΄.
βασιλεῦ, βασιλεῦ, πῶς σε δακρύσω;
φρενὸς ἐκ φιλίας τί ποτ' εἴπω;
κεῖσαι δ' ἀράχνης ἐν ὑφάσματι τῷδ'
ἀσεβεῖ θανάτῳ βίον ἐκπνέων.
ὤ μοί μοι, κοίταν τάνδ' ἀνελεύθερον, ἀντ. ζ΄.
δολίῳ μόρῳ δαμεὶς

1477. φανταζόμενος. Sententiam si consideras, idem valere quod Homericum εἰσάμενος, εἰδόμενος, statues, sc. *specie ejus assumpta.* Est proprie, *ita se offerre alicui ut per formam agnoscatur;* tum *similem se præbere.*

1480. τόνδ' ἀπέτισεν, *ut debitum solvit;* nam ipse Agamemno quasi pretium est, adultus pro Thyestæ liberis oblatus. Recte hunc locum jam ante Hermannum explicaverat Conington. Parum refert, νεαροῖς cum ἀπέτισεν, quod fecit Herm., an cum ἐπιθύσας construas.

1485. "Hesychius πῶ, ποῦ, ὅθεν, ὁπόθεν. Δωριεῖς. Significat *qua ratione.* Rectius Etym. M. p. 773. 18, πόθεν interpretatur." Herm. Notum est compositum πώμαλα, *nullo modo.* Ex Sicilia fortasse reportavit Æschylus.

1488. δίκαν pro δὲ καὶ Butl. Scholef. Hermannus: "ὅποι δὲ καὶ προβαίνων idem est atque ὅποι δ' ἂν καὶ προβῇ. Sensus est, *et quoquo progrediens nativoro cruori eas exhibebit,* scilicet ὁμοσπόρους ἐπιρροὰς αἱμάτων." Quod probabunt alii. Ego sic accipio: continua consanguineorum cæde eo adigit hanc familiam Ares, quo demum quando quis pervenerit, pœnas solvet pro cæsis Thyestæ liberis. Innuit jam aliam cædem (sc. Clytæmnestræ) imminere, antequam exhausta sit ex domo omne malum quod a nefandis Thyestæ epulis originem habuit. πάχνη κουρόβορος est concretus sanguis comesorum infantium. Confer παιδοβόροι μόχθοι Cho. 1057.

1497. Metrum idem est quod supra

ἐκ χερὸς ἀμφιτόμῳ βελέμνῳ.

ΚΛ. [οὔτ' ἀνελεύθερον οἶμαι θάνατον
τῷδε γενέσθαι,]
οὐδὲ γὰρ οὗτος δολίαν ἄτην ἀντ. η΄.
οἴκοισιν ἔθηκ';
ἀλλ' ἐμὸν ἐκ τοῦδ' ἔρνος ἀερθέν,
τὴν πολυκλαύτην Ἰφιγένειάν τ'
†ἄξια δράσας, ἄξια πάσχων,
μηδὲν ἐν Ἅιδου μεγαλαυχείτω,
ξιφοδηλήτῳ
θανάτῳ τίσας ἅπερ ἦρξεν.

ΧΟ. ἀμηχανῶ, φροντίδος στερηθεὶς στρ. θ΄.
εὐπάλαμον μέριμναν,

v. 452. Sed fortasse legendum est ἢ δολίῳ μόρῳ δάμῃς, ut Theb. 604. πληγεὶς θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ δάμῃ. Ceterum ἀνελεύθερον, *homine libero indignum*, cum δουλίῳ μόρῳ, *servili morte*, magis congruere non inepte aliquis judicet. Nam hoc ipsum Cho. 470 conqueritur Orestes, cum dicit πάτερ, τρόποισιν οὐ τυραννικοῖς θανών. Et δούλιον ἄτην legendum putabat Dobræus: cujus conjecturam prorsus absurdam vocat Hermannus. Vereor hodie ne recte judicaverit, quanquam olim δουλίῳ et δούλιον ipse libenter recepi. Recte etiam videtur idem cum Dind. Franz. vv. 1499, 1500, ut insititios damnavisse. Nam etiamsi quis dubitet de eorum ratione, qui vv. 1501—7 antistrophica ad vv. 1474—81 faciunt, et οὔτε pro οὐκ jure suspectum, et hiatus post γενέσθαι satis incommodus est. His autem versibus omissis, istud γὰρ in v. 1501, quod ad proxime præcedens ἀνελεύθερον necessario pertinebat, ac sic δούλιον quodammodo postulabat, jam ad δολίῳ relatum eodem jure δολίαν ἄτην, quod in libris legitur, servandum indicat.

1504. Libri τὴν πολύκλαυτόν τ' Ἰφιγένειαν ἀνάξια δράσας. Ἰφιγένειαν omittere vult Elmsl. ad Med. 807. Ἰφιγενείαν ἄξια δράσας Dind., sc. digna pro quibus ipse similia pateretur; ἄξια ἀξίων δραμάτων πάσχων, Herm. Confer v. 516, et vide ad Suppl. 397. ἄξια etiam Franz. Herm., quorum hic τῆς πολυκλαύτης Ἰφιγενείας, ille τὴν πολυκλαύτην παῖδ' Ἰφιγόνην edidit. Mihi neque ᾱξια hoc sensu usurpatum nec producta ᾱν in Ἰφιγενείαν placet, cum mox brevis sit ᾰ in nominativo v. 1532. Itaque cum constet corruptum esse ἀνάξια, id non pro ἄξια irrepsisse, sed aliud quid extrusisse crediderim, quale ἀσεβῆ vel ἔκδικα. Sed vel sic, id quod nunc faciendum putavi, τε post Ἰφιγένειαν ponendum erit.

1509. ἀμηχανῶ μέριμναν, ut supr. v. 1148. Eccles. 665, per se non malum est; sed rectius, opinor, στερηθεὶς φροντίδος μέριμναν jungit Hermannus (si recte mentem ejus capio), collato πλούτου κτῆσιν ἐστερημένῃ Soph. El. 959. Idem ἀπάλαμον, quo ducere credit librorum scripturam εὐπάλαμνον, scilicet quia notior librariis forma fuit ἀπάλαμνον. Ingeniose; nam in verbis istius mensuræ solebant grammatici literam interserere, ut in ἀκόρετος, ἀδάματος etc., pro quibus semper fere ἀκόρεστος, ἀδάμαστος scribebant.

ὅπα τράπωμαι, πίτνοντος οἴκου.
δέδοικα δ' ὄμβρου κτύπον δομοσφαλῆ
τὸν αἱματηρόν· ψεκὰς δὲ λήγει.
δίκην δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα †θηγάνει βλάβης
πρὸς ἄλλαις θηγάναισι Μοῖρα.
ἰὼ γᾶ, γᾶ, εἴθε μ' ἐδέξω, ἀντ. β'.
πρὶν τόνδ' ἐπιδεῖν ἀργυροτοίχου
δροίτας κατέχοντα χαμεύναν.
τίς ὁ θάψων νιν, τίς ὁ θρηνήσων;
ἦ σὺ τόδ' ἔρξαι
τλήσει, κτείνασ' ἄνδρα τὸν αὑτῆς
ἀποκωκῦσαι, †ψυχῇ τ' ἄχαριν
χάριν ἀντ' ἔργων
μεγάλων ἀδίκως ἐπικρᾶναι;
τίς δ' †ἐπιτύμβιον αἶνον ἐπ' ἀνδρὶ θείῳ [ἀντ. γ'.]
ξὺν δακρύοις ἰάπτων
ἀληθείᾳ φρενῶν πονήσει;

ΚΛ. οὐ σὲ προσήκει τὸ μέλημα λέγειν στρ. ι'.
τοῦτο· πρὸς ἡμῶν
κάππεσε, κάτθανε, καὶ καταθάψομεν,
οὐχ ὑπὸ κλαυθμῶν τῶν ἐξ οἴκων,

1511. Anglice converte, *I fear the noise of the shower of blood; for it no longer falls in drops.* Vereor ne cædes fiat non per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo et velut uno ictu totam domum exhauriat. Confer Œd. Col. 1251. ἀστακτὶ λείβων δάκρυον, i. e. non guttatim, sed copioso flumine. Apoll. Rhod. iii. 805, de lacrymis: τὰ δ' ἔρρεεν ἀσταγὲς αὔτως. Cf. Plat. Phæd. p. 117. C.

1513. Libri δίκη et θήγει. Correxerunt Auratus et Hermannus. πρᾶγμα βλάβης, non, quod ego feceram, θηγάναις βλάβης, jungenda recte monuit Conington.

1516. Optime statuit Hermannus εἴθε μ' ἐδέξω, non εἴθ' ἔμ' ἐδέξω, hic scribendum esse. Hoc enim significare, velle chorum ut ipse pro Agamemnone obiisset.

1522. Hic quoque libenter sequor Hermannum, ψυχῇ τ' pro ψυχὴν scribentem. Ad ἀποκωκῦσαι facile intelligitur αὐτόν. Vulgo post ψυχὴν interpungitur; quo fit ut nexu careat infinitivus ἐπικρᾶναι.

1525. Librorum scripturam ἐπιτύμβιος αἶνος servavit Hermannus, qui vere monuit ἰάπτειν interdum intransitive usurpari. Vide sup. ad v. 1143. Suppl. 541. At πονήσει de laudatore, non de ipsa laudatione dicendum fuit. ἰάπτων est τοξεύων, quasi *jaciens in eum.* Vide ad Suppl. 1044. ἐπὶ ut supra 354. Theb. 539.

1531. Post hunc versum duos intercidisse putant Blomf. Dind. Franz. Herm., qui vv. 1544—54 huic loco respondere putant. Quod ad sententiam, nihil deesse videtur.

ἀλλ' Ἰφιγένειά νιν ἀσπασίως
θυγατὴρ, ὡς χρὴ,
πατέρ' ἀντιάσασα πρὸς ὠκύπορον
πόρθμευμ' ἀχέων,
περὶ † χεῖρε βαλοῦσα φιλήσει.

ΧΟ. ὄνειδος ἥκει τόδ' ἀντ' ὀνείδους· ἀντ. θ'.
δύσμαχα δ' ἐστὶ κρῖναι.
φέρει φέροντ', ἐκτίνει δ' ὁ καίνων.
μίμνει δὲ, μίμνοντος ἐν χρόνῳ Διὸς,
παθεῖν τὸν ἔρξαντα· θέσμιον γάρ·
τίς ἂν γονὰν † ἀραῖον ἐκβάλοι δόμων;
κεκόλληται γένος πρὸς † ἄτᾳ.

ΚΛ. εἰς τόνδ' ἐνέβης ξὺν ἀληθείᾳ ἀντ. ι.

1536. χεῖρε Porsonus pro χεῖρα. Cf. Od. xi. 211.

1537. Sensus est: in hac re cernitur lex talionis, quæ jubet παθεῖν τὸν ἔρξαντα. Cf. Cho. 301. ἀντὶ μὲν ἐχθρᾶς γλώσσης ἐχθρὰ γλῶσσα τελείσθω, quod hic dicitur ὄνειδος ἀντ' ὀνείδους.—φέρει φέροντ', sc. qui bonis spoliatus est invicem grassatur in spoliatorem. Qui denique occiderit aliquem, pœnam luit; ergo (sic enim colligit) Clytæmnestræ debetur pœna commissi sceleris. Hanc autem generalem sententiam quoniam tecte et per ambages exprimit chorus, recte addit, δύσμαχα δ' ἐστὶ κρῖναι, quamvis quid sentiam difficile sit interpretari. Ex solito more loquendi dicere potuit, ἥκει τόδε, τὸ "ὄνειδος ἀντ' ὀνείδους."

1540. ἐν χρόνῳ, sc. hæc lex manet quamdiu manebit Zeus. ἐν θρόνῳ dedit Herm. ex Schützii conjectura, quæ mihi inutilis videtur.

1541. Post θέσμιον γὰρ recte interpungunt Dind. Franz. Herm. Idem ego olim faciendum monui. Verte, *sic enim lege constitutum.*

1542. ἀραῖον pro ῥᾶον Hermannus. Tum πρὸς ἄτᾳ Blomf. pro προσάψαι, + (h. e. ψ) in T mutata. Similiter ὅ σε θρέψας ex ὅσ' ἐρωτᾷς extricavi Suppl. 856.—γονὴ ἀραῖος est *proles exsecrationum* (cf. v. 729), sc. mala ex Thyestæ imprecatione, v. 1579, orta. Quis, inquit, eam prolem, domum semel admissam, ejecerit? Nam ita hæc familia quasi affixa est ad calamitatem, ut liberari nequeat. Miror equidem Hermannum de tam simplice et aperta sententia dubitantem, et προσόψει scribentem, cum jam γονὰν ἀραῖον, quanquam a se emendatum, perverse intellexisset. "Confirmans chorus quod dixerat, non pellendam domo fuisse et neci tradendam filiam, graviter addit, prolem aspectu cum parentibus esse conjunctam."

1544. Libri ἐνέβη. ἐνέβης Canterus, et sic Dind. Franz. Herm. Fortasse tamen verius esset χρησμὸς, quod voluit Pearsonus, sc. in hunc virum revera cecidit prædicti fati eventus, sc. παθεῖν τὸν ἔρξαντα. Nam de se ipsa, non de Agamemnone, dictum esse v. 1541, simulat se non intellexisse. χρησμὸς de divina lege accipiendum, ut τριγέρων μῦθος de eadem ab hominibus enunciata Cho. 306.

χρησμόν· ἐγὼ δ' οὖν
ἐθέλω, δαίμονι τῷ Πλεισθενιδᾶν
ὅρκους θεμένη, τάδε μὲν στέργειν,
δύστλητά περ ὄνθ'· ὃ δὲ λοιπὸν, ἰόντ'
ἐκ τῶνδε δόμων ἄλλην γενεὰν
τρίβειν θανάτοις αὐθένταισιν.
κτεάνων τε μέρος
βαιὸν ἐχούσῃ πᾶν ἀπόχρη † τάσδ'
ἀλληλοφόνους
μανίας μελάθρων ἀφελούσῃ.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

ὦ φέγγος εὖφρον ἡμέρας δικηφόρου·
φαίην ἂν ἤδη νῦν βροτῶν τιμαόρους
θεοὺς ἄνωθεν γῆς ἐποπτεύειν ἄχη,
ἰδὼν ὑφαντοῖς ἐν πέπλοις Ἐρινύων
τὸν ἄνδρα τόνδε κείμενον φίλως ἐμοὶ,
χερὸς πατρῴας ἐκτίνοντα μηχανάς.
Ἀτρεὺς γὰρ ἄρχων τῆσδε γῆς, τούτου πατὴρ,
πατέρα Θυέστην τὸν ἐμὸν, ὡς τορῶς φράσαι,
αὐτοῦ τ' ἀδελφὸν, ἀμφίλεκτος ὢν κράτει,
ἠνδρηλάτησεν ἐκ πόλεώς τε καὶ δόμων.
καὶ προστρόπαιος ἑστίας μολὼν πάλιν

1548. ὃ δὲ λοιπὸν, quod vero ab illo superest præstandum; quod ad alteram pacti conditionem. Paciscitur Clytæmnestra, ipsam in præsentibus acquiescere, dummodo malus genius in aliam domum migret, quam domesticis cædibus exhauriat.

1552. Libri ἀπόχρη μοι δ'. Optime videtur τάσδ' ab Hermanno restitutum esse. κἀλληλοφόνους Canterus, Blomf. Dind. μανίας μελάθρων ἀλληλοφόνους Franz. ex conject. Erfurdt. Sententia est: perpauca mihi sufficiunt habenti, si modo domesticarum cædium insanam hanc cupiditatem, quæ in domo regnat, sustulero. Sentire nunc tandem incipit, felicem esse vel paupertatem præ conscientia facinoris: ipsius autem conscientiæ stimulos sic compescere studet, quasi utile fuerit familiæ se jam finem cædibus imposuisse.

1557. ἄγη Herm. alii, ex conj. Aurati. Sed ἄχη non semel apud Æschylum *scelera* significare videntur.

1560. χερὸς πατρῴας μηχανὰς, Atrei nefandum facinus.

1562. ὡς τορῶς φράσαι, ut totam rem ab initio ordine pandam; ut nihil omittam quod pertineat ad narrationis perspicuitatem.

1563. αὐτοῦ δ' ἀδελφὸν Elmsl. ad Med. 940, et sic Franz.—ἀμφίλεκτος ὢν κράτει, quasi *in dubium vocatus de imperio* a fratre Thyesta.

τλήμων Θυέστης μοῖραν εὗρετ᾽ ἀσφαλῆ,
τὸ μὴ θανὼν πατρῷον αἱμάξαι πέδον
αὐτοῦ· ξένια δὲ τοῦδε δύσθεος πατὴρ
Ἀτρεὺς, προθύμως μᾶλλον ἢ φίλως, πατρὶ
τῷ 'μῷ, κρεουργὸν ἦμαρ εὐθύμως ἄγειν
δοκῶν, παρέσχε δαῖτα παιδείων κρεῶν.
τὰ μὲν ποδήρη καὶ χερῶν ἄκρους κτένας
†ἔκρυπτ᾽ ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθήμενος·
ἄσημα δ᾽ αὐτῶν αὐτίκ᾽ ἀγνοίᾳ λαβὼν
ἔσθει βορὰν ἄσωτον, ὡς ὁρᾷς, γένει.
κἄπειτ᾽ ἐπιγνοὺς ἔργον οὐ καταίσιον,
ᾤμωξεν, ἀμπίπτει δ᾽ ἀπὸ σφαγῆς †ἐμῶν·
μόρον δ᾽ ἄφερτον Πελοπίδαις ἐπεύχεται,
λάκτισμα δείπνου ξυνδίκως τιθεὶς †ἀρὰν,

1568. αὐτοῦ, *illic:* cf. v. 439. ξένια autem ἐπεξηγητικῶς ad δαῖτα pertinet. τοῦδε πατὴρ junge, ut modo τούτου πατὴρ v. 1561. Post πέδον plene interpungunt Dind. Herm., quorum hic ἀστοξένια scripsit, quoniam Thyestes fuit ἀστόξενος eo sensu qui ad Suppl. 350 illustratur. Equidem id verum esse nondum confido.

1570. κρεουργὸν ἦμαρ, *festum diem.* Confer βούθυτον ἦμαρ Cho. 253. Scilicet plebs carnem gustare non solebat nisi siquando oblata esset visceratio.—παιδείων, ut solemniter de carne βόεια, χοίρεια etc. Cf. v. 1213.

1573. Libri ἔθρυπτ᾽, quod non aliter intelligi potest quam ut appositis puerorum membris ipse fregerit ac dempserit ea, quæ humanam esse carnem primo aspectu indicassent. Sed recte videtur Herm. ἔκρυπτ᾽ emendasse. Nam locus plane gemellus est Herod. i. 119. παρετιθέατο—πλὴν κεφαλῆς τε καὶ ἄκρων χειρῶν τε καὶ ποδῶν, τἆλλα πάντα. Quæ seposita ac *celata* Harpago postea ostendebantur, si forte filium agnosceret. θρύπτειν vero proprie est *contundere, frangendo comminuere,* nec nisi de mandendo recte locum haberet. Idem mox καθημένοις ἄσημ᾽· ὃ δ᾽ αὐτῶν κ.τ.λ., et sic v. 1574 interpungunt Dind. Franz. Equidem vulgata verto, *seorsum superius sedens* (Angl. *at the head of the table*). ὑποκάτω κατακλίνεσθαι, et ἔσχατος κατακεῖσθαι, sic dicuntur convivæ, Plat. Symp. p. 175. C. et 222. ult. ἄνωθεν pro ἄνω, ut Thuc. ii. 52. fin. οἱ μὲν ἐπιθέντες τὸν ἑαυτῶν νεκρὸν ὑφῆπτον, οἱ δὲ καιομένου ἄλλου ἄνωθεν ἐπιβαλόντες ὃν φέροιεν ἀπήεσαν. Sed nescio an verum sit ἄπωθεν, sc. *seposita celabat.*—ἀνδρακὰς est χωρὶς, interprete Suida.

1574. Ille vero (Thyestes) nihil doli suspicatus (αὐτίκα), sumpsit nonnulla ex iis (sc. παιδείων κρεῶν), quæ ut elixa et condita agnosci non poterant, et sic comedit cibum familiæ perniciosum. Ipsum cor gustasse traditur: cf. v. 1192. Cic. Tusc. Dis. iv. § 77.

1576. Cujus rei quum postea conscius factus esset (ἐπιγνοὺς), cum gravi ejulatu resiliit vomens a nefandis epulis.—ἂν πίπτει et ἐρῶν libri. Correxerunt Canterus et Auratus.

1579. ἀρὰν Hermannus, quod ego quoque legendum perspexeram, ignarus sic olim emendasse Abreschium. Nam aperte hoc dicit: *mensæ subversionem faciens imprecationem, fore ut eodem modo periret tota Pleisthenis domus.* Non verbis, sed

οὕτως ὀλέσθαι πᾶν τὸ Πλεισθένους γένος.
ἐκ τῶνδέ σοι πεσόντα τόνδ᾽ ἰδεῖν πάρα.
κἀγὼ δίκαιος τοῦδε τοῦ φόνου ῥαφεύς·
τρίτον γὰρ ὄντα μ᾽ ἐπὶ δέκ᾽ ἀθλίῳ πατρὶ
ξυνεξελαύνει τυτθὸν ὄντ᾽ ἐν σπαργάνοις·
τραφέντα δ᾽ αὖθις ἡ δίκη κατήγαγε.
καὶ τοῦδε τἀνδρὸς ἡψάμην θυραῖος ὤν,
πᾶσαν ξυνάψας μηχανὴν δυσβουλίας.
οὕτω καλὸν δὴ καὶ τὸ κατθανεῖν ἐμοί,
ἰδόντα τοῦτον τῆς δίκης ἐν ἕρκεσιν.
ΧΟ. Αἴγισθ᾽, ὑβρίζειν ἐν κακοῖσιν οὐ σέβω.
σὺ δ᾽ ἄνδρα τόνδε φὴς ἑκὼν κατακτανεῖν,
μόνος δ᾽ ἔποικτον τόνδε βουλεῦσαι φόνον.
οὔ φημ᾽ ἀλύξειν ἐν δίκῃ τὸ σὸν κάρα
δημορριφεῖς, σάφ᾽ ἴσθι, λευσίμους ἀράς.
ΑΙ. σὺ ταῦτα φωνεῖς νερτέρᾳ προσήμενος

actione id significavit; proprie enim et mensa et domus *ἀνατραπῆναι* dicuntur. Libri autem *ἀρᾷ* vel *ἐρᾷ*. Bene comparavit Blomf. Ovid. Met. vi. 661. *Thracius ingenti mensas clamore repellit.* *ξυνδίκως*, "*communiter, communi justitia*, pertinet ad *πᾶν τὸ Πλεισθένους γένος*." Herm.

1580. *ὀλέσθαι* Porsonus pro *ὀλέσθη*. Cf. v. 1156.—*Πλεισθένους*, quia secundum Schol. ad Il. ii. 249, et ad Orest. 5, quos laudat Butlerus apud Peile, Atridæ revera erant Pleisthenis filii, qui juvenis moriens eos patri suo Atreo educandos reliquit; unde v. 1561 Atreus pater eorum dicitur. Græca attulit Hermannus ad v. 1536.

1586. *θυραῖος ὤν*, e longinquo, utpote exul. Sententia est: etiam cum exularem, et ante reditum, dolos in hunc hominem struxeram.—*ξυνεξελαύνει*, sc. Atreus. Cf. v. 1564.

1588. *κατθανεῖν*, h. e. si ita visum erit populo; quod fatum mox innuitur v. 1594.

1590. Non eum probo qui commisso scelere gaudet et insolentem se præstat: id quod tu facis cum dicis te consulto et quidem solum fuisse cædis auctorem. Confer Antig. 482. *ὕβρις δ᾽, ἐπεὶ δέδρακεν, ἥδε δευτέρα, τούτοις ἐπαυχεῖν καὶ δεδρακυῖαν γελᾶν.* Ajac. 1151. *ἐν κακοῖς ὕβριζε.*

1593. *οὔ φημ᾽ ἀλύξειν* valet *certo incidet*, ita ut recte *ἐν δίκῃ* et *σάφ᾽ ἴσθι* inferatur. Hermanno ante hunc versus deesse videtur, scilicet quia nescio quam antitheticam rationem in hoc colloquio reperisse sibi visus est.

1595. Hanc *ῥῆσιν* ad Clytæmnestram pertinere putat Blomf. Sed magis hæc conveniunt personæ ignavi hominis, subjectis acerbe minantis, quam vere regio mulieris ingenio.—Tu vero, inquit, hæc mihi dicere ausus es? Tu, qui tantum *θαλαμίτης* es et inferior, mihi qui *ζυγίτης* sum et superior? Ordo remigum, *θρανιτῶν*, *ζυγιτῶν*, *θαλαμιτῶν*, hic respicitur. Horum primi videntur maximum fuisse momentum in propellenda triremi; secundi autem majus quam tertii; quare pluris æstimabantur et majus stipendium merebant. Ceterum hoc loco *τῶν θρανιτῶν* mentionem facere non necessarium erat (nisi cum Blomf. credamus cæsum Agamemnonem ut *θρανίτην* respici), quia tertius tanto inferior est se-

κώπῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός;
γνώσει, γέρων ὤν, ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ
τῷ τηλικούτῳ, σωφρονεῖν εἰρημένον.
δεσμὸς δὲ καὶ τὸ γῆρας αἵ τε νήστιδες
δύαι διδάσκειν ἐξοχώταται φρενῶν
ἰατρομάντεις. οὐχ ὁρᾷς ὁρῶν τάδε;
πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ παίσας μογῇς.
ΧΟ. γύναι, σὺ †τοῦδ᾿ ἥκοντος ἐκ μάχης νέον
οἰκουρὸς εὐνὴν ἀνδρὸς αἰσχύνουσ᾿ ἅμα
ἀνδρὶ στρατηγῷ τόνδ᾿ ἐβούλευσας μόρον.
ΑΙ. καὶ ταῦτα τἄπη κλαυμάτων ἀρχηγενῆ.
᾿Ορφεῖ δὲ γλῶσσαν τὴν ἐναντίαν ἔχεις·
ὁ μὲν γὰρ ἦγε πάντ᾿ ἀπὸ φθογγῆς χαρᾷ,
σὺ δ᾿ ἐξορίνας †νηπίοις ὑλάγμασιν
ἄξει· κρατηθεὶς δ᾿ ἡμερώτερος φανεῖ.
ΧΟ. ὡς δὴ σύ μοι τύραννος ᾿Αργείων ἔσει,

cundo, quanto secundus est primo; quare satis recte se habet comparatio. De imagine cf. Phœn. 74. ἐπεὶ δ᾿ ἐπὶ ζυγοῖς καθέζετ᾿ ἀρχῆς. Ion. 595. ἢν δ᾿ ἐς τὸ πρῶτον πόλεος ὁρμηθεὶς ζυγὸν ζητῶ τις εἶναι.

1598. εἰρημένον absolute ponitur, ut sæpe δέον, δόξαν etc., *postquam ei præceptum sit.* Cf. Thucyd. v. 30. τὸ τηλικούτῳ σωφρονεῖν εἰρημένον Herm., quod vulgato multo durius videtur.

1600. καὶ τὸ γῆρας διδάσκειν, "vel senectutem, cui molestius et difficilius est discere." Klausen.

1602. Libri πήσας, quod analogiæ congruum putat Hermannus. At repugnat analogiæ utrumque fuisse aoristum, et ἔπησα et ἔπαθον, nisi eo jure quo ἔστησα et ἔστην, ἔβησα et ἔβην etc. Nam πάσχω pro πάθ-σκω ponitur; πάθω vel πήθω si olim fuit, futurum πήσω (cf. πείσομαι) et ἔπησα non probabile est habuisse, nisi hoc sensu, *facere ut quis patiatur.* παίσας habet schol. ad Pind. Pyth. ii. ad fin. Intellige τὸν πόδα πρὸς κέντροις. πταίσας Butl. Pors., quod metaphoræ minus congruit. Aliud enim est πταίσας τῷδε πρὸς κακῷ Prom. 947. *si ad hoc malum offenderit.* Confer de proverbio Pind. Pyth. ii. 174. Prom. 331.

1603. Post hunc versum excidisse quædam verisimile videtur. Libri enim τοὺς ἥκοντας, quod cum non posse ex οἰκουρὸς pendere, ut putant Well. Franz. Conington, recte monuerit Hermannus, vel cum eo et Dindorfio (1851) Stanleii emendatio τοῦδ᾿ ἥκοντος amplectenda est, vel quod ego olim feci, lacunæ signum ponendum. Ceterum οἰκουρὸς εὐνὴν ἅμα αἰσχύνουσα sic intellige: αἰσχύνουσα ἐν τῷ οἰκουρεῖν, *absente marito.* Nam commissæ οἰκουρίας fidem rumpere vel gravius delictum habebatur.—Vulgo autem interrogatio est ad finem v. 1605. Sed multo fortius est sceleris eam arguere, quam interrogare an fecerit.

1608. Sententia est: Orpheus mulcendo duxit, tu latrando et irritando persuadere inepte cupis. ἄξει mediæ vocis est, *tibi ducturus es.* Recte, opinor, Peile, Conington, Herm. Jacobi conjecturam νηπίοις pro ἠπίοις receperunt.

1611. Quasi vero tu rex Argivorum

ὃς †οὐδ' ἐπειδὴ τῷδ' ἐβούλευσας μόρον
δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως.
ΑΙ. τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς·
ἐγὼ δ' ὕποπτος ἐχθρὸς ἢ παλαιγενής.
ἐκ τῶν δὲ τοῦδε χρημάτων πειράσομαι
ἄρχειν πολιτῶν· τὸν δὲ μὴ πειθάνορα
ζεύξω βαρείαις οὔτι μὴ σειραφόρον
κριθῶντα πῶλον· ἀλλ' ὁ δυσφιλὴς †σκότῳ
λιμὸς ξύνοικος μαλθακόν σφ' ἐπόψεται.
ΧΟ. τί δὴ τὸν ἄνδρα τόνδ' ἀπὸ ψυχῆς κακῆς
οὐκ αὐτὸς ἠνάριζες, ἀλλὰ σὺν γυνὴ,
χώρας μίασμα καὶ θεῶν ἐγχωρίων,
ἔκτειν'; Ὀρέστης ἆρά που βλέπει φάος,
ὅπως κατελθὼν δεῦρο πρευμενεῖ τύχῃ
ἀμφοῖν γένηται τοῖνδε παγκρατὴς φονεύς;
ΑΙ. ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τάδ' ἔρδειν †κοὐ λέγειν, γνώσει τάχα.

* * * * * *

ΑΙ. εἶα δὴ, φίλοι λοχῖται, τοὔργον οὐχ ἑκὰς τόδε.

unquam futurus sis! Eur. Herc. Fur. 1407. *ὡς δή τί φίλτρον τοῦτ' ἔχων ῥάων ἔσει;* Œd. Col. 809. *ὡς δὴ σὺ βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις.*

1612. Libri ὃς *οὐκ*. Duplex negatio aliquatenus defenditur collato Trach. 1014. *οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἀποτρέψει;* quod laudavit K. Sed recte me puto ὃς *οὐδ'* scripsisse, *ne tum quidem cum* etc. Confer Pers. 431. *κακῶν δὲ πλῆθος οὐδ' ἂν εἰ δέκ' ἤματα στιχηγοροίην οὐκ ἂν ἐκπλήσαιμί σοι*, et quæ ibi a me allata sunt.

1618. *τὸν μὴ πειθάνορα οὐ μὴ ζεύξω ὡς σειραφόρον, ἀλλ' ὑπὸ ζυγῷ βαρείαις* (*ζεύγλαις*). Hac structura utitur poeta cum velit dicere *ζεύξω οὔ τι σειραφόρον*. Verbo postponitur negatio ut v. 904, ubi non *μὴ εἴπῃς παρὰ γνώμην*, sed *εἰπὲ μὴ παρὰ γνώμην* dixit.—*οὔτι μοι* Pauwius, Pors. Dind. Blomf.

1619. *σκότῳ* pro *κότῳ* Auratus.

1621. *τί δή*, sc. si vera ac non ficta potius audacia hæc in nos effutis, *γυνὴ καὶ συνελάβετο τοῦ φόνου, ἀλλ' οὐκ αὐτὸς ἔκτεινας*; Chori objurgationi v. 1613 nondum satis respondet Ægisthus: quare idem nunc repetitur interrogative. Vides nihil curare Argivos Ægisthi minas, ac plane imperium ejus recusare.—*σοι γυνὴ* Franz. *νιν γυνὴ* Heath. Blomf. Dind. Herm. Mihi *αὐτὸς*, *solus*, et *σὺν*, *alio juvante*, recte sibi opponi videntur. Nam etsi illa revera eum occidit, tamen particeps fuit facinoris cum Ægistho.

1626. *ἀμφοῖν τοῖνδε.* "Loquitur coryphæus aversus ab Ægistho, conversus autem ad alterum hemichorium. Alioquin non *τοῖνδε*, sed *ὑμῖν* diceret." Herm.

1627. *γνώσει τάχα.* Vide ad Cho. 297. Recte mihi videtur Hermannus *κοὐ λέγειν* pro *καὶ λέγειν* reposuisse. "*At quoniam factis non dictis pugnaturus videris.*" De *καὶ* et *κοὐ* confusis vide ad Suppl. 291.—*τάδε*, *hac in re.* Vide ad Suppl. 396.

1628. *λοχῖται.* Ægisthi satellites, Cho.

ΧΟ. εἶα δή, ξίφος πρόκωπον πᾶς τις εὐτρεπιζέτω.
ΑΙ. ἀλλὰ κἀγὼ μὴν πρόκωπος οὐκ ἀναίνομαι θανεῖν.
ΧΟ. δεχομένοις λέγεις θανεῖν σε· τὴν τύχην δ' †αἱρούμεθα.
ΚΛ. μηδαμῶς, ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, ἄλλα δράσωμεν κακά·
ἀλλὰ καὶ τάδ' ἐξαμῆσαι πολλὰ δύστηνον θέρος·
πημονῆς δ' ἅλις γ' ὑπάρχει· μηδὲν †αἱματώμεθα.
στεῖχε †καὶ σὺ χοἱ γέροντες πρὸς δόμους πεπρωμένους,
πρὶν παθεῖν ἔρξαντες· †ἀρκεῖν χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν.
εἰ δέ τοι μόχθων γένοιτο τῶνδ' ἅλις, †δεχοίμεθ' ἄν,
δαίμονος χολῇ βαρείᾳ δυστυχῶς πεπληγμένοι.
ὧδ' ἔχει λόγος γυναικός, εἴ τις ἀξιοῖ μαθεῖν.

757. Vulgo hic versus Choro tribuitur, tanquam sic appellatus sit quia in modum militaris λόχου dispositus steterit: vide *Theatre of the Greeks*, cap. ii. § 1. Hinc ἴδετε παρθένων ἱκέσιον λόχον Theb. 106. Sed rectius Ægistho tribuunt Franz. Herm. lacunæ signo apposito.

1631. δεχομένοις. Nobis omen accipientibus, quod inest verbis tuis οὐκ ἀναίνομαι θανεῖν. Libri autem ἐρούμεθα. Verum videtur αἱρούμεθα, quod ex Aurati conjectura receperunt Dind. Franz. Herm. Sic enim τύχην ἑλεῖν, *fortunam experiri*, Suppl. 374. De αι et ε confusis vide ibid. ad v. 940. Et hæc ipsa corruptela ἔρεισθε pro αἱρεῖσθαι vel αἵρεσθαι, in libris est Suppl. 927. Olim minus recte ἐρώμεθα cum Schütz. Blomf. edidi, sc. *fortunam interrogemus*, ut ἐξιστορῆσαι μοῖραν Theb. 501, quanquam Photius eam formam agnoscit: ἐρώμεθα, ἐρωτήσωμεν.

1633. θέρος Schützius pro ὁ ἔρως, quod vix est literulam mutare. Contulit Pors. Eur. Frag. Inûs xiii. ἔπειτ' ἄμασθε τῶνδε δύστηνον θέρος. Hermanno hic locus sic vertendus videtur: "*sed hæc quoque satis multa sunt, ut inde tristem messem metamus;*" sc. ἀλλὰ καὶ τάδε πολλά ἐστιν, ἐξαμῆσαι etc.

1634. Libri ὕπαρχε et ἡματώμεθα. Correxit Auratus.

1635. Libri στείχετε δ' οἱ γέροντες, addito in fine versus τούσδε. στείχετ' ἤδη δ' οἱ γέροντες Pors. Blomf., quos olim ego secutus sum. Nunc malui Hermannum et Franzium sequi.—δόμοι πεπρωμένοι ii sunt quos fatum voluit Argivos senes sub arbitrio et potentia Ægisthi obtinere; simul autem (monente Hermanno) regia domus Ægistho propria et destinata innuitur.

1636. Libri καιρόν. Inter ἀρκεῖν, quæ Hermanni conjectura est, et αἰνεῖν quod a Lobeckio recepit Franz., difficile est eligere. Illud librorum scripturæ propius accedit.

1637. Libri ἐχοίμεθ' ἄν. Legendum esse δεχοίμεθ' ἂν ego jam in ed. priore perspexeram, et sic Franz. Herm. Hic vero etiam εἰ δ' ἔτ' οὐ μόχθων etc. scripsit, et locum sic vertit: *sin nondum satis est hisce malis, accipiemus, dei si nos gravis ira infortunio plectet.* Mihi non satis liquet recte se habere istud οὐ. Nam si arcte cum ἅλις cohæreret, conjunctim etiam scribendum fuit οὐχ ἅλις. Sententiam hanc esse credo: si satis horum malorum commissum sit, nobis jam in iis acquiescendum est; h. e. si sic diis placitum ut hic subsistat cædes, contenti nos erimus.

1638. χηλῇ Farn. Ven., quæ non spernenda lectio est. Hermannus: "videtur monachi esse cui imago diaboli obversabatur." At non modo monachi, sed ipse etiam Æschylus de dæmone hominibus insiliente cogitare solebat; vide Pers. 518. 895. Eum. 347. Vulgatum tamen servavi, etsi χόλος potius quam χολή uti malunt tragici.

ΑΙ. ἀλλὰ τούσδ' ἐμοὶ ματαίαν γλῶσσαν ὧδ' ἀπανθίσαι,
κἀκβαλεῖν ἔπη τοιαῦτα, δαίμονος πειρωμένους,
σώφρονος γνώμης δ' ἁμαρτεῖν, τὸν κρατοῦντά †θ' ὑβρίσαι.†
ΧΟ. οὐκ ἂν Ἀργείων τόδ' εἴη, φῶτα προσσαίνειν κακόν.
ΑΙ. ἀλλ' ἐγώ σ' ἐν ὑστέραισιν ἡμέραις μέτειμ' ἔτι.
ΧΟ. οὐκ, ἐὰν δαίμων Ὀρέστην δεῦρ' ἀπευθύνῃ μολεῖν.
ΑΙ. οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους.
ΧΟ. πρᾶσσε, πιαίνου, μιαίνων τὴν δίκην· ἐπεὶ πάρα.
ΑΙ. ἴσθι μοι δώσων ἄποινα τῆσδε μωρίας χάριν.
ΧΟ. κόμπασον θαρσῶν, ἀλέκτωρ ὥστε θηλείας πέλας.
ΚΛ. μὴ προτιμήσῃς ματαίων τῶνδ' ὑλαγμάτων· ἐγὼ
καὶ σὺ θήσομεν κρατοῦντε τῶνδε δωμάτων καλῶς.

1640. *τούσδε μοι* cum libris Herm. *τούσδ' ἐμοὶ* Stanl. Blomf. Franz., quod hodie præfero. *At vero hosce temere et audacter talia in me convicia decerpere!* —Mox *δαίμονος* Casaub. pro *δαίμονας*. Cho. 504. *δαίμονος πειρώμενος*.

1642. Desunt verba *θ' ὑβρίσαι* a libris. *λοιδορεῖν* supplevit margo Askevianus: alii alia tentaverunt. Sed omnium audacissime Hermannus hunc versum post v. 1633 transtulit, et *αἶσχος μέγα* in fine addidit. Clytæmnestræ tribuit Franz., cui *αἶσχος φέρει* deesse videtur.

1647. *πρᾶσσε*. Vide ad v. 1261.

1650—1. Desunt *ἐγὼ* et *καλῶς* in libris, sed utrumque servavit Scholiasta recentior. Hermannus: "Facit Clytæmnestra finem tragœdiæ, quoniam chorus, cujus alias hoc officium esse solet, susceptis hac in scena actoris partibus non recte potuit ad perorandum adhiberi. Ad id aptior erat Clytæmnestra, quæ nunc quidem, postquam explevit suum in Agamemnonem odium, vacuum motu animum habens, idonea videbatur ad componendam rixam quæ est inter Ægisthum et chorum exorta." Ægre se continet Regina, dum chori *παρρησίαν* arroganter et superbe vocat *μάταια ὑλάγματα*, hortaturque Ægisthum ut opibus ac potentia fisus illorum convicia contemnat.

INDEX.

FINIS.

EXCUDEBANT GILBERT ET RIVINGTON, LONDINI,
IN VICO DICTO ST. JOHN'S SQUARE.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΧΟΗΦΟΡΟΙ.

ÆSCHYLI CHOEPHORI.

RECENSUIT ET BREVI ANNOTATIONE INSTRUXIT

FREDERICUS A. PALEY, M.A.

COLL. DIV. JOH. CANT.

CANTABRIGIÆ:

APUD J. ET J. J. DEIGHTON.

TYPIS ACADEMICIS.

M.DCCC.XLV.

ΧΟΗΦΟΡΟΙ.

ARGUMENTUM[1]

CHOEPHORARUM,

A STANLEIO CONSCRIPTUM.

Orestes jussu Oraculi una cum Pylade Argos reversus, tumulum patris sui Agamemnonis invisit; ubi virginum cœtui Clytæmnestræ famularum occurrit, quas illa somnio exterrita, consultis conjectoribus, ad placandos manes mariti cum inferiis miserat. His adjunxerat se soror ejus Electra; cui Orestes per varia indicia innotescit. Ab iis totam rem edoctus, regias ædes accedit, viatorem se fingens e Phocide Dauliensem, qui obiter mandata acceperat Orestis mortem parentibus ejus nunciandi. Ægisthum, hoc ut audiat lubenter egressum, derepente interficit; cujus clamore evocata Clytæmnestra, et pro vita sua apologia brevi usa, a filio suo interemta est. Hac patrata cæde, maternis furiis agitatus Orestes Delphos profugit.

Scena Fabulæ Argis constituitur: Chorus autem constat ex Virginibus cum inferiis ad tumulum Agamemnonis profectis. Titulus Tragœdiæ Choephoræ.

[1] Hoc argumentum post Blomf. ego quoque recepi, posthabito illo quod Græce conscripserat nescio quis, valde ineleganter. Scholef.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ΧΟΡΟΣ ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΩΝ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ΤΡΟΦΟΣ.

ΟΙΚΕΤΗΣ.

ΧΟΗΦΟΡΟΙ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἑρμῆ χθόνιε, πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη,
σωτὴρ γενοῦ μοι ξύμμαχός τ' αἰτουμένῳ·
ἥκω γὰρ εἰς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι.
τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ τῷδε κηρύσσω πατρὶ
κλύειν, ἀκοῦσαι * * * *
* * * * * * * *
* * πλόκαμον Ἰνάχῳ θρεπτήριον·
τὸν δεύτερον δὲ τόνδε πενθητήριον
* * * * * * * *

1. Excidit prima pars prologi, amissis ex archetypo codice duobus fortasse foliis, in quibus etiam scriptum erat Argumentum, unde factum est ut in veteribus libris continuaretur Choephori fabula sub nomine Agamemnonis. Id vero accidisse vel ante ætatem Hesychii (Sæc. VI.) propterea conjicere licet, quod ille vocem γονίας, Cho. 1056. tanquam ex Agamemnone laudat. Distinguendas esse duas fabulas primus intellexit Robortellus, A.D. 1552. Ex Arist. Ran. 1126. 1172. et Schol. ad Pind. Pyth. IV. 145. aliquot versus excerpserunt Viri Docti; sed plures abesse probabiliter putaverunt qui comparant Agamemnonis et Eumenidum prologos.

ib. πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη, qui jussa patris curas et exsequeris, ut διάκτορος et πομπαῖος. Vocem κράτη significare *jussa, imperia*, non satis perspexerunt Interpp. Vide ad Suppl. 431. Perperam vertisse puto Peile: *looking on me with the might of your father.* Herod. III. 53. δυνατὸς τὰ πρήγματα ἐπορᾶν τε καὶ διέπειν.

5. κλύειν, ἀκοῦσαι, non est ταυτόλογον: hoc enim, præsertim in aoristo, significat *auscultare*, sc. mente concipere et comprehendere; illud, auribus tantum audire. Sic Prom. 456. κλύοντες οὐκ ἤκουον. Cf. inf. v. 49.

τί χρῆμα λεύσσω; τίς ποθ' ἥδ' ὁμήγυρις
στείχει γυναικῶν, φάρεσιν μελαγχίμοις
πρέπουσα; ποίᾳ ξυμφορᾷ προσεικάσω;
πότερα δόμοισι πῆμα προσκυρεῖ νέον;
ἢ πατρὶ τῷ 'μῷ τάσδ' ἐπεικάσας τύχω
χοὰς φερούσας νερτέροις μειλίγμασιν;
οὐδέν ποτ' ἄλλο· καὶ γὰρ Ἠλέκτραν δοκῶ
στείχειν, ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν, πένθει λυγρῷ
πρέπουσαν. ὦ Ζεῦ, δός με τίσασθαι μόρον
πατρὸς, γενοῦ δὲ ξύμμαχος θέλων ἐμοί.
Πυλάδη, σταθῶμεν ἐκποδὼν, ὡς ἂν σαφῶς
μάθω γυναικῶν ἥτις ἥδε προστροπή.

ΧΟΡΟΣ.

ἰαλτὸς ἐκ δόμων ἔβαν στρ. ά.
χοὰς πρόπομπος ὀξύχειρι σὺν κτύπῳ. 21
πρέπει παρῇς φοινίοις ἀμυγμοῖς,
ὄνυχος ἄλοκι νεοτόμῳ·
δι' αἰῶνος δ' ἰυγμοῖσι βόσκεται κέαρ·

11. πῆμα optimi libri. πτῶμα vulgo. Utrumne nova calamitas domibus accidit, an recte dixerim has mulieres patri meo afferre libationes? μειλίγματα Blomf. sed dativum intellige; quæ sint νέρτερα μειλίγματα, pro placamentis inferorum; quæ offerantur ut placamenta. Citat Well. similem usum Thucyd. VI. 33. Ἀθηναῖοι ἐφ' ἡμᾶς ὥρμηνται—πρόφασιν μὲν Ἐγεσταίων ξυμμαχίᾳ καὶ Λεοντίνων κατοικίσει. Adde III. 82. init. ξυμμαχίας ἅμα ἑκατέροις τῇ τῶν ἐναντίων κακώσει. Sed vereor ne verum viderit Bl. neque enim obscura est causa cur dativum invexerint librarii. Vide ad Eum. 461.

21. χοὰς libri, quod pendet a πρόπομπος quasi esset προπέμπουσ', nisi revera id scripsit poeta. Corrigunt χοᾶν et χοᾶς. Sic σφαλερὰ κῶλα τανυδρόμοις Eum. 349.—ἔβην libri.

22. φοινισσαμυγμοῖς Med. quod emendavit Stanl. C in O mutata.—ὄνυξιν ἀλοκίζειν Eur. Suppl. 826.

λινοφθόροι δ' ὑφασμάτων
λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσιν,
πρόστερνοι στολμοὶ πέπλων ἀγελάστοις
ξυμφοραῖς πεπληγμένων.
τορὸς γὰρ ὀρθόθριξ φόβος, ἀντ. ά.
δόμων ὀνειρόμαντις, ἐξ ὕπνου κότον
πνέων, ἀωρόνυκτον ἀμβόαμα
μυχόθεν ἔλακε, περὶ φόβῳ
γυναικείοισιν ἐν δώμασιν βαρὺς πίτνων·
κριταὶ † δὲ † τῶνδ' ὀνειράτων
θεόθεν ἔλακον ὑπέγγυοι,
μέμφεσθαι τοὺς γᾶς νέρθεν περιθύμως,
τοῖς κτανοῦσί τ' ἐγκοτεῖν.
τοιάνδε χάριν † ἀχάριτον, ἀπότροπον κακῶν, στρ. β'.
(ἰὼ γαῖα μαῖα,) μωμένα μ' ἰάλλει

27. πρόστερνοι στολμοὶ πέπλων, sinus pallii in pectore collecti. Cf. Pers. 1039.

29. Libri φόβος ὀρθόθριξ, contra metrum. Confer verba similiter transposita Ag. 1116. Eum. 245. —τορὸς, *penetrabilis*, ut διατόρος φόβος Prom. 188. Ag. 26. δόμων ὀνειρόμαντις, qui domibus vaticinatur per somnia.—κότον πνέων Eum. 804. inf. 939. Verte, *somno spirans vindictam*. περὶ φόβῳ durius infertur, præcedente φόβος v. 29. ut ἀρχαίῳ περὶ τάρβει Pers. 692. ἀμφὶ τάρβει inf. 538. Legendum videtur περιφόβως, ut ὀργᾷ περιόργως Ag. 209. Sed fortasse dicitur φόβος πίτνειν βαρὺς περὶ φόβῳ, (ut περὶ λίθον πεσὼν Ach. 1180. περὶ ἐμῷ κάρᾳ Æsch. frag. 166.) *timor super timorem*, quo certe tendit v. βαρύς. Eurip. Frag. Phaethont. I.50. βαρὺν βαρεῖα φόβον ἔπεμψεν οἴκοις.

33. γυναικεῖα δώματα sunt Clytæmnestræ thalami, quibus immittebatur insomnium. Confer inf. 515. seq.—ἀμβόαμα, inf. v. 526.

35. θεόθεν ὑπέγγυοι, ἐκ θεῶν ἠγγυημένοι, sc. τὰ ἀληθῆ κρῖναι.—οἱ γᾶς νέρθεν, interfectus Agamemno; οἱ κτανόντες, Clytæmnestra; more vaticinantium indefinite enuntiati per pluralem numerum.

38. Libri ἄχαριν. Sic ἄχαριν χάριν Ag. 1522. Iph. Taur. 566. Metro consulitur corrigendo ἀχάριτον, quod admisit Peile ex conjectura Elmsleii ad Œd. Col. 836.

δύσθεος γυνά· φοβοῦμαι δ' ἔπος τόδ' ἐκβαλεῖν·
τί γὰρ λύτρον πεσόντος αἵματος πέδῳ;
ἰὼ πάνοιζυς ἑστία,
ἰὼ κατασκαφαὶ δόμων.
ἀνάλιοι βροτοστυγεῖς
δνόφοι καλύπτουσιν δόμους,
δεσποτᾶν θανάτοισι.
σέβας δ' ἄμαχον, ἀδάματον, ἀπόλεμον τὸ πρὶν, ἀντ. β'.
δι' ὤτων φρενός τε δαμίας περαῖνον,
νῦν ἀφίσταται. φοβεῖται δέ τις. τὸ δ' εὐτυχεῖν,

40. ἔπος τόδε, intellige preces quas Electræ mandaverit Clytæmnestra super tumulo dicendas. Minime, ut docet Schol., verba δύσθεος γυνά. Cf. inf. 85. Spectat præcipue ad vv. ἀπότροπον κακῶν. Quid enim, inquit, remedium est sanguinis semel effusi? Vide ad Ag. 978. λυγρὸν libri, λύτρον Canterus. Id unum in ejus emendatione relinquitur dubium, an prior syllaba corripi possit. Cf. Pind. Ol. VII. 141.

49. δι' ὤτων φρενός τε περαῖνον, omnino ut dicitur κλύειν ἀκοῦσαι sup. v. 5. Cf. v. 442. Theb. 25. Sensus est, cujus imperium vulgi animos quasi penetravit et perculit.— περαῖνον, sc. τὴν ὁδόν, ut dicitur ἀνύτειν absolute, Ag. 1092. Soph. Antig. 805. Œd. Col. 1560. Vesp. 369.

50. φοβεῖται δέ τις, κ.τ.λ. *et sunt qui metuant: sed tamen omnia mortales postponunt felicitati.* Confer Eur. Hel. 560. Sensus est: sunt qui ob commissi sceleris, quo adepti sint magnam fortunam (τὸ εὐτυχεῖν), conscientiam torqueantur, et metuant vindictam; sed tamen nihil non audent homines ut votorum compotes fiant; i.e. contemnunt metum præ rebus prosperis. Pergit: at nihilominus justitia parum negligit scelestos, hos in diurna luce, alios circa diluculum, alios non ante noctem, i.e. serius aut citius consecuta. Philosophica sententia exornat rem per se satis simplicem. Sed admodum incerta est scriptura. Libri enim habent δίκαν, τοῖς μέν, χρονίζοντ' εὔχῃ βρύει. Ac δίκης et τοὺς μὲν servavit Scholiasta; sed quid velit sibi istud εὔχῃ nemo explanare potuit. Quibusdam videtur depravatum ex glossemate ἄχη. Fateor mihi videri Hermannum non admodum feliciter operam navasse, quum omiserit εὔχῃ, retinuerit βρύει, quod ex v. 61. inepte huc immigrasse veri multo similius est. Ipse mutavi Є in C, et χρονίζοντ' ἀσυχῇ ex χρονίζοντα

τόδ' ἐν βροτοῖς θεός τε καὶ θεοῦ πλέον.
ῥοπὰ δ' ἐπισκοπεῖ Δίκας
ταχεῖα τοὺς μὲν ἐν φάει,
τὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ σκότου
μένει χρονίζονθ' †ἄσυχᾶ,
τοὺς δ' ἄκραντος ἔχει νύξ.
δι' αἵματ' ἐκποθένθ' ὑπὸ χθονὸς τροφοῦ στρ. δ'.
τίτας φόνος πέπαγεν οὐ διαρρύδαν.
διαλγὴς ἄτα διαφέρει
τὸν αἴτιον †τᾶς† παναρκέος νόσου [βρύειν].
[τοὺς δ' ἄκραντος ἔχει νύξ.]

εὔχη effeci. Sic sensus evadit satis perspicuus: alia autem (crimina) diu manent inobservata inter φάος et σκότον, sc. donec quis provectior ætate sit. μένει χρονίζοντα prorsus ut χρονίζον εὖ μενεῖ Ag. 820. Qui interpretantur ἐν μεταιχμίῳ μένει *in media vi*, pro *in medio imperio noctis*, eos nulla usquam difficultas debet morari.

53. ἐπισκήπτει Jacobs., probabiliter, cum vulgata δίκαν, τοῖς μὲν, et in v. 43. πανοιζὺς (ultima longa) ita servari possint. Verum suspicor ῥοπὰν δ' ἐπισκήπτει Δίκα, collato τάλαντα βρίσας Pers. 348.

57. ἄκραντος. *nox infinita* K. cum Schol. αἰώνιος θάνατος. Corruptum putat Dind. qui ἄκρατος reponi jubet. *Impracticable night*, Peile; sc. cum non amplius est tempus agendi, aut occasio pœnitentiæ.

58. τίτης, τιμωρός, Schol.—οὐ διαρρύδην, ita ut elui nequeat. Fusum sanguinem hominis injuste occisi nullo modo evanidum fieri putabant Græci; et idem hodieque a quibusdam creditur.—ἐκποθένθ' Schütz. pro ἐκποθέν.

61. Libri παναρκέτας νόσου βρύειν. παναρκέτας vox nihili est; corruptum, ut puto, ex τᾶς παναρκέος, quod reposui, cum et sensui et metro antistrophæ satisfaciat. παναρκὴς est, qui ἀρκεῖ ἐς πάντα χρόνον, in omne tempus durat. Sic διήρκεσεν, Theb. 838. βρύειν autem ejecit Hermannus.—διαφέρει, quod explicat Schol. διασπαράσσει, verterim potius *huc illuc agitat*, sc. *requiescere non sinit*, fere ut Eur. Suppl. 382. 717. Notum est *differre* Romanorum pro *infamem reddere*, ut Propert. I. IV. 22. *Et te circum omnes alias irata puellas Differet.* Confer Pind. Pyth. XI. 60. Sensus est, auctores cædis, quæ in posteros etiam duratura est, agit sceleris conscientia.

† θιγόντι δ' οὔτι νυμφικῶν ἑδωλίων ἀντ. δ'.
ἄκος, πόροι τε πάντες ἐκ μιᾶς ὁδοῦ
† προβαίνοντες τὸν χερομυσῆ
φόνον καθαίροντες † ἴᾶσιν μάταν.
ἐμοὶ δ' (ἀνάγκαν γὰρ ἀμφίπτολιν ἐπῳδός.
θεοὶ προσήνεγκαν· ἐκ γὰρ οἴκων
πατρῴων δουλίαν ἔσᾱγον αἶσαν,)
δίκαια καὶ μὴ δίκαια
† πρέποντ' ἀρχαῖς βίου
βίᾳ φερομένων αἰνέσαι, πικρὸν φρενῶν
στύγος κρατούσῃ.
δακρύω δ' ὑφ' εἱμάτων ματαίοις
δεσποτᾶν τύχαις, κρυφαίοις

62. Libri οἴγοντι. O in Θ mutare in tam corrupto carmine levissimum est remedium duriusculæ sententiæ. Confer πωλικῶν ἑδωλίων Theb. 450.

65. ἰοῦσαν ἄτην omnes libri, quod verum esse potuit ut ἰόντα φόνον Œd. Col. 1771. si per metrum et sensum liceret. At structura non expeditur nisi in v. ἰοῦσαν latet verbum aliquod, sive cum Scaligero id fuisse ἔλουσαν statuamus, seu cum Heathio reponere malimus ῥέουσιν. Videor mihi probabiliter conjecisse ἴᾶσιν, nam intransitive sic usurpatur ἱέναι Od. XI. 239. VII. 130, subaudito scil. ὕδωρ. προβαίνοντες dedi pro vulg. βαίνοντες, ut metrum cum strophico v. congrueret. Cf. ποταμὸς προρέων Il. V. 598. Sed tamen suspecta sunt duo participia βαίνοντες καθαίροντες.

66. ἀνάγκη ἀμφίπτολις est servitutis conditio quæ totam urbem comprehendit, cui tota urbs dedita est. Nam chorus compositus est ex captivis Trojæ mulieribus.—δούλιον libri contra metrum, quod antispasticum est.

70. Verba πρέποντ' ἀρχαῖς βίου sana esse non credo, nec explicare conabor. Intelligunt interpretes vel *fata quæ vitam dirigunt*, vel *originem vitæ*. Schol. πρέποντά μοι ἐστὶ καὶ ὀφειλόμενα ἐξότε τοῦτον ἐπανήρημαι τὸν βίον, quæ ad aliam scripturam ἀρχαίου vel ἀπ' ἀρχᾶς pertinet. Idem ad v. 60: ἔστι δὲ παροιμία· δοῦλε, δεσποτῶν ἄκουε καὶ δίκαια κἄδικα.

71. πικρῶν libb. omnes præter Vict. et Schol. qui πικρόν.—αἰνέσαι πικρὸν construit Blomfieldius.

πένθεσιν παχνουμένα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

δμωαὶ γυναῖκες, δωμάτων εὐθήμονες,
ἐπεὶ πάρεστε τῆσδε προστροπῆς ἐμοὶ
πομποὶ, γένεσθε τῶνδε σύμβουλοι πέρι,
τάφῳ δὲ χέουσα τάσδε κηδείους χοὰς,
πῶς εὔφρον' εἴπω, πῶς κατεύξομαι πατρί.
πότερα λέγουσα παρὰ φίλης φίλῳ φέρειν
γυναικὸς ἀνδρὶ, τῆς ἐμῆς μητρὸς πάρα;
τῶνδ' οὐ πάρεστι θάρσος, οὐδ' ἔχω τί φῶ,
χέουσα τόνδε πέλανον ἐν τύμβῳ πατρός.
ἢ τοῦτο φάσκω τοὔπος, ὡς νόμος βροτοῖς

75. Eur. Hippol. 803. λύπῃ παχνωθεῖσ', quod hinc desumptum putat Monkius.

76. εὐθήμονες, εὖ τιθεῖσαι τὰ κατὰ τὸν οἶκον. Schol.

79. τύφῳ δὲ Med. et codex Robortelli, sed τύμβῳ Med. in margine. Particulam δὲ omiserunt plerique interpretum, qui non intellexerunt structuram esse, συμβουλεύετε πῶς εἴπω, κ. τ. λ. τῶνδε est τῶν περὶ τὴν προστροπήν. Valde inficetum est quod excogitavit Peile: "*The tomb I say!*" &c. χέουσα dissyllabum est, ut δοκέω Ag. 144. ἐκπνέων ib. 1470.—κηδείους, ut v. 218, *funebres*.

80. κατεύξομαι optimi libb. κατεύξωμαι vulgo. Amant tragici hos modos componere, ut Ion. 758. Iph. Aul. 442. 455. Æsch. Suppl. 757. Ajac. 403.

82. Geminatur præpositio in eundem modum Antig. 73. Hom. Il. IX. 547.

85. An hoc potius precabor, secundum legem talionis quæ obtinet apud homines, retribuere (Agamemnonem) iis qui has mittunt libationes et hæc munera, (munus) quod dignum sit—non dico beneficiis, ut dicere debebam, sed—malis, sc. cædis facinore? ἀντιδοῦναι minime intellige τὸ ἀντιδοῦναι, sed eadem structura usurpatur aoristus, qua solent Græci dicere εὔχομαι γενέσθαι, etc. vide ad Ag. 1233. inf. v. 136. στέφη fortasse hic sunt *libationes*, ut Soph. El. 440. τάσδε δυσμενεῖς χοὰς οὐκ ἄν ποθ', ὅν γ' ἔκτεινε, τῷδ' ἐπέστεφε. Antig. 431. χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει, quanquam El. 895. legimus περιστεφῆ κύκλῳ

ἔστ', ἀντιδοῦναι τοῖσι πέμπουσιν τάδε
στέφη δόσιν τε τῶν κακῶν ἐπαξίαν;
ἢ σῖγ' ἀτίμως, ὥσπερ οὖν ἀπώλετο
πατὴρ, τάδ' ἐκχέουσα, γάποτον χύσιν,
στείχω, καθάρμαθ' ὥς τις ἐκπέμψας, πάλιν,
δικοῦσα τεῦχος ἀστρόφοισιν ὄμμασιν;
τῆσδ' ἔστε βουλῆς, ὦ φίλαι, μεταίτιαι·
κοινὸν γὰρ ἔχθος ἐν δόμοις νομίζομεν.
μὴ κεύθετ' ἔνδον καρδίας, φόβῳ τινός·
τὸ μόρσιμον γὰρ τόν τ' ἐλεύθερον μένει,
καὶ τὸν πρὸς ἄλλης δεσποτούμενον χερός.
λέγοις ἂν, εἴ τι τῶνδ' ἔχοις ὑπέρτερον.
ΧΟ. αἰδουμένη σοι, βωμὸν ὣς, τύμβον πατρὸς,
λέξω, κελεύεις γὰρ, τὸν ἐκ φρενὸς λόγον.

πάντων ὅσ' ἔστιν ἀνθέων θήκην πατρός. Ad ἐπαξίαν supplendum δόσιν ex ἀντιδοῦναι, ut διανταίαν οὐτᾷ, sc. πληγὴν, inf. 629. παῖσον διπλῆν Soph. El. 1415. δευτέραν πεπληγμένος Ag. 1316. ἐκδικάσας μίαν, sc. δίκην, Equit. 50. ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλὰς Nubb. 972. Denique jungas τοῖσι πέμπουσιν τάδε στέφη δόσιν τε. Equidem non video meliorem rationem qua molestam particulam τε explicare possimus; nam nihil est quod dicit Scholefieldius, "*et tale quidem donum quale* —." Aliis videtur ἀντιδοῦναι absolute poni pro ἀνταμείβεσθαι, et ad δόσιν τε supplendum esse δοῦναι. Omnino propendeo in Elmsleii emendationem: ἢ τοῦτο φάσκω τοὔπος, ὡς νόμος βροτοῖς, ἐσθλ' ἀντιδοῦναι τοῖσι πέμπουσιν τάδε στέφη, δόσιν γε τῶν κακῶν ἐπαξίαν; sic enim verba δόσιν γε, κ. τ. λ. optime explicarent quid revera velit in ἐσθλ' ἀντιδοῦναι, et recte omnino se haberet antithesis inter ἐσθλὰ et τῶν κακῶν. Num ex solito precantium more rogem patrem "ἐσθλ' ἀντιδοῦναι," cum non daturus sit ἐσθλὰ ἀντὶ ἐσθλῶν, sed ἐσθλὰ ἀντὶ κακῶν? Id quod plane absurdum esset. Locus est perdifficilis; et nescio an ex glossa ad τάδε irrepserit στέφη in locum vocabuli quale δίκην.

90. καθάρματα, quæ in lustrationibus adhibita sunt, cineres porcelli, fortasse aqua commisti (Eum. 430.), ἀστρόφοισιν ὄμμασιν, post tergum non respiciens postquam abjectum sit vas. Comparant Theocr. XXIV. 91. Virg. Ecl. VIII. 102. Œd. Col. 490.

ΗΛ. *λέγοις ἂν, ὥσπερ ᾐδέσω τάφον πατρός.*
ΧΟ. *φθέγγου χέουσα σεμνὰ τοῖσιν εὔφροσιν.*
ΗΛ. *τίνας δὲ τούτους τῶν φίλων προσεννέπω;*
ΧΟ. *πρῶτον μὲν αὑτὴν, χὤστις Αἴγισθον στυγεῖ.*
ΗΛ. *ἐμοί τε καὶ σοὶ τἄρ᾽ ἐπεύξομαι τάδε.*
ΧΟ. *αὐτὴ σὺ ταῦτα μανθάνουσ᾽ ἤδη φράσαι.*
ΗΛ. *τίν᾽ οὖν ἔτ᾽ ἄλλον τῇδε προστιθῶ στάσει;*
ΧΟ. *μέμνησ᾽ Ὀρέστου, κεἰ θυραῖός ἐσθ᾽ ὅμως.*
ΗΛ. *εὖ τοῦτο, κἀφρένωσας οὐχ ἥκιστά με.*
ΧΟ. *τοῖς αἰτίοις νυν τοῦ φόνου μεμνημένη—*
ΗΛ. *τί φῶ; δίδασκ᾽ ἄπειρον ἐξηγουμένη.*
ΧΟ. *ἐλθεῖν τιν᾽ αὐτοῖς δαίμον᾽, ἢ βροτῶν τινά—*
ΗΛ. *πότερα δικαστὴν, ἢ δικηφόρον λέγεις;*
ΧΟ. *ἁπλῶς τι φράζουσ᾽, ὅστις ἀνταποκτενεῖ.*
ΗΛ. *καὶ ταῦτα μοὔστιν εὐσεβῆ θεῶν πάρα;*
ΧΟ. *πῶς δ᾽ οὐ, τὸν ἐχθρὸν ἀνταμείβεσθαι κακοῖς;*
ΗΛ. *κῆρυξ μέγιστε τῶν ἄνω τε καὶ κάτω,*

100. *ὥσπερ ᾐδέσω*, quemadmodum dixisti patris mei tumulum tibi loco altaris haberi præ reverentia. Sensus igitur est: secundum pactam fidem te ex animo quæ sentias dicturam. Meminerit lector per hanc fabulam Thymelen in media Orchestra fuisse tumulum Agamemnonis.

101. Schol. *εὖξαι ἀγαθὰ τοῖς εὖ φρονοῦσι τῷ Ἀγαμέμνονι.*

104. Vulgo *γ᾽ ἄρ᾽*, interrogative. Scripsi cum optimis libris *τἄρ᾽*, i. e. *τοι ἄρα*, hoc sensu: Ergo tibi perinde atque mihi talia precabor. Id quidem (reponit chorus) tu ipsa videris, quum bene intelligas (*μανθάνουσα*) quid velim, et quinam odio habeant Ægisthum. Male vulgo vertunt *mihi ac tibi*, quum jam *αὐτὴν* (i. e. *σεαυτὴν*) dixisset chorus v. 103. Vide ad Suppl. 734.

112. *δικαστὴν ἢ δικηφόρον. κριτὴν ἢ τιμωρόν.* Schol.

114. *καὶ ταῦτα εὐσεβῆ ἐστὶν ἐμοὶ παρὰ θεῶν (εὔχεσθαι καὶ λαβεῖν);*

116. Legebatur hic versus post v. 157. unde huc migrare jussit Hermannus. Deest autem in proximo imperativum quale *ἄκουσον* vel *ἄρηξον*. *κηρύξας ἐμοὶ τοὺς δαίμονας κλύειν τὰς εὐχὰς* est: *invocans*

* * Ἑρμῆ χθόνιε, κηρύξας ἐμοὶ
τοὺς γῆς ἔνερθε δαίμονας κλύειν ἐμὰς
εὐχὰς, πατρῴων δωμάτων ἐπισκόπους,
καὶ γαῖαν αὐτὴν, ἣ τὰ πάντα τίκτεται,
θρέψασά τ' αὖθις τῶνδε κῦμα λαμβάνει·
κἀγὼ, χέουσα τάσδε χέρνιβας βροτοῖς,
λέγω, καλοῦσα πατέρ', Ἐποίκτειρόν τ' ἐμὲ,
φίλον τ' Ὀρέστην πῶς ἀνάξομεν δόμοις;
πεπραμένοι γὰρ νῦν γέ πως ἀλώμεθα
πρὸς τῆς τεκούσης, ἄνδρα δ' ἀντηλλάξατο
Αἴγισθον, ὅσπερ σοῦ φόνου μεταίτιος.

mihi deos ut audiant. Sic καρυξῶ Δικαιόπολιν Acharn. 748.

119. Suspicor, sed non affirmaverim, ἐπισκόπους ad εὐχὰς, non ad δαίμονας, referendum esse: *preces, quæ ad domum paternam pertinent,* sc. ad res recuperandas spectant. Vide ad Eum. 863.

121. κῦμα, *the increase,* quasi κύημα. Photius: κῦμα· τὸ κυούμενον. Eum. 629.

122. βροτοῖς non sine causa visum est difficillimum viris doctis qui non perspexerunt id de Agamemnone quidem dici, sed ita ut inter τοὺς γῆς ἔνερθε δαίμονας et τοὺς γῆς ἔνερθε βροτοὺς antithesis sit. Illos invocat Hermes, hos Electra. Confer Prom. 237. Fateor hoc mihi tam luculentum et apposite dictum videri, ut mirer prætulisse Peile quod elaboravit K. "libamentum hominibus lustrale," sc. quo homines ad lustrationem utuntur.

123. Et miserere mei, et quomodo Orestem domum reducemus? Hoc est, et dic quomodo reducere possimus. Ad priorem potius sententiam, ἐποίκτειρον ἐμὲ, pertinent verba καλοῦσα πατέρα, ad posteriorem λέγω: sed quoniam voto arctissime subnectit interrogationem, utrumque paullo insolentius comprehendit per τε—τε. Siquid corrigendum, legerem φίλον τ' Ὀρέστην πως ἀνάξωμεν δόμοις. ἀνάξομεν autem ab ἀνάγω, non ab ἀνάσσω, recte deducit K.

125. Libri πεπραγμένοι. πεπραμένοι, *venditi,* Casaubon. Sunt tamen qui contendant πράσσω et πιπράσκω olim fuisse fere synonyma. Ad ἀντηλλάξατο vide v. 902. ubi cum item occurrit eodem sensu ἐπράθην, magnopere hic confirmatur lectio quam exhibuimus.

κἀγὼ μὲν ἀντίδουλος· ἐκ δὲ χρημάτων
φεύγων Ὀρέστης ἐστίν· οἱ δ᾽ ὑπερκόπως
ἐν τοῖσι σοῖς πόνοισι χλίουσιν μέγα.
ἐλθεῖν δ᾽ Ὀρέστην δεῦρο σὺν τύχῃ τινὶ
κατεύχομαί σοι· καὶ σὺ κλῦθί μου, πάτερ·
αὐτῇ τ᾽ ἐμοὶ δὸς, σωφρονεστέραν πολὺ
μητρὸς γενέσθαι, χεῖρά τ᾽ εὐσεβεστέραν.
ἡμῖν μὲν εὐχὰς τάσδε, τοῖς δ᾽ ἐναντίοις
λέγω, φανῆναί σου, πάτερ, τιμάορον,
καὶ τοὺς κτανόντας ἀντικατθανεῖν, δίκην.
ταῦτ᾽ ἐν μέσῳ τίθημι τῆς καλῆς ἀρᾶς,
κείνοις λέγουσα τήνδε τὴν κακὴν ἀράν·
ἡμῖν δὲ πομπὸς ἴσθι τῶνδ᾽ ἐσθλῶν ἄνω,
ξὺν θεοῖσι, καὶ Γῇ, καὶ Δίκῃ νικηφόρῳ.
τοιαῖσδ᾽ ἐπ᾽ εὐχαῖς τάσδ᾽ ἐπισπένδω χοάς.
ὑμᾶς δὲ κωκυτοῖς ἐπανθίζειν νόμος

130. *ἐν τοῖσι σοῖς πόνοισι.* "iis quæ labore tuo parta sunt. Cf. Pers. 747. *πλούτου πόνος οὑμός.*" K. Cf. Eur. Ion. 1088. *ἵν᾽ ἐλπίζει βασιλεύσειν, ἄλλων πόνον εἰσπεσών.*

135. *ἡμῖν μὲν εὐχὰς τάσδε* (*ταύτας*) *λέγω· τοῖς δὲ ἐναντίοις, τάσδε· φανῆναι σου, πάτερ, τιμάορον δίκην, ὥστε καὶ τοὺς κτανόντας σε ἀντικατθανεῖν.* Verte: quod vero inimicis imprecor, hoc est; fore aliquando ut ultrix tui appareat justitia, ita ut qui te ceciderint invicem occidantur. Alia omnia de loco satis perspicuo interpretes.

138. Libri *τῆς κακῆς ἀρᾶς.* Ipsa sententia manifesto flagitat ut legamus *τῆς καλῆς ἀρᾶς.* Nam ad v. 135. et rursus a v. 140. ad finem bona omnia sibi et amicis precatur; quæ sunt *καλὴ ἀρά.* Quibus interponit (*ἐν μέσῳ*) vv. 135—7, ubi exitium inimicis et ultionem denuntiat; quæ sunt *κακὴ ἀρά.* Quid, quæso, simplicius aut rationi magis consentaneum? Sunt tamen ex recentioribus qui vulgatum nolint corrigere, quia vulgatum est.

143. Vos autem decet facere ut lamentis quasi efflorescat hymnus quo mortuum evocatis ad libationes accipiendas, sc. gemitus edere inter canendum. *ἐξανδωμένας* nihil est nisi: dum eam decantatis.

παιᾶνα τοῦ θανόντος ἐξαυδωμένας.

ΧΟ. ἵετε δάκρυ καναχὲς ὀλόμενον
ὀλομένῳ δεσπότᾳ,
πρὸς ἔρυμα τόδε κακῶν κεδνῶν τ᾽,
ἀπότροπον ἄγος ἀπεύχετον
κεχυμένων χοᾶν. κλύε δέ μοι, κλύε,
σέβας [ὦ] δέσποτ᾽, ἐξ ἀμαυρᾶς φρενός.
ὀτοτοτοῖ, ὀτοτοτοτοῖ, ἰώ.
τίς δορυσθενὴς ἀνὴρ
ἀναλυτὴρ δόμων, Σκυθικά τ᾽ ἐν χεροῖν

145. Repetitur participium fere ut Suppl. 821. ob emphasin, ut videtur, augendam, neque enim premenda est interpretatio vv. ὀλόμενον δάκρυ, nisi vertas Angl. *a pattering death-tear*. Cf. Hom. ποταμοὶ καναχηδὰ ῥέοντες. Sic fere δάκρυα πομφόλυξαν Pind. Pyth IV. 215. Theocr. II. 107. ἱδρὼς κοχύδεσκεν.—Totum locum sic intellige. Fundite lacrymam—cum eodem sonitu cadentem (καναχὲς), et ad eundem hominem (ὀλ. δεσπ.) atque funditis has libationes—adversus hoc munimen (contra iram et noxam, sc. πρὸς τάσδε τὰς χοάς), quo boni pariter ac mali ad placandos Manes utuntur, quæ lacryma avertat detestandum piaculum propter fusas a nefanda muliere inferias.—ἄλγος libb. ἄγος Schol.

150. κλύε ἃ εὔχομαι οὐκ ἀπὸ γλώσσης ἀλλ᾽ ἐξ ἀμαυρᾶς φρενός. Vide ad Ag. 529.

153. Ad ἀναλυτὴρ supple ἔσται. Vulgo Σκύθης, quod cum δορυσθενὴς ἀνὴρ constructum accipiunt quasi *ferri* prosopopœiam, ut Theb. 725. ξένος Χάλυβος Σκυθῶν ἄποικος. Sed Robortellus exhibet quod dedi, et in Med. legitur Σκυθιτάτ᾽, quod eodem spectat, κ in τ depravata. Videtur autem βέλη v. 155. ex interpretatione adjectum esse, nam et παλίντονα et αὐτόκωπα ad posterius βέλη pertinent, et dochmiaco metro illud alterum plane adversatur.—ξίφη pro βέλη in v. 156. Dind. K. Pauwius, ex Scholiasta: ξίφη: αὐτόκωπα, τὰ ἀφ᾽ ἑαυτῶν ἔχοντα τὴν λαβὴν ξίφη. σχέδια δὲ ἐκ τοῦ σχεδὸν φονεύοντα καὶ οὐ πόῤῥωθεν, ὥσπερ τὰ βέλη, ubi ultima verba videntur indicare appositionem inter βέλη v. 155. et alia tela; quæ qualia sint non absurde putant declarare v. αὐτόκωπα, Angl. *hilted*. Mire laborant editores in hac voce explicanda; quasi plus significaret poeticum vocabulum quam κώπας ἔχοντα. De Scythico arcu vide Wuestemann ad Theoc. xiii. 56.

παλίντον' ἐν ἔργῳ [βέλη] 'πιπάλλων Ἄρης
σχέδιά τ' αὐτόκωπα νωμῶν βέλη;

ΗΛ. ἔχει μὲν ἤδη γαπότους χοὰς πατήρ·
νέου δὲ μύθου τοῦδε κοινωνήσατε.
ΧΟ. λέγοις ἄν· ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ.
ΗΛ. ὁρῶ τομαῖον τόνδε βόστρυχον τάφῳ.
ΧΟ. τίνος ποτ' ἀνδρὸς, ἢ βαθυζώνου κόρης;
ΗΛ. εὐξύμβολον τόδ' ἐστὶ παντὶ δοξάσαι.
ΧΟ. πῶς οὖν παλαιὰ παρὰ νεωτέρας μάθω;
ΗΛ. οὐκ ἔστιν ὅστις πλὴν ἑνὸς κείραιτό νιν.
ΧΟ. ἐχθροὶ γὰρ, οἷς προσῆκε πενθῆσαι τριχί.
ΗΛ. καὶ μὴν ὅδ' ἐστὶ κάρτ' ἰδεῖν ὁμόπτερος—
ΧΟ. ποίαις ἐθείραις; τοῦτο γὰρ θέλω μαθεῖν.
ΗΛ. αὐτοῖσιν ἡμῖν κάρτα προσφερὴς ἰδεῖν.
ΧΟ. μῶν οὖν Ὀρέστου κρύβδα δῶρον ἦν τόδε;
ΗΛ. μάλιστ' ἐκείνου βοστρύχοις προσείδεται.
ΧΟ. καὶ πῶς ἐκεῖνος δεῦρ' ἐτόλμησεν μολεῖν;
ΗΛ. ἔπεμψε χαίτην κουρίμην χάριν πατρός.
ΧΟ. οὐχ ἧσσον εὐδάκρυτά μοι λέγεις τάδε,

164. Libri πλὴν ἐμοῦ. Certissime, ut puto, correxit Dobræus πλὴν ἑνὸς, sc. Ὀρέστου.

169. Libri ᾖ, quod hoc loco solœcum esse ostendere conatus sum ad Suppl. v. 351. De subjunctivo deliberativo regulam non satis accuratam tradit vir desideratissimus, J. Wordsworthius, in Phil. Mus. Cant. I. p. 238. cum dicit bene Græcum esse ποῖ τις φύγῃ; ποῖ τις τράπηται; etc. quippe quæ idem valeant quod ποῖ φύγω, ποῖ τράπωμαι, sed solœcum esse ποῖ φύγῃ; Vide Dem. Mid. p. 525. ὁ τοιοῦτος πότερα μὴ δῷ δίκην; p. 384. ἐπειδὰν ἀκούῃ λέγοντας.....τί καὶ ποιήσῃ; ζητῇ πολλ' ἀναλίσκειν, ἐξὸν ἐλάττω; Confer etiam Ag. 655. si recte eum locum explicavi. ἦν restituit Scholefieldius. *Num fortasse donum erat clam missum ab Oreste?*

173. οὐχ ἧσσον εὐδάκρυτα, *æque*

εἰ τῆσδε χώρας μήποτε ψαύσει ποδί.
ΗΛ. κἀμοὶ προσέστη καρδίας κλυδώνιον
χολῆς, ἐπαίσθην δ' ὡς διανταίῳ βέλει.
ἐξ ὀμμάτων δὲ δίψιοι πίπτουσί μοι
σταγόνες ἄφρακτοι δυσχίμου πλημμυρίδος,
πλόκαμον ἰδούσῃ τόνδε· πῶς γὰρ ἐλπίσω
ἀστῶν τιν' ἄλλον τῆσδε δεσπόζειν φόβης;
ἀλλ' οὐδὲ μήν νιν ἡ κτανοῦσ' ἐκείρατο,
ἐμὴ δὲ μήτηρ, οὐδαμῶς ἐπώνυμον
φρόνημα παισὶ δύσθεον πεπαμένη.
ἐγὼ δ' ὅπως μὲν ἄντικρυς τάδ' αἰνέσω,
εἶναι τόδ' ἀγλάϊσμά μοι τοῦ φιλτάτου
βροτῶν Ὀρέστου—σαίνομαι δ' ὑπ' ἐλπίδος.
φεῦ.

deploranda. Variant libri (quorum quidem auctoritas in talibus prorsus nulla est) inter ψαύσει et ψαύσῃ. Illud prætuli, non quia usitatior est structura, sed quia εἰ ψαύσῃ sententiæ minus aptum puto. εἰ μὴ ψαύσει est: *si nunquam rediturus est;* εἰ μὴ ψαύσῃ, *si nunquam rediturus sit;* ἢν μὴ ψαύσῃ, *si nunquam eventurum sit ut redeat.* Totius loci sententia est: ut tonsum crinem miserit sepulchro, id mihi nullum solatium, si ipse nunquam rediturus est.

175. κλυδώνιον-χολῆς ut εὐνῆς-παροψώνημα Ag. 1422. ubi alter genitivus adsciscitur.—δίψιοι σταγόνες ἄφρακτοι (ἄφραστοι Turn. Vict.) sunt guttæ adeo affatim prorumpentes, ut humoris exsiccent fontes et quasi nullo φραγμῷ cohiberi possint quin exundent. Ad δίψιοι cf. Ag. 861. κλαυμάτων ἐπίσσυτοι πηγαὶ κατεσβήκασιν, οὐδ' ἔνι σταγών. Negligentius ponitur adjectivum, quo notio siccitatis præ nimio fletu sententiæ accedat.

181. At vero nec eum cincinnum totondit Clytæmnestra. Confer Eum. 449. Recte et ex solito Græcorum more additum videtur ἐμὴ δὲ μητήρ. Vide Ag. 1563. Elmsl. ad Med. 940. Sed ἐμή γε mavult Dind. Satis apta est oppositio, ἡ ἐκεῖνον μὲν κτανοῦσα, ἐμὴ δὲ μητὴρ οὖσα.—νιν, sc. φόβην.

186. Dictura erat, οὐκ ἔχω, sed inchoatam structuram non absolvit, quia minus læta futura erat oratio. Confer omnino Ag. 482. 631. ἄντικρυς est *plane,* Angl. *at once.*

εἴθ' εἶχε φωνὴν εὔφρον', ἀγγέλου δίκην,
ὅπως δίφροντις οὖσα μὴ 'κινυσσόμην·
ἀλλ' ἢ σαφηνῆ τόνδ' ἀπέπτυσα πλόκον,
εἴπερ γ' ἀπ' ἐχθροῦ κρατὸς ἦν τετμημένος,
ἢ, ξυγγενὴς ὢν, εἶχε συμπενθεῖν ἐμοὶ,
ἄγαλμα τύμβου τοῦδε, καὶ τιμὴν πατρός.
ἀλλ' εἰδότας μὲν τοὺς θεοὺς καλούμεθα,
οἵοισιν ἐν χειμῶσι, ναυτίλων δίκην,
στροβούμεθ'. εἰ δὲ χρὴ τυχεῖν σωτηρίας,
σμικροῦ γένοιτ' ἂν σπέρματος μέγας πυθμήν.
καὶ μὴν στίβοι γε, δεύτερον τεκμήριον,
ποδῶν θ' ὅμοιοι τοῖς τ' ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς·

187. Utinam vocem benignam haberet iste crinis; quod si ita esset, non jam distraherer in diversas sententias, sc. spe et metu. Vide Monk ad Hipp. 643. κηνυσσόμην plerique libri, sed analogiæ convenientior est κινύσσω, et frequentissima est confusio inter ῑ et ῆ.

189. Vulgo ἀλλ' εὖ σαφηνῆ τόνδ' ἀποπτύσαι πλόκον. ἀποπρίσαι Med. ἀποπτύξαι Rob. ἀπέπτυσα Ald. ἀπόπτυσα Guelph. Conjecit Pors. ἀλλ' ἢ σάφ' ᾔδη, *aut bene novissem*, probabiliter quidem, nisi paullo violentior esset mutatio. Vulgatum εὖ σαφηνῆ, *plane indicatum*, aliquatenus defendit εὖ σαφῶς Pers. 780. εὖ πρέπει Ag. 1402, sed prætuli ἢ cum Cantero et Dind. Num εὖ σαφηνῆ (φωνὴν) ὥστε ἐμὲ ἀποπτύσαι? An εὖ 'σαφήνει, a σαφηνέω, ut διασαφέω? Sed Aldinæ editioni non nihil auctoritatis tribuendum est in iis locis ubi sola aut cum cod. Guelph. diversam lectionem servavit, quia ex libro MS. expressa, nec editoris recensionem experta est.—Vide inf. ad v. 839.

192. τιμήν, *quod esset honori.* De accusativo vide ad Ag. 218. Similiter Arist. Vesp. 338. τοῦ δ' ἔφεξιν, ὦ μάταιε, ταῦτα δρᾶν σε βούλεται;

198. ποδῶν δ' optimi libri. Versum sic interpretatur Peile: *just like his feet too, and resembling my own footsteps.* ἐμῶν ποδῶν intelligit K. Ego dubito de genitivo post ὅμοιος (nihil enim huc facit Arist. Pac. 527. πνεῖν ὅμοιον γυλίου), et valde displicet sententia. Scripsi igitur τε pro δὲ donec melius quid reperiatur; nec tamen confido id verum esse. Sed satis multa sunt exempla particulæ τε a proprio loco distractæ ob metri

καὶ γὰρ δύ' ἐστὸν τώδε περιγραφὰ ποδοῖν,
αὐτοῦ τ' ἐκείνου, καὶ ξυνεμπόρου τινός.
πτέρναι, τενόντων θ' ὑπογραφαὶ, μετρούμεναι
εἰς ταυτὸ συμβαίνουσι τοῖς ἐμοῖς στίβοις.
πάρεστι δ' ὠδὶς καὶ φρενῶν καταφθορά.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εὔχου τὰ λοιπὰ, τοῖς θεοῖς τελεσφόρους
εὐχὰς ἐπαγγέλλουσα, τυγχάνειν καλῶς.
ΗΛ. *ἐπεὶ τί νῦν ἕκατι δαιμόνων κυρῶ;*
ΟΡ. *εἰς ὄψιν ἥκεις ὧνπερ ἐξηύχου πάλαι.*
ΗΛ. *καὶ τίνα σύνοισθά μοι καλουμένῃ βροτῶν;*
ΟΡ. *σύνοιδ' Ὀρέστην πολλά σ' ἐκπαγλουμένην.*
ΗΛ. *καὶ πρὸς τί δῆτα τυγχάνω κατευγμάτων;*
ΟΡ. *ὅδ' εἰμί· μὴ μάστευ' ἐμοῦ μᾶλλον φίλον.*
ΗΛ. *ἀλλ' ἦ δόλον τιν', ὦ ξέν', ἀμφί μοι πλέκεις;*

necessitatem, ut Prom 42. *ἀεί τε δὴ νηλὴς σὺ καὶ θράσους πλέως.* Hic igitur junge *στίβοι ποδῶν ὅμοιοι τε ἐμφερεῖς τε τοῖς ἐμοῖς.* Ceterum hanc *ἀναγνώρισιν,* ut vulgo notum est, ridet Eurip. Electr. v. 530. seqq. quamquam non defuerunt Æschylo ex recentioribus defensores. Tangit etiam Aristophanes, Nub. 534.

205. *ἐπαγγέλλουσα.* Angl. *acknowledging to the gods the accomplishment of your prayers.* Sæpe apud Æschylum *τελεσφόρος* idem valet quod *τέλειος,* ut inf. 650.

208. Verbum *συνειδέναι* et dativum et accusativum regit, quorum hic ab *εἰδέναι,* ille a *σὺν* pendet. Xen. Conviv. IV. 62. *καὶ τί ξύνοισθά μοι, ὦ Σώκρατες, τοιοῦτον εἰργασμένῳ;* Isocrat. p. 133. b. *συνειδότες Ἀθηναίοις ἐκλιποῦσι τὴν αὐτῶν χώραν.* Idem, p. 159. c. *συνειδότες πολλοὺς καὶ μεγάλους οἴκους ἀναστάτους γεγενημένους.* Optime de hoc verbo disputavit Buttmannus in Indice ad Dem. Mid. Confer Stallb. ad Plat. Symp. p. 193. fin. Dicitur etiam *συνειδέναι τί τινι,* ut Plat. Protag. p. 348. B. *ἵνα τούτῳ μὲν ταῦτα συνειδῶμεν,* et cum nominativo ejusdem personæ, ut *σύνοιδα ἐμαυτῷ πολλὰ ἀγαθὰ ποιήσας.*—*ἐκπαγλουμένην,* i. e. *θαυμάζουσαν.*

ΟΡ. αὐτὸς κατ' αὐτοῦ τἄρα μηχανοῤῥαφῶ.
ΗΛ. ἀλλ' ἐν κακοῖσι τοῖς ἐμοῖς γελᾷν θέλεις;
ΟΡ. κἀν τοῖς ἐμοῖς ἄρ', εἴπερ ἔν γε τοῖσι σοῖς.
ΗΛ. ὡς ὄντ' Ὀρέστην ταῦτα σὲ προσεννέπω;
ΟΡ. αὐτὸν μὲν οὖν ὁρῶσα δυσμαθεῖς ἐμέ·
κουρὰν δ' ἰδοῦσα τήνδε κηδείου τριχὸς
σαυτῆς ἀδελφοῦ, ξυμμέτρου τῷ σῷ κάρᾳ,
ἰχνοσκοποῦσά τ' ἐν στίβοισι τοῖς ἐμοῖς,
ἀνεπτερώθης, κἀδόκεις ὁρᾷν ἐμέ.
σκέψαι τομῇ προσθεῖσα βόστρυχον τριχός·

213. Libri τἄῤῥα, vel γ' ἆρα. Τἄρα, i. e. τοι ἄρα, Dind. K. Vide ad v. 104.

216. Libri τάδ' ἐγώ σε προὐννέπω. At προὐννέπειν ab hoc loco alienum, et manifesto corruptum a προεννέπω pro προσεννέπω, qui frequentissimus error est. τάδε et ταῦτα non minus sæpe permutantur in MSS. Vide ad Suppl. 314. Quum vero scriptum esset τάδε σε προεννέπω pro ταῦτά σε προσεννέπω, istud ἐγὼ, quod hic plane otiosum est, ob metrum intruserunt librarii.

222. τομῇ non credo valere τομαίᾳ τριχὶ, quod putat Scholef. sed ex solito ejus vocis usu significat *ei parti unde excisus fuit*, (*the stump*.) Confer Hom. Il. ι. 235. Theocr. x. 46. Plat. Symp. p. 190. E. Sensus est; abscissum cincinnum meo capiti admotum observa an reliquo capillo similis sit. Confer Eur. Electr. 520. σκέψαι δὲ χαίτην, προστιθεῖσα σῇ κόμῃ, εἰ χρῶμα ταὐτὸ κουρίμης ἔσται τριχός; qui locus ex hoc nostro manifesto descriptus est. Hic autem non vult Electra crinem suum cum cincinno comparare, nam similem esse supra dixerat v. 166, sed tantum scire, an eum revera totonderit Orestes. Ceterum gravis de hoc loco oritur quæstio, quod in libris hic est ordo versuum; 218, 221, 220, 219. Fatendum est, inconcinnam et minus aptam sic evadere orationem; sed non desunt argumenta quibus aliquid veri fortasse assequamur. Comparantibus enim quomodo hunc locum traduxerit Euripides, El. 532. σὺ δ' εἰς ἴχνος βᾶσ' ἀρβύλης σκέψαι βάσιν, εἰ ΞΥΜΜΕΤΡΟΣ σῷ ποδὶ γενήσεται, τέκνον, et præterea notantibus μετρούμεναι sup. 201. de vestigii mensura dici, apparebit, opinor, τῷ σῷ ποδὶ, non τῷ σῷ κάρᾳ, scripsisse Æschylum, κάρᾳ autem pro ποδὶ a librariis substitutum esse quum semel confusus esset ordo versuum, ut ad v. τρι-

ἰδοῦ δ' ὕφασμα τοῦτο, σῆς ἔργον χερὸς,
σπάθης τε πληγὰς, εἰς δὲ θηρίων γραφήν.
ἔνδον γενοῦ· χαρᾷ δὲ μὴ 'κπλαγῇς φρένας·
τοὺς φιλτάτους γὰρ οἶδα νῷν ὄντας πικρούς.
ΗΛ. ὦ φίλτατον μέλημα δώμασιν πατρὸς,
δακρυτὸς ἐλπὶς σπέρματος σωτηρίου,
ἀλκῇ πεποιθὼς δῶμ' ἀνακτήσει πατρός.
ὦ τερπνὸν ὄμμα, τέσσαρας μοίρας ἔχον
ἐμοί· προσαυδᾷν δ' ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον
πατέρα τε, καὶ τὸ μητρὸς ἐς σέ μοι ῥέπει
στέργηθρον,—ἡ δὲ πανδίκως ἐχθαίρεται—
καὶ τῆς τυθείσης νηλεῶς ὁμοσπόρου·
πιστὸς δ' ἀδελφὸς ἦσθ', ἐμοὶ σέβας φέρων.
μόνον Κράτος τε, καὶ Δίκη, ξὺν τῷ τρίτῳ,
πάντων μεγίστῳ, Ζηνὶ, συγγένοιτό μοι.
ΟΡ. Ζεῦ, Ζεῦ, θεωρὸς τῶνδε πραγμάτων γενοῦ·

χὸς accommodaretur. Itaque recte quidem monuit K. ξύμμετρος nullo modo usurpari posse de similitudine crinium; sed non perspexit hoc modo locum ad pristinam integritatem facile restituendum esse:

κουρὰν δ' ἰδοῦσα τήνδε κηδείου τριχὸς,
ἰχνοσκοποῦσά τ' ἐν στίβοισι τοῖς ἐμοῖς
σαυτῆς ἀδελφοῦ, ξυμμέτροις τῷ σῷ ποδί,
ἀνεπτερώθης, κἀδόκεις ὁρᾶν ἐμέ.

qui versuum ordo in ed. Rob. servatur. Vulgatum si quis tueri velit, ξυμμέτρου intelligat necesse est sensu liberiore, Angl. *suiting thine own head.* Alii ξυμμέτρου ad ἀδελφοῦ, non ad τριχὸς, referunt, et τῷ σῷ κάρᾳ pro σοι dictum accipiunt; quod sane durissimum est.

224. Deesse videtur versus qui hunc exceperit. Nam debebat poeta scribere aliquid hujusmodi: ἰδοῦ ὕφασμα τοῦτο, εἰς δὲ θηρίων γραφὴν βλέπουσα, ἔνδον γενοῦ. Ut nunc legitur, abrupta est oratio: εἰς autem etiam ad ὕφασμα retrahendum erit, ἰδοῦ εἰς ὕφασμα.—θήρειον mavult Dind. pro θηρίων, quia θηρίον Med. et θηρίον parum tragicum sit vocabulum. Posterius argumentum etsi nihili esse puto, nescio tamen an verum viderit.

236. ξὺν τῷ τρίτῳ, i. e. Σωτῆρι. Vide ad Ag. 1358. Eum. 730.

ἰδοῦ δὲ γένναν εὖνιν αἰετοῦ πατρὸς,
θανόντος ἐν πλεκταῖσι καὶ σπειράμασι
δεινῆς ἐχίδνης. τοὺς δ' ἀπωρφανισμένους
νῆστις πιέζει λιμός· οὐ γὰρ ἐντελὴς
θήραν πατρῴαν προσφέρειν σκηνήμασιν.
οὕτω δὲ κἀμὲ τήνδε τ', Ἠλέκτραν λέγω,
ἰδεῖν πάρεστί σοι, πατροστερῆ γόνον,
ἄμφω φυγὴν ἔχοντε τὴν αὐτὴν δόμων.
καὶ τοῦ θυτῆρος καί σε τιμῶντος μέγα
πατρὸς νεοσσοὺς τούσδ' ἀποφθείρας, πόθεν
ἕξεις ὁμοίας χειρὸς εὔθοινον γέρας;
οὔτ' αἰετοῦ γένεθλ' ἀποφθείρας, πάλιν
πέμπειν ἔχοις ἂν σήματ' εὐπειθῆ βροτοῖς·
οὔτ' ἀρχικός σοι πᾶς ὅδ' αὐανθεὶς πυθμὴν
βωμοῖς ἀρήξει βουθύτοις ἐν ἤμασιν.
κόμιζ'· ἀπὸ σμικροῦ δ' ἂν ἄρειας μέγαν
δόμον, δοκοῦντα κάρτα νῦν πεπτωκέναι.
ΧΟ. ὦ παῖδες, ὦ σωτῆρες ἑστίας πατρὸς,

239. ἰδοῦ. Ita v. 244. infertur οὕτω δὲ, quasi ἰδοῦ esset non nisi de ipsis aquilis dictum, et *finge tibi* valeret. Sed vide comparationem similiter confusam Ag. 939. Apertum est, ἐχίδνης dici de Clytæmnestra. Cf. inf. 981. Ag. 1204. Sensus igitur est: respice nos, quorum pater a Clytæmnestra interfectus est ut aquilæ proles a vipera.

242. οὐκ ἐντελὴς, non potis est. Probabilis emendatio ἐκτελής, *adulta*, ut Eur. Ion. 780.

247. Quemadmodum, si aquilæ prolem perire sinas, non habebis qui mittat mortalibus portenta; sic patris religiosi prolem si neglexeris, non erit manus quæ pari te honore in posterum prosequatur. De particulis τε et καὶ in comparando dixi ad Suppl. 734.

252. πᾶς αὐανθεὶς, *si totus arescat*.

254. αἴρειν hic est *extollere*, metaphora a plantis petita. Sic ἐξαίρειν Trach. 147. Confer v. 196. κομίζειν eodem spectat.

σιγᾶθ', ὅπως μὴ πεύσεταί τις, ὦ τέκνα,
γλώσσης χάριν δὲ πάντ' ἀπαγγείλῃ τάδε
πρὸς τοὺς κρατοῦντας· οὓς ἴδοιμ' ἐγώ ποτε
θανόντας ἐν κηκῖδι πισσήρει φλογός.
ΟΡ. οὔτοι προδώσει Λοξίου μεγασθενὴς
χρησμὸς, κελεύων τόνδε κίνδυνον περᾷν,
κἀξορθιάζων πολλὰ, καὶ δυσχειμέρους
ἄτας ὑφ' ἧπαρ θερμὸν ἐξαυδώμενος,
εἰ μὴ μέτειμι τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους·
τρόπον τὸν αὐτὸν ἀνταποκτεῖναι λέγων,

260. ἐν κηκῖδι πισσήρει, sc. in tunica molesta.

975. Ut testetur me recte *hanc* cædem perpetravisse, nempe matris: Ægisthi enim mortem nihil moror, non reprehendendam puto, quippe qui pœnam lege constitutam adulteris habeat. Dicere debebat, ἔχει δίκην, ὡς νόμος ἐστὶν αἰσχυντῆρι, sed confusa structura ἔχει νόμου δίκην ὡς αἰσχυντὴρ, vel ἔχει δίκην αἰσχυντῆρος, ὡς νόμος ἐστὶ, sententia non satis perspicua evadit. Similiter ἀνὴρ ὅδ', ὡς ἔοικεν, οὐ νεμεῖν ἐμοὶ φθίνοντι μοῖραν, Trach. 1238. Ceterum pro vulg. λέγω optimi libri habent ψέγω, quod recte revocavit K. Valet enim οὐκ ἐπίμομφον νομίζω, sup. v. 815. Sed non corruptum esse locum minime affirmaverim, nam ὡς omittit Rob. et vel ἀνοσίου legendum esse suspicor, vel cum Cant. ὡς νόμος corrigendum. ὡς νόμου certe non potest significare quod vult Peile, *as assigned by law*. Ingeniose K. idem valere posse putat quod Latinum *ut moris est*.—αἰσχύνειν de adulterio Ag. 1334. 1604.

979. ἐξ οὗ, per quem gravida facta est. Ag. 1502. Hec. 762. τοῦτον ἔτεκον, κἄφερον ζώνης ὕπο. Sic ἐντὸς ζώνης Eum. 577.

980. ὡς φαίνει, *ut ostendit*, occisa scilicet matre. φίλον ad τέκνων βάρος pertinet.

981. Vulgo μύραινά τ' ἢ τ' ἔχιδν' ἔφυ, quod quanquam omni sensu destitutum tuetur Peile, mira quædam de structura prorsus inaudita commentus. εἴτ' Hermannus. Construendum esse δοκεῖ σήπειν ἂν

σήπειν θιγοῦσα μᾶλλον, οὐ δεδηγμένον,
τόλμης ἕκατι κἀδίκου φρονήματος.
τί νιν προσείπω, κἂν τύχω μάλ' εὐστομῶν;
ἄγρευμα θηρὸς, ἢ νεκροῦ ποδένδυτον
δροίτης κατασκήνωμα; δίκτυον μὲν οὖν,
ἄρκυν δ' ἂν εἴποις, καὶ ποδιστῆρας πέπλους.
τοιοῦτον ἂν κτήσαιτο φιλήτης ἀνὴρ,
ξένων ἀπαιόλημα κἀργυροστερῆ
βίον νομίζων· τῷδέ τ' ἂν δολώματι
πολλοὺς ἀναιρῶν, πολλὰ θερμαίνοι φρενί.
τοιάδε μοι ξύνοικος ἐν δόμοισι μὴ
γένοιτ'· ὀλοίμην πρόσθεν ἐκ θεῶν ἄπαις.

θιγοῦσα docet Dobræus, Advss. II. p. 28. Equidem cum Blomfieldio μᾶλλον corrigendum putavi; ἄλλον enim magnopere friget, et propter præcedentem literam ν facile corrumpi potuit. Sic ἰοῦσαν ἄτην sup. v. 65. a μάτην depravatum videtur, et ἴδριν μᾶλλον pro ἴδριν ἄλλον reponendum est Pind. Ol. I. 167. nec aliud est quod inf. v. 988. variant libri inter τοιοῦτον ἂν et τοιοῦτο μάν. Junge: δοκεῖ (εἶναι) μύραινα, εἴτ' ἔφυ μᾶλλον ἔχιδνα σήπειν τινὰ θιγοῦσα, καίπερ οὐ δεδηγμένον: *videtur quidem esse vipera, sive potius muræna sit, quæ ipso tactu aliquem tabefaciat.*

984. κἂν τύχω, *etiam si mitissimis verbis utar.* Male factum, quod ex Porsoni emendatione καὶ τύχω receperunt editores.

985. δροίτης κατασκήνωμα, velamen sive operimentum feretri, quod mortuo superjectum imos pedes celare solebat, unde καὶ ἐπὶ τέρματι παρεσκήνωσε Eum. 604. Respicit duplicem δροίτης significationem, et *lavacrum* et *feretrum.*

986. μὲν οὖν, *imo potius,* ut Ag. 1367, quod tantum moneo quia prave interpretatur Peile. ἄρκυν et δίκτυον conjungit poeta Ag. 1084—5. Quid differant vide apud Polluc. v. 27.

988. φιλήτης, κλέπτης, homo fallax, fraudulentus. Est qui φιλεῖ τὰ τῶν πέλας, explicante Goettling. ad Hes. Opp. 375. cf. inf. ad v. 1038. Ineptum videtur ab ὑφελεῖν deducere. Alia scriptura est φηλήτης, quasi a φηλέω vel φηλόω, Ag. 475.

991. θερμαίνοι φρενὶ, i. e. φρονοῖ θερμουργὰ, nisi cui placeat Dindorfii θέρμ' ἄνοι, quod quidem aptius esset si χερὶ scriberetur quam si φρενί. θερμὸς de homine audaci Theb. 599. Eum. 530.

ΧΟ. αἰαῖ †αἰαῖ† μελέων ἔργων·
στυγερῷ θανάτῳ διεπράχθης.
ἐὴ,
μίμνοντι δὲ καὶ πάθος ἀνθεῖ.
ΟΡ. ἔδρασεν, ἢ οὐκ ἔδρασε; μαρτυρεῖ δέ μοι
φᾶρος τόδ', ὡς ἔβαψεν Αἰγίσθου ξίφος.
φόνου δὲ κηκὶς ξὺν χρόνῳ ξυμβάλλεται
πολλὰς βαφὰς φθείρουσα τοῦ ποικίλματος.
νῦν αὐτὸν αἰνῶ, νῦν ἀποιμώζω παρών·
πατροκτόνον θ' ὕφασμα προσφωνῶν τόδε,
ἀλγῶ μὲν ἔργα καὶ πάθος, γένος τε πᾶν,
ἄζηλα νίκης τῆσδ' ἔχων μιάσματα.
ΧΟ. οὔτις μερόπων ἀσινὴ βίοτον
†διὰ παντὸς ἄτιμος ἀμείψει·
ἐὴ,
μόχθος δ' ὁ μὲν αὐτίχ', ὁ δ' ἥξει.
ΟΡ. ἀλλ', †ὡς ἂν εἰδῆτ', (οὐ γὰρ οἶδ' ὅπῃ τελεῖ,)

1000. Sanguinis macula et ipsius vestis vetustas simul valent ad delendos colores: ergo dudum perpetrata est cædes. Cf. Ag. 635. Vulgo intelligunt: *cum tempore convenit,* quasi vetusta sanies picturam magis deleret quam recens, aut dici potuisset quam diu ea vesti inhæsisset. Sed judicet lector.

1002. Nunc demum παρὼν, præsens et ab exilio reversus, et commemoro eam cædem (φόνον v. 1000) quæ absente me patrata est, et patratam deploro. Vide Donaldson, *New Cratylus,* p. 529.

1007. Locus in libris corrupte scriptus διὰ πάντ' ἄτιμος ἀμείψεται. Non male Peile διὰ πάντ' ἰσότιμος ἀμείψει. Sed stare potest ἄτιμος, quod Schol. explicat ἀτιμώρητος. Sententia est: nemo mortalium constanter felix prædicandus est, sed pœnas sceleris serius aut citius pendet. ἒ ἔ K. pro ἐς, ut v. 996. Vide ad Pers. 571.

1010. Libri ἄλλος ἂν εἰ δὴ τοῦτ' ἄρ' οἶδ'. Ingeniose Erfurdtius, ἄλλος φανεῖ δῆτ', οὐ γὰρ οἶδ', φ ad φανεῖ adjecto, et Τ in Γ mutato. ἀλλ' ὡς ἂν εἰδῇς, τοῦτ' ἄρ' οἶδ' ὅποι τελεῖ

ὥσπερ ξὺν ἵπποις †ἡνιοστροφῶ δρόμου
ἐξωτέρω· φέρουσι γὰρ νικώμενον
φρένες δύσαρκτοι· πρὸς δὲ καρδίᾳ φόβος
ᾄδειν ἕτοιμος ἠδ' ὑπορχεῖσθαι κότῳ.
ἕως δ' ἔτ' ἔμφρων εἰμὶ, κηρύσσω φίλοις,
κτανεῖν τε φημὶ μητέρ' οὐκ ἄνευ δίκης,
πατροκτόνον μίασμα καὶ θεῶν στύγος.
καὶ φίλτρα τόλμης τῆσδε πλειστηρίζομαι
τὸν Πυθόμαντιν Λοξίαν, χρήσαντ' ἐμοὶ,
πράξαντι μὲν ταῦτ', ἐκτὸς αἰτίας κακῆς
εἶναι· παρέντι δ' οὐκ ἐρῶ τὴν ζημίαν·
τόξῳ γὰρ οὔτις πημάτων προσίξεται.
καὶ νῦν ὁρᾶτέ μ', ὡς παρεσκευασμένος

Blomf. Dind. ἄλλοις ἂν, εἰ δή. τοῦτ' ἄρ' οἶδ' ὅπη τελεῖ Peile. Quod dedi, probabilius puto. Cf. Suppl. 907. Respicit v. 1015. ὅπη τελεῖ est, *in what way it will end.* ὅποι τελεῖ, *where it will end.*

1011. Vulgo ἡνιοστρόφου, quod optime, mea quidem sententia, correxit Stanleius. Vulgatum frustra tuetur Peile, qui sibi persuasit particulam γὰρ, octo vocibus ab initio sententiæ remotam, idem valere quod ἄρα. Confer autem Prom. 902. Bacch. 853.

1014. Cf. sup. v. 159. ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ. Plat. Ion. p. 536. B. ὀρχεῖταί σου ἡ ψυχή, ubi nostri loca contulit Stallb. Est autem ὑπορχεῖσθαι ad cantum saltare, ut ὑπᾴδειν ad citharam cantare. κότῳ hic est *præ animi concitatione.*

1018. Ac maximum quidem incitamentum ad hoc facinus aggrediendum Apollinem mihi habeo. πλειστηρίζομαι, maximi æstimo, præcipuam causam mihi facio. πλειστήρης χρόνος Eum. 733. Cognatum πλειστηριάζεσθαι proprie de auctionibus dicitur, monente Blomf.

1021. παρέντι, *si neglexissem,* Scholef. Cf. v. 911.

1022. πημάτων genitivus est post verbum προσικέσθαι, ut Equit. 761. πρὶν ἐκεῖνον προσικέσθαι σου. Eur. Elect. 612. τί δῆτα δρῶντες τοῦδ' ἂν ἐξικοίμεθα; Sic Theb. 147. ἔρχεται ἐπαλξέων. Vide etiam Demosth. p. 361, 25. 958, 8. Lucian, περὶ θυσιῶν p. 526. οὕτως ἄρα βαθέως καθίκετο αὐτῆς ἡ τῶν ἱερείων διαμαρτία, i. e. ἥψατο. De τόξῳ, *conjectura,* vide ad Suppl. 467.

ξὺν τῷδε θαλλῷ καὶ στέφει προσίξομαι
μεσόμφαλόν θ' ἵδρυμα, Λοξίου πέδον,
πυρός τε φέγγος ἄφθιτον κεκλημένον,
φεύγων τόδ' αἷμα κοινόν· οὐδ' ἐφ' ἑστίαν
ἄλλην τραπέσθαι Λοξίας ἐφίετο.
καὶ μαρτυρεῖν ὡς μέλε' ἐπορσύνθη κακὰ
τάδ' ἐν χρόνῳ μοι, πάντας Ἀργείους λέγω.
ἐγὼ δ' ἀλήτης, τῆσδε γῆς ἀπόξενος
ζῶν, καὶ τεθνηκὼς τάσδε κληδόνας λιπών,
* * * * *

ΧΟ. ἀλλ' εὖ τ' ἔπραξας, μηδ' ἐπιζευχθῇ στόμα
φήμῃ πονηρᾷ· μηδ' ἐπιγλωσσῶ κακά,
ἐλευθερώσας πᾶσαν Ἀργείαν πόλιν,
δυοῖν δρακόντοιν εὐπετῶς τεμὼν κάρα.

ΟΡ. ἆ, ἆ. δμωαὶ γυναῖκες, αἵδε, Γοργόνων δίκην,
φαιοχίτωες καὶ πεπλεκτανημέναι

1029. Locus in libris affectus. Vulgo, *τάδ' ἐν χρόνῳ μοι πάντας Ἀργείους λέγω καὶ μαρτυρεῖν μοι μενέλεως ἐπορσύνθη κακά. μοι λεὼς* Turn. Vict. *μενέλεασ* Rob. et *μοι ὅσ'* ex correctione. Probabile videtur *μέλε'*, quod conjecit Herm. et sic transpositis vv. 1029-30, idonea sententia efficitur. Sed deest aliquid post v. 1032. et v. 1031. ex Ag. 1253. consarcinatus videtur.

1033. Et optime egisti, nec vox male ominatis verbis consocietur. Eadem ratione ponuntur particulæ *τε—μηδὲ*, qua in Suppl. 475. legitur *κλάδους τε τούτους θὲς, μηδ' ἀπορριφθῇ λόγος ἐμοῦ.* Vulgo autem *φῆμαι πονηραί.*

1034. *ἐπιγλωσσῶ*, Angl. *bode.* Prom. 949. Lysist. 37.

1038. Increbrescunt Furiæ, pullis vestibus (Eum. 332.) indutæ, et densis circumplicatæ serpentibus. Libri *φαιοχίτωνες*, quam scripturam omnino sanissimam esse puto, et longe a vero aberrasse nuperum editorem qui pessumdata structura temere correxit *φαιοὶ χιτῶνες.* Quoniam de hac metrica licentia nondum satis disputatum videtur, pauca hic apponemus exempla. Scilicet in brevibus syllabis, quas vel mutæ literæ conficiunt, vel tales, quibus geminatis idem omnino est sonus

πυκνοῖς δράκουσιν. οὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ.
ΧΟ. τίνες σε δόξαι, φίλτατ' ἀνθρώπων πατρὶ,
στροβοῦσιν; ἴσχε, μὴ φοβοῦ, νικῶν πολύ.
ΟΡ. οὐκ εἰσὶ δόξαι τῶνδε πημάτων ἐμοί·
σαφῶς γὰρ αἵδε μητρὸς ἔγκοτοι κύνες.
ΧΟ. ποταίνιον γὰρ αἷμά σοι χεροῖν ἔτι·

pronuntiando atque si semel tantum positæ sint, solent Græci auribus tantum consulere, quæ nihil fere discrepantiæ sentire possunt inter Ἱππομέδοντος et Ἱππομμέδοντος, Theb. 483. Παρθενοπαῖος et Παρθεννοπαῖος ib. v. 542. et Eur. Suppl. 889. Sic etiam Τελλεύταντος Ajac. 210. Ἀλφεσσίβοιαν Soph. Frag. 785. Ἱπποδάμμου Equit. 327. Αἰσχιννάδου Pac. 1154. Et hunc quidem usum obtinere in nominibus propriis non negavit Blomfieldius; unde vero didicit idem non licere Tragicis in aliis ejusdem formationis vocibus? Imo non magis durum est hic pronuntiare φαιοκχίτωνες, quam in Theb. 632. ἐπεξιακχάσας. Nempe alibi etiam ea licentia, ἰακχὴ pro ἰαχὴ, poetis non displicuit. Habemus etiam ὀκχέοντι pro ὀχέοντι Pind. Ol. II. 122. ὄκχος ib. VI. 40. βρόκχον ἀποῤῥήξας Theogn. 1099. ἀκχὴν Theocr. XVI. 33. (cf. Ag. 409.) Vide præterea Blomf. ad Callim. Hymn. Jov. 22. Donaldson, *New Cratylus*, pp. 298. 392. Elmsl. ad Heracl. 752. Dobræum Advss. II. p. 180. Latissime profecto patet hic usus. φθιμένων sup. v. 398. hujus fabulæ pronuntiandum est φθιμμένων, κυνοκέφαλλος Equit. 417. Σαρδανάπαλλος haud semel pro Σαρδανάπᾰλος, et sic sine dubio φίλος et καλὸς apud Homerum sunt quasi φίλλος et καλλὸς potius quam φῖλος et κᾱλος. In Callim. Lav. 72. libri habent μεσαμβρινὰ, quod pronuntiandum est μεσαμβριννὰ, non mutandum cum Blomf. in μεσαμερινά. Idem est ὀπωριννὸς βορέης Hom. Il. Φ. 346. et alibi. Interdum geminatur augmentum in verbis, ut ἀπεννίζοντο Il. K. ad fin. nec aliud est ἀπολλήγοντ' Theocr. XXII. 19. συννεχὲς ib. XXI. 12. ἐννοχλεῖς XXIX. 36. et fortasse Ὀλλύμπου Equit. 9. Hinc λῖνοπτώμενος Pac. 1178, a λῖνον. Photius: λινόπται· οἱ ἀποσκοπούμενοι τὰ ἐμπίπτοντα τοῖς κυνηγετικοῖς λίνοις θηρία. Apud Latinos habemus *relligio, sollicito, nummus* (a νόμος, νόμισμα,) et similia. Quare non videtur dubitandum, quin φαιοκχίτων in eandem regulam cadat quam ἰακχέω, ὄκχος, ὄπφις, etc. cujus regulæ quæ sit vera ratio breviter ostendere conati sumus.

ἐκ τῶνδέ τοι ταραγμὸς εἰς φρένας πίτνει.
ΟΡ. ἄναξ Ἄπολλον, αἵδε πληθύουσι δή·
κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές.
ΧΟ. εἰσὶν καθαρμοί· Λοξίου δὲ προσθιγὼν,
ἐλεύθερόν σε τῶνδε πημάτων κτίσει.
ΟΡ. ὑμεῖς μὲν οὐχ ὁρᾶτε τάσδ', ἐγὼ δ' ὁρῶ·
ἐλαύνομαι δὲ, κοὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ.
ΧΟ. ἀλλ' εὐτυχοίης, καί σ' ἐποπτεύων πρόφρων
θεὸς φυλάσσοι καιρίοισι συμφοραῖς.

ὅδε τοι μελάθροις τοῖς βασιλείοις
τρίτος αὖ χειμὼν
πνεύσας γονίας ἐτελέσθη.
παιδοβόροι μὲν πρῶτον ὑπῆρξαν
μόχθοι τάλανές τε Θυέστου.

1045. ἐκ τῶνδε, *iccirco*, ut Ag. 850, nisi malis referre ad χερῶν, quia solita est antithesis inter φρένα et χέρα. Hippol. 317. χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι. Orest. 1604. ἁγνὸς γάρ εἰμι χεῖρας, ἀλλ' οὐ τὰς φρένας.

1046. πληθύουσι. Angl. *they swarm.* Nihil frigidius, quam quod dedit Peile, *they are many indeed!*

1047. αἷμα, cf. Eum. 54. Unde αἱματωποὶ θεαὶ dictæ sunt Eur. Androm. 978.

1048. Libri εἰσ' ὁ, nisi quod εἴσω Turn. Vict. Probabilius Schützius εἰσὶν καθαρμοὶ (cf. Ag. 931.), nam articulo, ut solet, inepte intruso, εἰσ' οἱ καθαρμοὶ, hoc facile corrumpi potuit in ὁ καθαρμοὶ, et deinde in ὁ καθαρμός. Nominativus pendens est προσθιγών. Vide ad Eum. 96. Locum male omnino vertit Peile, ut et inf. 1060. Scilicet miram quandam opinionem habet vir ille doctus de vi particulæ δὲ, quam caveant ne amplectantur lectores.

1056. πνεούσας libri. γονίας interpretatur Blomf. "ventus ex γόνῳ vel γονῇ spirans," (Angl. *a family wind,*) solent enim venti per adjectiva in -ίας exprimi, ut καικίας etc. γονίας hic diserte agnoscit Hesychius: γονίας· εὐχερής· Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι. Vide ad v. 1.

1058. παιδόμοροι libb. ex solita permutatione literarum μ et β. Vide ad v. 925.—τάλανές τε, insolenter addita particula τε, ut Suppl. 349.

δεύτερον ἀνδρὸς βασίλεια πάθη·
λουτροδάϊκτος δ' ὤλετ' Ἀχαιῶν
πολέμαρχος ἀνήρ.
νῦν δ' αὖ τρίτος ἦλθέ ποθεν σωτὴρ,
ἢ μόρον εἴπω;
ποῖ δῆτα κρανεῖ, ποῖ καταλήξει
μετακοιμισθὲν μένος ἄτης;

Perperam, meo quidem judicio, dedit Blomfieldius τάλανός γε Θυέστου. Nonnihil semper tribuendum est metricæ necessitati.

ΤΕΛΟΣ ΧΟΗΦΟΡΩΝ.

INDEX.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ.

ÆSCHYLI EUMENIDES.

RECENSUIT

F. A. PALEY.

EDITIO AUCTIOR ET EMENDATIOR.

CANTABRIGIÆ:

APUD J. DEIGHTON.

LONDINI: APUD WHITTAKER ET SOC.; ET SIMPKIN ET SOC.

MDCCCLIII.

LONDINI: EXCUDEBANT GILBERT ET RIVINGTON,
IN VICO DICTO ST. JOHN'S SQUARE.

LECTORI.

Retractanti mihi priorem hujus fabulæ editionem præsto ad manus fuerunt, præter novissimas Godofredi Hermanni curas, et quos olim in conscribenda annotatione adhibueram, Mülleri, Linwoodii, Scholefieldii libellos, recentiorum non nisi Dindorfii[1], Franzii, et viri haud inter ultimos numerandi Joannis Gul. Donaldsoni[2] recensiones. Joannis Minckwitzii commentarium[3], qui valde bonus est, quamquam hic quidem in plerisque Hermannum sequitur, nunc primum videre mihi contigit. Quod autem olim feceram, Klausenii, opinor, qui tunc omnium fuit in ore, exemplo permotus, ut pluribus in locis ad codices, a quibus discesserant Editores, redirem, id nunc experientia doctus parcius agendum putavi; et Linwoodium laudo, qui hac in re bonum ducem jam tum mihi se præbuerat. Nam non modo periculosum est, quæ vel omnium vel optimorum criticorum consensus damnavit revocare, sed librariorum incuriam certis linguæ et etymologiæ principiis anteferre, id quidem nec Græcarum literarum studiis utile, nec nostræ ætatis scientia dignum esse videtur[4]. Nimirum media quædam via tenenda est inter stolidam istam securitatem quæ neque ipsa quicquam in vulgatis difficile apprehendit, nec cur alii offendant expendere solet; et nimiam eam subtilitatem quæ omnia curiosius inquirendo semper aliquid in quo offendat circumspicit. Hermannum

[1] Ed. altera, Oxonii, 1851.

[2] Londini, J. W. Parker, 1848.

[3] Lipsiæ, 1838.

[4] Tales maculas, quas jam dudum alii absterserant, sunt qui poetæ nostro rursus obducere conentur: *ἀρκυσμάτων* v. 112. *κακκυνηγέτις* 222; *εὐθυδίκαι* 302; *ἀλιτρῶν* 306; *λέπαδνον* adjective 532; *κατεργάθου* 536; *μεγάλατοι* 759; *σκήψησθε* 768; *κοινοφελὴς* 940; quæ aut omnino nihili sunt, aut perquam dubia.

quidem quod attinet, quem quasi Æschylo suo assidentem mors non immatura literis abripuit, nondum me pœnitet multa cum laude ultimum hunc viri desiderati laborem commemorasse[5]. Video autem non defuturos, qui cum nostri poetæ reliquias tanquam ab altero Æsculapio e mortuis excitatas expectassent, nunc inani spe decepti iniquius in magnum virum invehantur. Quod potuit ille efficere, et quantum humanæ doctrinæ concessum erat, ut quæ vel in linguæ ac metri leges peccata, vel contra poetæ mentem mutata a librariis sibi viderentur indicaret, id quidem officium Æschylo scite et perdiligenter præstitisse putandus est: quod non potuit, ut amissa revocaret, vitiata in integrum certa conjectura ubique restitueret, judicio in omnibus probo nec postea ab aliis in dubium vocando uteretur, hæc ab eo sani homines non flagitabant. Quamquam in quibusdam, mea quidem sententia, ne dubitandi quidem locum reliquit. Quibus vero primo aspectu temere ac sine idonea causa receptas lectiones solicitare videbitur, iis, nisi magnopere fallor, intentius intuentibus si non veritas emendationis, at plerumque manifesta fiet vel emendandi necessitas, vel saltem ratio aliqua cur vitium iis locis subesse suspicentur.

Nec tamen ego quidem is sum qui omni culpa liberam hanc magni Viri editionem affirmare ausim. Nam nescio an jure eum dicas adeo obstinato in adversos criticos fuisse animo, ut noluerit quæ illi falsa esse objecissent aut concedere aut in melius mutare. Nonnulla certe sunt, quæ recte ab aliis olim improbata nunc satis pervicaciter ab ipso Criticorum principe repetita sunt. Et in hac quidem quæ jam nobis in manibus versatur fabula voluisse eum non magis Æschylo auxilium afferre quam Mülleri opiniones pessum dare, non mirabor si justa censebit posteritas. Klausenii conatus[6], nisi fallor, silentio præteriit: Franzium perraro commemorat; sive quod revera contemneret, seu potius quod cum in his literis solus inter recentiores regnare voluisset, alios *frigore feriendos* putaret. Et meæ quidem editionis si semel tantum in hac fabula

[5] Vide Præf. ad Agam. p. viii. ed. 2.

[6] In Agamemnone sc. et Choephoris, de quibus bene meritus est, quanquam malam viam ingressus corrupta pariter atque sana quoquo modo interpretandi.

mentionem fecit, id propterea moneo, quia nonnulla nunc ut nova et sua protulit, quæ a me jam olim occupata erant[7]. Alia fortasse non plane indigna invenisset quæ inter criticam farraginem locum haberent, si istum libellum minus negligenter percurrere dignatus esset[8]. Sed tantum et tamdiu non modo apud Anglos sed Germanos etiam Hermanno obsequium fuit, ut dicta præceptaque ejus omnem fere in vetere tragœdia laudem ad se traxerint. Neque id culparem, nisi bona pariter ac mala, quia ejus sunt, ab aliis repetita ac venditata vidissem.

Ego vero, ne quis me magni nominis auctoritate non modo permotum sed quasi abreptum putet, in hac nova Eumenidum editione paranda neque Hermannum neque alium quemquam ducem mihi proposui, cum semper melius visum sit collatis omnium opinionibus quod maxime veri simile sit quovis auctore lectoribus commendare. Et una quidem in re solus fere contra reliquos adhuc obnitor. Neque enim mihi unquam persuadere potui adeo mancam esse hanc fabulam, ut sex vel septem in locis lacunæ signa ponenda sint. Accuratius si quis singula expendat, eum mecum consensurum spero, nec structuræ nec sententiæ nexum revera desiderari.

Laudatissimæ *Eumenidum* fabulæ quidnam fuerit argumentum et consilium summa cum doctrina et pari ingenio aperuit C. O. Müllerus[9] in secunda sua Dissertatione, quam haud ita pridem Anglico sermone conversam edidit vir egregius Joannes Wordsworthius. Constat autem nullam Græcorum tragœdiam latius complecti Reipublicæ, Religionis, Judiciorum instituta; quæ quomodo inter se per totum drama cohæreant vix recte intelligent

[7] Ut *γέρας* v. 330. *κατὰ γᾶς* v. 352. *ἄπαθον* v. 758. et quædam rectius explicata.

[8] *ὁ κυρώσων* v. 551. *ὁρκίοις* v. 461. *ἄνευ* v. 543. *ἄμ' αἴνοις* v. 602. *ὅσων* v. 819.

[9] Historiæ peritissimus, rei criticæ operam non admodum feliciter navavit Müllerus. Nec tamen sine summo honore memorandus vir egregius, "cui quidem inter Æschyli satellites ea laus facile ab omnibus concedetur, quod a criticis verborum minutiis, quibus alii nimium præstringi solent, ad rerum magnitudinem et sententiarum gravitatem et fastos historiæ et publicas illas quæstiones quæ ipsius poetæ mentem occupaverant, animum converterit, ut lectorum quoque mentibus communicaret. Unde factum est ut tantum veræ lucis huic fabulæ circumfuderit, ut nemo unus recentiorum aut majorem dederit aut parem." [SCHOLEFIELDIUS, in Præf. ad Eum. ed. Cant. 1843.]

Tirones nisi diligenter perlecto eo libello. Sed tamen haud raro accidere solet, ut viri docti, dum occulta et quasi oculis remota sagaciter investigant, ea ipsa quæ propius et ante pedes posita sunt minus animum advertant. Sic fit ut partes operis magis quam universum opus contemplentur. Ceterum mos poetarum semper fuit, sic res historicas tractare, ut præterita quoad fieri possit ad præsentia accommodent, mythologorum autem fabulas ita exornare, ut causæ suæ simul inserviant. Fac poetam nostrum de fœdere Argivo[1], de recuperando Sigeo[2], de Palladis et Apollinis potentia ac tutela, de Areopagi probitate et justitia, de Ephialtis rogationibus, de Delphici oraculi sanctitate et veritate cogitasse; unum hoc mihi videor ante omnia perspicere consilium, quod et magno poeta et bono cive et sapiente philosopho dignissimum fuerit. Voluit, nisi omnia me fallunt, illud potissimum præcipere, *Nihil magis valere ad deterrendos a scelere cives quam legum reverentiam; leges autem sine moribus vanas esse ac parum proficere*[3]. Quod eo rectius cognitum habebit Lector, si secum reputet, sævissima illa Draconis instituta[4], quæ Æschyli tempore maximam partem in desuetudinem abierant, nimia severitate animos potius exasperasse quam mores civium emendasse. Quæ cum parum effecissent quod voluit auctor, ut pœnæ timor homines a maleficiis coerceret, confugiendum erat ad religionem; videturque primus intellexisse Solon, non tam ex hominum vindicta quam ex deorum metu expectandum esse eorum malorum remedium, quæ ex prava humani generis natura orta in civitatem semper redundarent. Easdem partes, opinor, suscepit Æschylus, qui ideo vindices deas Erinyas matricidam persequentes effinxit, seu potius antiquam

[1] Vide ad v. 742. Idem tangit poeta in v. 280. et v. 640.

[2] Vide ad v. 377.

[3] Hoc est ἑκόντα ἀνάγκης ἄτερ δίκαιον εἶναι, v. 520.

[4] Draconis instituta aperte respicit Æschylus Suppl. 686. τὸ γὰρ τεκόντων σέβας | τρίτον τόδ' ἐν θεσμίοις | Δίκας γέγραπται μεγιστοτίμου, ubi vide Stanl. Non enim νόμοι, sed θεσμοὶ ea vocabantur. Ælian. Var. Hist. viii. x. Σόλωνα αἱρετὸν Ἀθηναῖοι προείλοντο ἄρχειν αὐτοῖς, οὐ γὰρ κληρωτὸν τοῦτον. Ἐπεὶ δὴ ᾑρέθη, τά τε ἄλλα ἐκόσμησε τὴν πόλιν, καὶ δὴ καὶ τοὺς νόμους, τοὺς νῦν ἔτι φυλαττομένους, συνέγραψεν αὐτοῖς. Καὶ τότε ἐπαύσαντο Ἀθηναῖοι χρώμενοι τοῖς Δράκοντος· ἐκαλοῦντο δὲ ἐκεῖνοι Θεσμοί. Μόνους δὲ ἐφύλαξαν τοὺς φονικοὺς αὐτοῦ.

istam fabulam ad suos usus accommodavit, quo quasi ipsis civium oculis ostenderet, nunquam a sontibus abesse angorem, nunquam nisi petita a diis pariter hominibusque venia redire tranquillitatem. Huc plane pertinet totum Chori carmen 297—374, ut statim post initium actionis ea notione imbuantur spectantium animi, *non impunitum fore nec in hac vita nec apud inferos*[5] *siquis scelus commiserit;* istud autem Furiarum officium ab ipso Fato præscriptum esse, nec quicquam commune habere cum reliquis diis[6]. Gravibus vero verbis concludit[7], *τίς οὖν τάδ' οὐχ ἅζεταί τε καὶ δέδοικεν βροτῶν;* Quibus aperte monet poeta, non tollendum esse e civitate divini Numinis metum.

Terribiles autem dearum personas quasi *πρόσχημα* et figuram esse qua turbati animi anxietas significaretur, non opus fuerit pluribus demonstrare, cum de eo quidem consentiant omnes. Quod revera inculcare voluit poeta, *μὴ τὸ δεινὸν πᾶν πόλεως ἔξω βαλεῖν*[8], id non semel et ab ipsis Furiis et a Pallade iteratum vides: quæ quanquam de rei crimine inter se dissentientes, in hoc quidem consilio semper conspirant[9]. Eodem spectat Areopagi institutio. Fuit illud conscientiæ quodammodo tribunal, quippe quod non tam suppliciis quam monitis et censura perversos mores corrigeret. Eo autem factum, ut quam nos dicimus *vim moralem* in civitate habuerit, quam non mirum si Ephialtes et qui pro plebe contra proceres conjurarunt destruere conati sunt. Nec gravius extitit præsidium contra turbulentos homines, qui novis rebus studentes sacra pariter et profana ludibrio fieri, qui jura venalia et spretam deorum majestatem[10] quasi pedibus conculcare voluerunt.

Nec tamen illud solum agitur in hac fabula, ut rem salutarem esse appareat obsequium metu temperatum. Religionis vis ac

[5] Cf. v. 167—9.

[6] Scilicet deorum est benevolentes se præstare erga genus humanum, non autem solum in ea re versari, ut puniant, torqueant, persequantur. Tum quod a Fato constitutum erat, vel diis ipsis superius habebatur.

[7] v. 367.

[8] Cf. v. 491. 668.

[9] Furiarum causæ cum plerumque adversari videantur Pallas et Apollo, non satis perspicere solent tirones idem revera ab omnibus agi, ut deorum metus animos hominum occupet. Vide ad v. 878.

[10] Huc spectat Chori carmen 484—535. *ἀσεβείας γραφαὶ* ad Areopagum pertinebant: *δυσσεβίαν* notat poeta v. 506. collato v. 870.

potentia in expiando, consolando, in pristinam innocentiam restituendo homine noxio pulcherrime ostenditur. Rei patrocinium suscipit Apollo; supplicem erigit, Furiis minaciter increpat, confidentiam ac spem benigne promittit. Easdem partes agit Pallas, dum matricidam suffragio suo absolvendum curat (sic quidem, ut salva sit legum ac justitiæ reverentia), iratas placat, nec tamen a terra abigere vult, sed contra summo honore dignatas inter cives suos colendas collocat. Quod sane nihil est nisi alia ratione id ipsum efficere, quod per Areopagi institutionem in civitate mansurum curabat. Sic enim præsto semper peccantibus futuræ erant terribiles istæ deæ, innocentibus Εὐμενίδες, benevolæ ac mites nec jam timendæ. Vides quam præclare hæc omnia de cultu Conscientiæ dicantur. At veræ hæ quidem personæ, nigra veste indutæ, facibus et stimulis instructæ, vivorum sanguinem sugentes, anguino crine horrentes inducuntur. Itaque Furias non excitat, non irritat, sed sibi pacatas habere solet, qui nonvult peccare, nec *nocte dieque suum gestare in pectore testem.* Potuit aliquis melius aut rectius describere invisam illam nocentium pœnam, quæ semper mordet, semper urit et instat,

> Quos diri conscia facti
> Mens habet attonitos, et surdo verbere cædit,
> Occultum quatiente animo tortore flagellum [1]?

Sed tamen haud facile dixeris quonam consilio hunc ipsum animi timorem, sive malis superstitionem, quasi foverit et in immensum augere studuerit poeta, nisi utilissimum ac fere necessarium civibus putasset non modo legum, sed conscientiæ metum, quo scilicet immunis cæde et sanguine, quantum fieri posset, servaretur Respublica [2]. Illud addiderim, vix aliter intelligi posse plurima hujus fabulæ loca, ubi cives *δίκαιοι, ὀρθοδίκαιοι, ἀπένθητον γένος*, ipsæ autem Eumenides *εὐθυδίκαιοι, δαίμονες ὀρθονόμοι, εὐσεβείας* fautrices, pietatis et modestiæ et mutuæ benevolentiæ hortatrices passim appellantur [3]. Recepta demum Conscientia, tanquam morum et disciplinæ magistra, *tandem sapere* cives, eamque inquilinam rite colentes *non habituros in vita quod querantur* [4]

[1] Juven. Sat. xiii. 193.
[2] v. 935.
[3] vv. 500—20. 872. 940. 948, etc.
[4] vv. 951. 972.

testatur Pallas. Ceterum ne illud quidem absurdum est, maxima reverentia ab Atheniensibus coli, impensiore cura placari Deas, quæ vitæ sortem hominibus dirigere [5], atque ideo germanæ Parcarum sorores fuisse putabantur [6]. Nimirum commissorum a majoribus scelerum vel posteros pœnam luere vetus fuit opinio [7]: neque injuria matrimonium ineuntes Furiis *προτέλεια* sive piacula quædam ex terræ primitiis offerebant [8], ne forte aut parentum aut majorum culpa adverso fato per vitam conflictarentur liberi. Sed latius etiam de felicitate universi populi eam potentiam interpretabantur, siquidem sterilitatem [9] vel fertilitatem terræ Furiis tribuendam esse credebant; morbos autem et id genus calamitates ab irato propter hominum scelera Numine immitti insita fere mortalibus ac verissima est persuasio.

Itaque ut a Furiarum cultu justitiam, sic a justitia prosperitatem et malorum omnium immunitatem provenire docebat Tragicus noster. Pertinebat ea doctrina ad pristinam hominum simplicitatem; nec mirum si maximus ille virtutis præceptor Homerus [10] hanc mercedem probitatis gentibus ostendebat;—

——— *ἦ γάρ σευ κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει,*
ὥστε τευ ἢ βασιλῆος ἀμύμονος, ὅς τε θεουδὴς
ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων
εὐδικίας ἀνέχῃσι, φέρῃσι δὲ γαῖα μέλαινα
πυροὺς καὶ κριθὰς, βρίθῃσι δὲ δένδρεα καρπῷ,
τίκτῃ δ' ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχῃ ἰχθῦς
ἐξ εὐηγεσίης, ἀρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ.

Hæc in Tironum gratiam breviter præfari non plane supervacaneum putavi. Nam totius fabulæ argumentum non recte capiunt, qui secundas tantum partes agere Chorum arbitrantur, tanquam

[5] vv. 300. 890.

[6] v. 920. *παλαιγενεῖς Μοίρας* se vocant v. 165, et ubique antiquitatem generis prædicant, tanquam nullo tempore pœna a peccatis abfuisset. *παλαιαὶ παῖδες* v. 69. eadem ratione audiunt, quia nunquam senescunt nec debiles fiunt in exequendo officio. Expiationem sceleris ut novam deorum dispensationem respiciunt, dum Apollinem et Minervam *νεωτέρους θεοὺς* non sine contemptu appellant v. 156.

[7] v. 894.

[8] v. 799.

[9] vv. 767. 795, etc.

[10] Od. xix. 108.

totus in Areopago tuendo fuisset Æschylus. Areopagum si tuetur, id ob eas causas facit, quas modo exposui. Ceterum divinæ vindictæ metum incutere et hic præcipue propter temporum pericula in animo habuit, et idem alibi sæpius præcepit religiosissimus poeta.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΕΥΜΕΝΙΔΩΝ.

Ὀρέστης ἐν Δελφοῖς περιεχόμενος ὑπὸ τῶν Ἐρινύων βουλῇ Ἀπόλλωνος παρεγένετο εἰς Ἀθήνας εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς· ἧς βουλῇ νικήσας κατῆλθεν εἰς Ἄργος. τὰς δὲ Ἐρινύας πραΰνασα προσηγόρευσεν Εὐμενίδας. παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιΐα.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΠΥΘΙΑΣ ΠΡΟΦΗΤΙΣ.
ΑΠΟΛΛΩΝ.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑΣ ΕΙΔΩΛΟΝ.
ΧΟΡΟΣ ΕΥΜΕΝΙΔΩΝ.
ΑΘΗΝΑ.
ΠΡΟΠΟΜΠΟΙ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ.

ΠΥΘΙΑΣ.

ΠΡΩΤΟΝ μὲν εὐχῇ τῇδε πρεσβεύω θεῶν
τὴν πρωτόμαντιν Γαῖαν· ἐκ δὲ τῆς Θέμιν,
ἣ δὴ τὸ μητρὸς δευτέρα τόδ' ἕζετο
μαντεῖον, ὡς λόγος τις· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ
λάχει, θελούσης, οὐδὲ πρὸς βίαν τινός,
Τιτανὶς ἄλλη παῖς χθονὸς καθέζετο

1. Acta est hæc fabula Ol. 80. 2, sive anno ante Christum natum 458, estque, ut vel pueris notum, tertia ejus trilogiæ quæ sola ad nostra tempora pervenit. Pertinebat ad eam drama Satyricum Proteus. Uno tempore, et eo quidem diurno, quin et continuo argumento tres actas esse, sequente quasi exodio Satyrico, non monuissem, nisi arctissime cohæreret hujus fabulæ initium cum fine præcedentis; quod tironibus diligenter notandum. Scena autem primo Delphis, deinde (v.226) Athenis (1) in acropoli, (2) in Areopago seu Martis Curia constituitur. Chorus ex quindecim Furiis, vel fortasse tribus Furiis cum XII aliis quæ tanquam satellites assistunt, compositus creditur: quamquam Æschyli quidem ætate tres tantum nec plures fuisse Erinyas non plane constat. Chorum secundarium efficiunt XII judices sc. Areopagitæ.

ibid. πρῶτον μὲν si apodosin habet, ea in ἔπειτα v. 29, quærenda videtur. Sed cf. Ag. 783, ubi πρῶτον μὲν similiter positum postea non excipitur; et vide ad Suppl. 1.—θεῶν vel a πρεσβεύω, sc. προτιμῶ pendet, ut Ag. 1271. Cho. 620, quasi sit *reliquis diis antepono*, vel, quod nunc magis mihi arridet, *inter deos, ex deorum numero* valet. Nam Tellus, Themis, Phœbe inter primigenos deos locum habebant: vide Hesiod. Theog. 117, 135—6. πρώτην si scripsisset Æschylus simplicior fuisset structura: sed hoc, nisi fallor, in universum voluit dicere: *primum quidem precor obtestorque Delphicos deos ut faveant mihi adytum ingressuræ; deinde ingredior.*

2. Γαῖαν. Telluri propterea tribui divinationem quod vaporem mephiticum exhalabat, cui qui appropinquabant furore correpti vaticinari credebantur, hodie satis constat. Themidi vero, quia de regendis civitatibus oraculum olim consulebant; unde ipsa Tellus interdum dicitur θεμιστεύειν, *jura dare*, Hom. Hymn. Apoll. 253.

5. θελούσης, volente Themide, non autem, secundum aliam fabulam, vi coacta. Cf. Iph. Taur. 1252, seq.—Hermannus: "Pindarum fortasse tangit. Scholiastes enim ad v. 2 hæc adnotavit: Πίνδαρός φησι πρὸς βίαν κρατῆσαι Πυθοῦς τὸν Ἀπόλλωνα· διὸ καὶ ταρταρῶσαι αὐτὸν ἐζήτει ἡ γῆ."—Τιτανὶς ἄλλη, quia Τιτανὶς erat et Themis, soror Phœbes. Prom. 893.

Φοίβῃ· δίδωσι δ' ἣ γενέθλιον δόσιν
Φοίβῳ· τὸ Φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει παρώνυμον.
λιπὼν δὲ λίμνην Δηλίαν τε χοιράδα,
κέλσας ἐπ' ἀκτὰς ναυπόρους τὰς Παλλάδος,
ἐς τήνδε γαῖαν ἦλθε Παρνησσοῦ θ' ἕδρας.
πέμπουσι δ' αὐτὸν καὶ σεβίζουσιν μέγα

7. δίδωσι δ' ἥ. δίδωσιν ἣ Pors. Herm. quod mireris, cum modo præcesserit ἐκ δὲ τῆς v. 2. Inf. 660. ἐν δὲ τῷ. v. 754. ἐκ δὲ τοῦ. Alcest. 264. οἰκτρὰν φίλοισιν, ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐμοί. Nec causa erat cur Scholefieldius pro ἡ δὲ δίδωσιν positum putaret. Nota est Atticorum locutio ἢ δ' ὅς, *inquit ille;* ubi ὃς non aliter differt ab ὁ vel ἱ, quam quod aliquanto gravior est forma. Utitur ὃς pro οὗτος Homerus, Od. i. 286. ὃς γὰρ δεύτατος ἦλθεν Ἀχαιῶν. Ibid. iv. 389. ὅς κέν τοι εἴπῃσιν ὁδόν. Femininum ἣ similiter usurpabant, ut Herod. viii. 87. de Artemisia: καὶ ἣ οὐκ ἔχουσα διαφυγέειν, etc. Cf. Antiphon. p. 113. 15. et vide ad Theb. 17. —γενέθλιον δόσιν dicit, eum morem respiciens, quo decimo post partum die, cum puero dabatur nomen, festum ἀμφιδρόμια celebrari solebat, et munera (ὀπτήρια, sc. cum primum visus est infans,) ab amicis mittebantur. Vide Eur. Frag. 1. Demosth. p. 1000. Arist. Lysistr. 758, et ibi Schol. Phœbe autem mater erat Latonæ, et Apollinis sc. Phœbi avia: quare hic nomen habuit illius παρώνυμον, sive vertas *leviter ab altero nomine deflexum*, nempe Φοίβη in Φοῖβος mutato, sive potius *non ex proxime præcedente, sed ex tertio superiore impositum.* Confer παρ' ἡμέραν, *uno die intermisso* (Angl. *every other day*). Ceterum vide Müller. Dissert. p. 214.

9. λίμνην. Vide Callim. Hymn. in Del. v. 261. Eur. Ion, 167. Mueller. Dor. i. p. 334. Eur. Iph. Taur. 1078. λίμναν εἱλίσσουσαν ὕδωρ κύκλιον. Herod. ii. 170. μέγαθος, ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε, ὅση περ ἡ ἐν Δήλῳ, ἡ τροχοειδὴς καλεομένη. Fuit, ne dubites, crater sc. solum depressum et profunda aqua impletum, quod sæpe post ignis eruptionem accidere solet: sed ex v. τροχοειδὴς et εἱλίσσουσα ὕδωρ· colligo istam paludem fuisse non modo *circularem*, sed in modum annuli formatam. Hodie, nisi fallor, prorsus evanuit.—Δηλία χοιρὰς est ipsa insula Delos, e dorso maris assurgens tanquam cautes solitaria. Vide *New Cratylus*, p. 362. Eur. Troad. 89. Δήλιοί τε χοιράδες, et cf. Pers. 423.

11. Παρνησσοῦ scribit Herm. (sic ego olim). Παρνησοῦ Dind. Donaldson. Minckwitz. cum vett. libris. Παρνασοῦ Franz. Linwood. Antiquiorem scripturam eam esse quæ sigma geminavit docet Baehr. ad Herod. viii. 27. dubito an recte. Ad veterem scribendi normam in omnibus redire si quis velit, is vereor ne valde dissimilem sui Æschylum quem nunc habemus redditurus sit. ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΤΟΥ ΠΑΡΝΗΣΣΙΟΥ est in vet. inscript. apud *Athens and Attica*, p. 223, sed Æschyli temporibus seriore, ut ex ipsis literis manifestum est. Dobræus, Advss. ii. p. 175, talia in —ησσὸς Ionice,—ηττὸς Attice,—ασσὸς Dorice et Æolice exivisse putat. Quod tamen non in omnia cadere videtur. Vide autem ad Cho. 554.

12. πέμπουσι, sc. ἐκ τῆσδε γαίας ἐς Παρνησσὸν, i. e. Δελφούς.—παῖδες Ἡφαίστου in universum dicuntur Athenienses utpote ab Erichthonio, Vulcani filio, oriundi (Pausan. Lib. i. cap. ii. fin.) Sed ad fabros et gnavos artifices hic potissimum respicitur. Nam παῖς Ἡφαίστου eodem jure de fabro ponitur quo παῖς Ἀπόλλωνος de medico Suppl. 259. Vide Müller. Dissert. p. 214. not. Scholefieldius: "Potest fieri ut in παῖδες Ἡφαίστου innuantur fabri, sed fabri Athenienses; ut simul iis, quasi Dei deductoribus, id honori cedat, et Deo

κελευθοποιοὶ παῖδες Ἡφαίστου, χθόνα
ἀνήμερον τιθέντες ἡμερωμένην.
μολόντα δ' αὐτὸν κάρτα τιμαλφεῖ λεώς,
Δελφός τε χώρας τῆσδε πρυμνήτης ἄναξ.
τέχνης δέ νιν Ζεὺς ἔνθεον κτίσας φρένα,
ἵζει τέταρτον τόνδε μάντιν ἐν θρόνοις·
Διὸς προφήτης δ' ἐστὶ Λοξίας πατρός.
τούτους ἐν εὐχαῖς φροιμιάζομαι θεούς.
Παλλὰς προναία δ' ἐν λόγοις πρεσβεύεται.

ita deducto suus quoque honos augeatur; quod ipsum indicant voces σεβίζουσιν μέγα, minus aptæ illæ quidem ministerio *fabrorum*."

14. τιθέντες ἡμερωμένην, h. e. ἡμερώσαντες. Solemne est hoc verbum de purgando arbustis novali agro; ἥμερος enim, ut nuper docuit Donaldson (*New Crat.* § 150. *Varronianus*, p. 268. ed. 2) a διὰ et μέρος formatum est, ut *jugerum* valet *di-agerum*. Herod. i. 126. ἐξημερῶσαι τόπον ἀκανθώδη. Herc. Fur. 20. ἐξημερῶσαι γαῖαν. Pind. Isthm. iv. 98. ναυτιλίαισι πορθμὸν ἁμερώσας. Soph. Frag. Thes. 233. ὃς παρακτίαν στείχων ἀνημέρωσα κνωδάλων ὁδόν. Erat autem antiquissimis temporibus via ab Athenis usque ad Delphos munita qua procederent Theori quotannis ad dei templum visendum. Vide Müller. Dor. i. p. 267. seq. Ea est ἡ ἱρὴ ὁδὸς διὰ Φωκέων τε καὶ Βοιωτῶν ap. Herod. vi. 34. Ælian. Var. Hist. iii. cap. 1. Καὶ ἔτι καὶ νῦν ἔτους ἐννάτου οἱ Δελφοὶ παῖδας εὐγενεῖς πέμπουσι, καὶ ἀρχιθέωρον ἕνα σφῶν αὐτῶν. Οἱ δὲ παραγενόμενοι καὶ μεγαλοπρεπῶς θύσαντες ἐν τοῖς Τέμπεσιν, ἀπίασι πάλιν.—Καὶ τὴν ὁδὸν ἐκείνην ἔρχονται, ἣ καλεῖται μὲν Πυθιὰς, φέρει δὲ διὰ Θετταλίας καὶ Πελασγίας καὶ τῆς Οἴτης καὶ Αἰνιάνων χώρας, καὶ τῆς Μηλιέων καὶ Δωριέων καὶ Λοκρῶν τῶν Ἑσπερίων. Strabo, Lib. ix. p. 612 (422). ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμηθέντα (τὸν Ἀπόλλωνα) ἐπὶ Δελφοὺς, ταύτην ἰέναι τὴν ὁδὸν ᾗ νῦν Ἀθηναῖοι τὴν Πυθιάδα πέμπουσι.

16. Δελφός. Heros sc. sive Eponymus populi istius, Neptuni ut vulgo ferebatur filius. Cf. v. 27.

17. "ἔνθεον τέχνης idem est quod μεστὸν θείας τέχνης. φρένα autem est accusativus, quem dicunt, remotioris objecti, abundanter fere additus. Sic v. 88. μὴ φόβος σε νικάτω φρένας." *Minckwitz.* κτίσας, ut sæpe apud Tragicos, valet ποιήσας.

19. Laudat hunc versum Macrobius, Saturn. v. 22, sed ut πατρὸς—Διὸς scribat, nimirum memoria lapsus. Vide autem Müller. Dor. i. p. 331. Virg. Æn. iii. 251. Æsch. Frag. Ἱέρειαι i. Schol. ad Œd. Col. 790.

21. Templi Παλλάδος προνηΐης τῆς ἐν Δελφοῖσι cum diserte mentionem faciat Herod. i. 92, vix intelligo quo jure critici hic corrigant Πρόνοια. Vide Callim. apud Schol., Arnold. ad Thuc. i. 134. Müller. Dor. i. p. 263. *Athens and Attica*, p. 207. et Photium in v. Bene Scholefieldius: "Προναία causam indicat quare Pallas quoque post Apollinem in precibus commemoretur." Hermannus: "Hanc nominis formam Delphis usitatam fuisse constat nunc ex duabus inscriptionibus ab Ernesto Curtio in Anecdotis Delphicis p. 77 et 78 editis, in quibus scriptum est ΤΑΙΑΘΑΝΑΙΤΑΙΠΡΟΝΑΙΑΙ."—Προνάα cum Franzio edidit Vir ille doctissimus, et εὐλόγως pro ἐν λόγοις, collato Suppl. 585. Sed ἐν λόγοις quodammodo opponitur εὐχαῖς v. 1. *Preces* sc. iis qui oraculo præsunt; ceterorum *mentio* fit tantummodo. Itaque in his primum locum sibi vindicat Minerva, ut in illis Terra.

σέβω δὲ νύμφας, ἔνθα Κωρυκὶς πέτρα
κοίλη, φίλορνις, δαιμόνων ἀναστροφή·
(Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον, οὐδ' ἀμνημονῶ,
ἐξ οὗτε Βάκχαις ἐστρατήγησεν θεὸς,
λαγὼ δίκην Πενθεῖ καταρράψας μόρον·)
Πλειστοῦ τε πηγὰς, καὶ Ποσειδῶνος κράτος
καλοῦσα, καὶ τέλειον ὕψιστον Δία.
ἔπειτα μάντις εἰς θρόνους καθιζάνω.
καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰσόδων μακρῷ
ἄριστα δοῖεν· κεἰ παρ' Ἑλλήνων τινὲς,
ἴτων πάλῳ λαχόντες, ὡς νομίζεται·
μαντεύομαι γὰρ ὡς ἂν ἡγῆται θεός.—

22. Κωρυκὶς πέτρα κοίλη est spelunca (Angl. *grotto*) in latere montis Parnassi. Κωρύκιον ἄντρον ἐν Παρνασσῷ Schol. ad Antig. 1128. Strabo, Lib. ix. cap. iii. (p. 417.) ἱεροπρεπὴς δ' ἐστὶ πᾶς ὁ Παρνασὸς, ἔχων ἄντρα τε καὶ ἄλλα χωρία, τιμώμενά τε καὶ ἁγιστευόμενα, ὧν ἐστὶ γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον, Νυμφῶν ἄντρον ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ.

23. ἀναστροφαὶ Hermannus cum Ven. Hor. Farn. nescio an recte. ἀναστροφὰ Med. sed ἀναστροφὴ in scholio ad v. proximum. Amant poetæ id genus composita numero multitudinis efferre: cf. inf. 468. 518. Idem lacunæ signum post hunc v. statuit, cum desit δ' post Βρόμιος in Med.

24. ἔχει ἐξ οὗτε, habuit jam inde ex eo tempore cum Bacchabus ducem se præbuit. Communem cum Baccho Apollinem cultum habere nemo ignorat: quo indicari videtur Dores olim et Pelasgos circa Parnassum sedem contulisse.—οὐδ' ἀμνημονῶ αὐτοῦ ἐν λόγῳ, non oblita sum illum etiam honorare. Vide ad Suppl. 266. μνήμην εὗρετ' ἐν λιταῖς.

27. Πλειστοῦ. Libri πλείστους. Vulgo Πλείστου, sed accentum mutarunt Critici recentiores ex Etym. M. p. 676. 5. Apoll. Rhod. ii. 711. Κωρύκιαι Νύμφαι Πλειστοῖο θύγατρες. Strabo ix. iii. πρόκειται δὲ τῆς πόλεως [Δελφῶν sc.] ἡ Κίρφις, ἐκ τοῦ νοτίου μέρους ὄρος ἀπότομον, νάπην ἀπολιπὼν μεταξὺ, δι' ἧς ὁ Πλειστὸς διαρρεῖ ποταμός. Ceterum et Poseidon et Zeus colebantur a Delphis. Vide Müller. Dissert. p. 88. Pausan. x. 24. 1. (laudante Herm.) ἐν δὲ τῷ ναῷ πεποίηται μὲν Ποσειδῶνος βωμός, ὅτι τὸ μαντεῖον τὸ ἀρχαιότατον κτῆμα ἦν καὶ Ποσειδῶνος.

31. κεἰ πάρ' Hermannus, i. e. κεἰ πάρεισι. Paullo infrequentius usurpatur numero plurali, rarissime vero elisa posteriore syllaba. Vide Med. 444. Acharn. 862. 1091. Libri autem κεἰ παρ', quod satis recte se habet, et sic Linwood. Dind. Franzius.—πάλῳ λαχόντες, *ordine qui sortito iis obtigit*, Schützius: quem vide hunc morem docte exponentem. Hinc fortasse dicitur Apollo κληροῦν ὀμφὰν Eur. Ion, 908. Scilicet statis tantum temporibus oraculum consulere licebat: cf. ibid. v. 419. Plutarchus, Quæst. Græc. ix. ὀψὲ γὰρ ἀνείθησαν αἱ κατὰ μῆνα μαντεῖαι τοῖς δεομένοις· πρότερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίστευσεν ἡ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν [sc. ἑβδόμην mensis *Bysii*.]

33. μαντεύομαι γὰρ κ.τ.λ. *Jam enim in eo sum, ut quicquid dictet deus* (sc. non autem ex meo ingenio) *consulentibus edam*. Alii sic intelligunt: *nam mos est mihi eo ordine vaticinia edere, quo duxerit deus*. Ceterum post hunc versum aliquantisper siletur. Mox pavida ex adyto, quod modo intraverat, se præcipitat Pythia.

ἢ δεινὰ λέξαι δεινὰ δ' ὀφθαλμοῖς δρακεῖν
πάλιν μ' ἔπεμψεν ἐκ δόμων τῶν Λοξίου,
ὡς μήτε σωκεῖν μήτε μ' ἀκταίνειν †βάσιν·
τρέχω δὲ χερσὶν, οὐ ποδωκίᾳ σκελῶν·
δείσασα γὰρ γραῦς οὐδέν· ἀντίπαις μὲν οὖν.
ἐγὼ μὲν ἕρπω πρὸς πολυστεφῆ μυχόν.
ὁρῶ δ' ἐπ' ὀμφαλῷ μὲν ἄνδρα θεομυσῆ
ἕδραν ἔχοντα, προστρόπαιον, αἵματι
στάζοντα χεῖρας, καὶ νεοσπαδὲς ξίφος
ἔχοντ', ἐλαίας θ' ὑψιγέννητον κλάδον,
λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον,

36. *σωκεῖν* (i. e. *ἰσχύειν*) legitur Soph. El. 119. *ἀκταίνειν, γαυριᾶν καὶ ἀτάκτως πηδᾶν*, Schol. et Timæus in Lexico, ubi vide omnino Ruhnken. Hom. Od. xxiii. 3. *πόδες δ' ὑπερακταίνοντο* (al. *ὑπερικτ.*) Pro *στάσιν*, quod in libris est, *βάσιν* in Med. suprascriptum receperunt Linwood. Dind. Franz. Herm. Recte Minckwitzius: "non *standi* sed pedes *movendi* facultatem potissimum respici necesse est." Comicum aliquid in hoc loco senserunt nonnulli. Nescio an rectius narrandi simplicitatem et mores ad veritatem expressos dixeris.

37. *ποδωκείᾳ* Dind. Significat se manibus prehendere quicquid obvium fiat, quum non possit solis se pedibus librare ac stabilire. Ridicule Schol. *ἔξεισι τετραποδηδόν.*

38. *ἀντίπαις μὲν οὖν, imo nihilo fortior quam puellula.* Eam ætatem proprie significat, qua quis *nec adhuc juvenis nec jam puer* (Ovidii verba sunt) dici potest. Confer Soph. Frag. 148. Eur. Androm. 326. Lucian. Ἔρωτες p. 398. *σχεδὸν γὰρ ἐκ τῆς ἀντίπαιδος ἡλικίας εἰς τοὺς ἐφήβους κριθεὶς ἄλλαις ἀπ' ἄλλων ἐπιθυμίαις βουκολοῦμαι.* Comici *μειράκιον* dicebant.

39. *πολυστεφῆ.* Vel revera corollis ornatum vel potius quia laurus circa templum sponte vigebant. Vide, si tanti est, Hom. Hymn. in Apoll. 396. Arist. Plut. 39. Eur. Ion, 224. Lucret. i. 740.

40. *ὀμφαλῷ. τὸν ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον ὀμφαλὸν, λίθον πεποιημένον λευκοῦ*, memorat Pausan. 10, 16, 3. Strabo, lib. ix. cap. iii. *Τῆς Ἑλλάδος ἐν μέσῳ πώς ἐστι τῆς συμπάσης, τῆς τε ἐντὸς ἰσθμοῦ καὶ τῆς ἐκτός· ἐνομίσθη δὲ καὶ τῆς οἰκουμένης, καὶ ἐκάλεσαν τῆς γῆς ὀμφαλὸν, προσπλάσαντες καὶ μῦθον, ὅν φησι Πίνδαρος· ὅτι συμπέσοιεν ἐνταῦθα οἱ ἀετοὶ οἱ ἀφεθέντες ὑπὸ τοῦ Διὸς, ὁ μὲν ἀπὸ τῆς δύσεως, ὁ δ' ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς· οἱ δὲ κόρακάς φασι. Δείκνυται δὲ καὶ ὀμφαλός τις ἐν τῷ ναῷ τεταινιωμένος, καὶ ἐπ' αὐτῷ αἱ δύο εἰκόνες τοῦ μύθου.*— Ceterum particulæ *μὲν* in hoc v. respondet *δὲ* v. 46. *Θεομυσῆ* fortasse trisyllabum fuit, sicut *νεοπαθὴς*, inf. 489. *θεομανὲς*, Theb. 650. Vide ad Ag. 7 (ed. 2).

42. "*νεοσπαδὲς* fuisse *τὸ ξίφος* Pythias ex eo collegisse putanda est, quod Orestem manus sanguine stillantem videret." *Minckwitz.*

44. Hesychius: *μεγίστην· μεγάλην.* In v. *μεγίστῳ* adeo offenderunt critici, ut Hermannus vel *μεγιστοσωφρόνως* scripserit, nimirum inter Æschyli *βόεια ῥήματα* numerandum, sicut illud ipsum quod comparavit *μεγιστότιμος*, Suppl. 679. Sed quanto melius Linwoodius: "*Accurate* se hunc Orestis ornatum describere velle ait Chorus: quare quanta fuerit vittæ istius magnitudo (prælongas autem fuisse, ut monumenta docent, recte observat Wiese-

ἀργῆτι μαλλῷ. τῇδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ.
πρόσθεν δὲ τἀνδρὸς τοῦδε θαυμαστὸς λόχος
εὕδει γυναικῶν ἐν θρόνοισιν ἥμενος.
οὔτοι γυναῖκας, ἀλλὰ Γοργόνας λέγω·
οὐδ' αὖτε Γοργείοισιν εἰκάσω τύποις·
εἶδόν ποτ' ἤδη Φινέως γεγραμμένας
δεῖπνον φερούσας· ἄπτεροί γε μὴν ἰδεῖν
αὗται, μέλαιναι δ' ἐς τὸ πᾶν βδελύκτροποι·
ῥέγκουσι δ' οὐ † πλατοῖσι φυσιάμασιν·
ἐκ δ' ὀμμάτων λείβουσι δυσφιλῆ † λίβα·
καὶ κόσμος οὔτε πρὸς θεῶν ἀγάλματα
φέρειν δίκαιος, οὔτ' ἐς ἀνθρώπων στέγας.
τὸ φῦλον οὐκ ὄπωπα τῆσδ' ὁμιλίας,
οὐδ' ἥτις αἶα τοῦτ' ἐπεύχεται γένος
τρέφουσ' ἀνατὶ μὴ μεταστένειν πόνον.

lerus) cum enarrare nihil offensionis habet." Vide autem ad Suppl. 22, ubi ἐγχειρίδιοι ἐριόστεπτοι κλάδοι vocantur.

49. *Nec tamen Gorgonum formis eas assimilaverim.* Vide Müller. Dissert., p. 216, qui monet ex antiquissimis Atheniensium operibus fuisse rudes Gorgonum effigies (τύπους). Sed de anguinis crinibus cogitavit Æschylus; cf. Prom. 818. Cho. 1037. Post hunc versum lacunæ signum posuerunt Franz. et Herm., proximum medium abrumpunt Dind. et Linwood. Minckwitzius autem (ad v. 50): "ante hunc versum aliquid excidisse certissimum est." ἀλλ' ὠκυπέτεσι παρθένοις ἅς ἐν γραφῇ cet. ex ingenio supplevit Donaldson. μᾶλλον δ' ἂν Ἁρπυίαις προσεικάσαιμί νιν aliquanto felicius Hermannus. Quibus ego nullo modo assentior. Omnino non necessarium erat τὰς Ἁρπυίας diserte addere, cum mentio rei notissimæ de Phinei cœna satis esset auditoribus picturam aliquam Harpyiarum, id temporis celeberrimam, fortasse non ignorantibus. Vide Apollon. Rhod. ii. 178, seq.

52. χρῶτα κελαιναὶ dicuntur Furiæ Eur. El. 1345. Cf. Orest. 321. Ag. 448. De atratis vestibus hic loquitur poeta: cf. inf. 353.

53. πλατοῖσι, quibus nemo appropinquare possit. Sic Dind. Franz. Linwood. ex Elmsleii sententia, quem vide ad Med. 149. Vulgo πλαστοῖσι. πρόσπλαστοι pro προσπέλαστοι legitur Prom. 735, si vera lectio. Contra πλᾶτις, *uxor*, Arist. Ach. 132. Vide de forma vocis ad Prom. 914. Alii intelligunt *fictis*, quibus nuper accessit Hermannus. Sed contra facere videtur v. 132, inf.

54. λίβα G. Burgesius, quod omnes fere receperunt. Libri δία, nisi quod βίαν Ven. Hor., et sic Franzius cum Rob. Cf. Cho. 1047, et ad v. 643 ibid. Inest autem libandi notio, monente Müllero.

55. κόσμος. Respicitur mos velandi antiquam Palladis statuam (τὸ βρέτας) peplo, de quo vide omnino *Athens and Attica*, p. 126, et cf. Hippol. 630.

59. Vulgo ἀνατεὶ et πόνων. Vide Blomf. ad Prom. 216. πόνον Arnald. Dind. Herm. Franz. &c. et sic ut videtur Schol. Totum locum sic Anglice vertas: *I have seen not the tribe to which this company belongs, nor know I what land*

τἀντεῦθεν ἤδη τῶνδε δεσπότῃ δόμων
αὐτῷ μελέσθω Λοξίᾳ μεγασθενεῖ.
ἰατρόμαντις δ' ἐστὶ καὶ τερασκόπος,
καὶ τοῖσιν ἄλλοις δωμάτων καθάρσιος.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

οὔτοι προδώσω· διὰ τέλους δέ σοι φύλαξ
ἐγγὺς παρεστὼς, καὶ πρόσω δ' ἀποστατῶν,
ἐχθροῖσι τοῖς σοῖς οὐ γενήσομαι πέπων.
καὶ νῦν ἁλούσας τάσδε τὰς μάργους ὁρᾷς·
ὕπνῳ πεσοῦσαι δ' αἱ κατάπτυστοι κόραι,
γραῖαι, παλαιαὶ παῖδες, αἷς οὐ μίγνυται
θεῶν τις, οὐδ' ἄνθρωπος, οὐδὲ θήρ ποτε·
κακῶν δ' ἕκατι κἀγένοντ'· ἐπεὶ κακὸν
σκότον νέμονται, Τάρταρόν θ' ὑπὸ χθονὸς,

can aver that rearing such a race without harm, it has not to repent of its pains.

63. *τοῖσιν ἄλλοις.* Ergo *ἑαυτῷ* etiam. —Post hunc v. exit Pythia. Hermannus, contra Schol. disputans: "Certe hic non cogitandum est de versis machinis. Nam non solum nulla causa erat cur nunc Furiæ conspicerentur, sed etiam importune poeta animos spectatorum novo isto et terribili adspectu Furiarum avocasset ab audiendo Apollinis et Orestis colloquio. Prodeunt ex templo Apollo, Orestes, Mercurius."

65. *καὶ πρόσω δὲ* est: *et procul etiam remotus. καὶ* enim valet *etiam ;* nec causa est cur structuram vel a Thucydide usurpatam (vide Arnold. ad ii. 36) propterea improbemus, quia serioribus Atticis magis placuit quam veterrimis. Cf. inf. 384. Eur. El. 1117. *καὶ σὺ δ' αὐθάδης ἔφυς.* Pers. 548. Prom. 994. Nihilominus Hermannus Blomfieldii conjecturam *καὶ πρόσω γ'* admisit.—*πέπων, mitis,* Ag. 1336.

68. Verba *ὕπνῳ πεσοῦσαι* adjectivi notionem efficere, et sic satis recte omitti *εἰσὶ* putat Linwood. Equidem vereor ne aut corruptum sit *πεσοῦσαι,* (*ὕπνῳ* enim ad *ἁλούσας* aliquanto rectius pertinere videtur,) aut exciderit versus, quod putat Hermannus, ipse ingeniose, ut solet, lacunam sic explere conatus: *ἐν τοῖσδε τοῖς θρόνοισιν ἀσθενεῖς πάρα.* Idem *πνέουσι* pro *πεσοῦσαι* conjicit, ut Cho. 610. Equidem *πόνῳ δ'* vel *κόπῳ δ' ὑπνώσσουσ'* vero proximum puto: cf. v. 119.

69. *Νυκτὸς παλαιαὶ παῖδες* Hermannus ex Valcken. conjectura, nimis audacter. Cf. Prom. 813. *δηναιαὶ κόραι.* Respicit hoc epithetum id quod statim sequitur *οὐ μίγνυται,* de quo Dindorfius: "Utitur verbo ambiguo, quod et de solo vitæ commercio et de connubio intelligi potest." Priore sensu Plat. Symp. p. 203. init. *θεὸς ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται.* Hom. Hymn. ad Cer. 355. Non minus ambigue Hom. Od. vii. 247, de Calypso, quem locum fortasse in animo habuit noster: *οὐδέ τις αὐτῇ μίσγεται οὔτε θεῶν οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων.*

71. *κακῶν—κακόν.* Malam esse earum naturam ex eo colligit, quod malum locum habitent.

μισήματ᾽ ἀνδρῶν καὶ θεῶν Ὀλυμπίων.
ὅμως δὲ φεῦγε, μηδὲ μαλθακὸς γένῃ.
ἐλῶσι γάρ σε καὶ δι᾽ ἠπείρου μακρᾶς,
†βιβῶντ᾽ ἀν᾽ ἀεὶ τὴν πλανοστιβῆ χθόνα,
ὑπέρ τε πόντον καὶ περιρρύτας πόλεις.
καὶ μὴ πρόκαμνε τόνδε βουκολούμενος
πόνον· μολὼν δὲ Παλλάδος ποτὶ πτόλιν
ἵζου παλαιὸν ἄγκαθεν λαβὼν βρέτας·
κἀκεῖ δικαστὰς τῶνδε καὶ θελκτηρίους
μύθους ἔχοντες, μηχανὰς εὑρήσομεν,
ὥστ᾽ ἐς τὸ πᾶν σε τῶνδ᾽ ἀπαλλάξαι πόνων·
καὶ γὰρ κτανεῖν σ᾽ ἔπεισα μητρῷον δέμας.

74. ὅμως δὲ φεῦγε, sc. quamvis jam dormiant Furiæ et me patronum nactus sis: neque enim salvus eris donec Athenas perveneris.

75. καὶ est *etiam*, ne quis ὑπέρ τε πόντον v. 77 respondere putet. Rarissime enim dicitur καὶ—τε pro τε—καί, ac fortasse nusquam ubi sana est scriptura. Vide inf. ad v. 879.

76. Libri βεβῶντ᾽ ἂν αἰεὶ, vel βεβόντ᾽ ἂν, etc. Locus ab Hermanno e Plat. Leg. viii. p. 832. C. excitatus, ἀλλ᾽ ἀκόντων ἑκοῦσα ἄρχει σὺν ἀεί τινι βίᾳ, mihi persuasit ut veterem scripturam quam proxime insisterem, repudiata Turnebi conjectura ἀνατεί. De Stephani emendatione βιβῶντα dubitari vix potest. Confer Hom. Hymn. in Merc. 149. ἧκα ποσὶν προβιβῶν, et ibid. 225, ubi βιβᾷ legitur. κοῦφα βιβῶν Pind. Ol. 14. 24.—βεβῶτ᾽ ἀν᾽ ἀεί Franz. Dind. Linwood. ἀλατεὶ Müllerus, ἀνάγκῃ Musgravius. ἀν᾽ ἄστη dedit Donaldson.

77. περιρρύτους conj. Dind. sed interdum composita hujusmodi verbalia per η declinari nunc constat. Vide inf. 757. Confer autem πόλεις Ἀχελωΐδες similiter de insulis dictæ Pers. 866.

78. βουκολούμενος πόνον vix recte contendit Linwood. cum structura Græcis satis usitata, ἐλαύνεσθαι δρόμους, γυμνάζεσθαι πόνους Prom. 608. ubi pendet accusativus ex cognato verbi significatu. Vertit autem cum Wakefieldio *agitatus ut bos*. Passive etiam accepit Hermannus, de accusativo, in quo omnis latet molestia, tacens, nisi quod hæc addit: "inest in hoc verbo diu frustrati laboris significatio." Non video quomodo ex ea notione aptari possit πόνον. Schol. autem περιέπων. Equidem intelligo *anxie fovens animo*, ut Ag. 652, ἐβουκολοῦμεν φροντίσιν νέον πάθος. Nisi fallor, πρόκαμνε sic congruit, ut sententia sit, Cum hæc audias quæ passurus sis, ne ante exactos labores animo deficias propter anxietatem; sc. expectatio laboris ne faciat ut eum adire nolis.

79. Homericum ποτὶ πτόλιν notandum est. προτὶ πόλιν Theb. 336.—ἄγκαθεν, *ulnarum complexu*; vide ad Ag. 3. Sic ἀγκὰς ἑλὼν Od. vii. 252. ἀγκὰς ἔχων τυ Theocr. vii. 55. ἀγκὰς λαβεῖν Il. xxiii. 711.—βρέτας intellige antiquissimam deæ effigiem ex trunco oleagino fabricatam, de qua vide Wordsworthii *Athens and Attica*, p. 125. Confer autem Eur. El. 1255. ἐλθὼν δ᾽ Ἀθήνας Παλλάδος σεμνὸν βρέτας πρόσπτυξον.

84. ἔπεισα. Recte Linwoodius: "Desideres fortasse pronomen ἐγώ: sed vim sententiæ continet ἔπεισα, Non *per te ipsum*, sed alio (h. e. me) *suadente fecisti*."

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἄναξ Ἄπολλον, οἶσθα μὲν τὸ μὴ 'δικεῖν·
ἐπεὶ δ' ἐπίστᾳ, καὶ τὸ μὴ 'μελεῖν μάθε.
σθένος δὲ ποιεῖν εὖ φερέγγυον τὸ σόν.
ΑΠ. μέμνησο, μὴ φόβος σε νικάτω φρένας.
σὺ δ', αὐτάδελφον αἷμα καὶ κοινοῦ πατρὸς,
Ἑρμῆ, φύλασσε, κάρτα δ' ὢν ἐπώνυμος,
πομπαῖος ἴσθι, τόνδε ποιμαίνων ἐμὸν
ἱκέτην. σέβει τοι Ζεὺς τόδ' ἐκνόμων σέβας,
ὁρμώμενον βροτοῖσιν εὐπόμπῳ τύχῃ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑΣ ΕΙΔΩΛΟΝ.

εὕδοιτ' ἄν, ὠή, καὶ καθευδουσῶν τί δεῖ;

85—6. *μὴ 'δικεῖν* et *μὴ 'μελεῖν* Med. Plene scribunt Herm. Linwood. *μὴ ἀδικεῖν*, etc. cum Ven. Flor. Farn. *μήδικεῖν* Franzius, *μάδικεῖν* Dind., et eodem modo in v. proximo. Sententia est: Nosti quidem quomodo exercenda sit justitia (cf. v. 719); quod quoniam jam tenes, restat ut discas curam habere et patrocinium suscipere supplicis tui: potentia autem tua idonea est ad me tuendum. "Intelligit autem se Orestes, ut qui injuste non egerit, Apollini obsecutus; et quoniam sciat ipsum non peccasse, rogat ne se negligat a Furiis in vindictam pulsum." *Minckwitz.*

87. Vide Blomf. Gloss. ad Theb. 392. Schützii interpretationi, *te rem bene gessurum*, obstat præsentis temporis infinitivus.

90. *κάρτα ὢν ἐπώνυμος, recte nominatus.* Confer Theb. 408. 655. Ajac. 430. Rhes. 158.

92. Libri *ἐκνόμων* vel *ἐκ νόμων.* Hoc tuentur Dind. Franz. *ἐκνόμως* Linwood. et sic ego olim, ex Hermanni conjectura. Legitur enim istud adverbium Ag. 1449. et *ἔξω νόμου, extra morem*, valet, quanquam ibi quidem de cantu dicitur. *ἐκνομίως* Arist. Plut. 981. Vulgatum hodie servavit Hermannus, qui hæc habet: "Recte Scholiastes *τὸ τῶν ἱκετῶν σέβισμα καὶ δέημα οὐ μόνον τιμᾷ ὁ Ζεὺς, ἀλλὰ καὶ σέβει, ὁρῶν αὐτὸ ὁρμώμενον προσηκούσῃ τύχῃ.* Suidas et Zonaras *ἐκνόμοις, παρανόμοις.* Est autem affinitas quædam vocabulorum scelere contaminatos significantium et eos qui ob hanc causam supplices ad templa deorum accedunt. Sic *προστρόπαιος sceleratum* significat, idque etiam in talibus locis, a quibus propria hujus vocabuli significatio alienissima est, ut in hac ipsa fabula v. 236. 437. (228. 423.) Ut hic *ἐκνόμων σέβας*, ita v. 433 (419) *σεμνὸς προσίκτωρ* dicitur. Significatur autem misericordiam non deesse sceleratis a fido comite adjutis." Ultima interpretatio sunt verborum *ὁρμώμενον βροτοῖσιν* etc., et recte respiciunt v. 91; itaque *τόδε σέβας* est, *cum tali modo, nempe a patrono ducti, accedunt.* Ego si quid de meo adjiciendum putarem, hoc dicerem, *ἔκνομον* fortasse eum significare, qui propter commissum scelus quasi extra leges positus est (*outlawed*), et commercio hominum exclusus.

93. "Abeunt Orestes et Mercurius. Apollo in templum revertitur. Clytæmnestræ umbra per *ἀναπίεσμα*, quod in proscenio erat, emittitur." *Herm.*

94. *εὕδοιτ' ἄν*, ironice, *sleep on.* Inter-

ἐγὼ δ' ὑφ' ὑμῶν ὧδ' ἀπητιμασμένη
ἄλλοισιν ἐν νεκροῖσιν, †ὧν μὲν ἔκτανον
ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἐκλείπεται,
αἰσχρῶς δ' ἀλῶμαι· προυννέπω δ' ὑμῖν ὅτι
ἔχω μεγίστην αἰτίαν κείνων ὕπο·
παθοῦσα δ' οὕτω δεινὰ πρὸς τῶν φιλτάτων,
οὐδεὶς ὑπέρ μου δαιμόνων μηνίεται,
κατασφαγείσης πρὸς χερῶν μητροκτόνων.
†ὁρᾶτε πληγὰς τάσδε καρδίας †ὅθεν·
εὕδουσα γὰρ φρὴν ὄμμασιν λαμπρύνεται·

rogative expressit Linwood. vix recte. Sed bene idem proxima vertit: *quid mihi vobis dormientibus opus est?*

96. Libri ὡς. Sed recte videntur Herm. Franz. Dind. Linwood. ὧν ex schol. restituisse, qui ὑπὲρ ὧν ἐφόνευσα explicat. Hoc dicit: ὄνειδος ἐκείνων ὧν ἔκτανον, etc., *opprobrium de occiso viro semper mihi a mortuis ingeritur.* Nominativus pendens ἀπητιμασμένη plane respondet simili structuræ παθοῦσα v. 100. Exempla ejus usus sunt inf. 455. Suppl. 440. Cho. 511. 1048. Pac. 932. Iph. Taur. 947. Hippol. 23, ubi vide Monk.

98. αἰσχρῶς ἀλῶμαι. Sc. in aliorum consortium non admissa.

103. Libri ὅρα δὲ πληγὰς τάσδε καρδίᾳ σέθεν (καρδία Ven. Farn. Rob.) Non debebam felicissimam Hermanni emendationem καρδίας ὅθεν silentio præterire. Videte, inquit, vulnera pectori inflicta, ὅθεν εἰσὶ, h. e. ἐκ χερῶν μητροκτόνων: videte quomodo cor mihi transfixerit filius meus. Nam quod *collum* vulnerari dicitur inf. 562, id non obstat huic interpretationi, ut nuper contra Müller. et Linwood. defendit Hermannus; nam vel plura vulnera cogitare possis, vel etiam cor gladio superne per collum demisso laceratum. Quod liber Med. habet καρδίαι, id facile explicari potest: cum enim καρδίας ὅθεν in καρδία σέθεν corruptum esset, dativum intulit librarius ut labantem sententiam quoquo modo juvaret. Illud præterea addiderim; singularem ὅρα δὲ pro plurali ὁρᾶτε necessario ob id ipsum σέθεν invectum esse. Nam non nisi pluraliter eas alloquitur per totam hanc ῥῆσιν vv. 94—116, quod secus fit cum singulæ mox vel Clytæmnestræ vel sibi invicem respondent. Perspexit hoc Linwoodius, qui hunc versum post v. 129 transferendum putavit. Vulgo autem ὅρα πληγὰς τάσδε intelligunt: sentias *hæc mea convicia*, fere ut inf. 131. 150. 444. Quod quam durum sit certe non opus est demonstrare.

104. Quomodo, non inepte quæsierit quispiam, quæ somno obrutæ jacent, vulnera oculis *cernere* possint? Ecce vero adjumentum sibi, quod præsto fuit, ex Pythagorea disciplina arcessivit poeta. Generaliter rem enuntiat, ut de fato hominibus concesso, μοῖρα βροτῶν, quam de Furiarum personis, quæ quodammodo divinæ sunt, loqui malit: *In somno enim animus clare videt; interdiu autem* (h. e. cum vigilant) *nihil homines providere possunt.* Quod Pythagoras de somniis et de animi acie, sc. de futuro providendo, docuerat, id ad veros corporis oculos transtulit poeta. Cic. de Div. i. 39. *cur autem deus dormientes nos moneat, vigilantes negligat?* Ibid. i. 30. *quum ergo est somno sevocatus animus a societate et contagione corporis, tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prævidet.* Hermannus ex Scholiastæ glossa, ἡ τῆς φρενὸς μοῖρα οὐ προορᾷ ἐν ἡμέρᾳ, φρενῶν pro βροτῶν dedit, et sic Minckwitz. Donaldson. Libri autem πρόσκοπος. Adeo dura loquendi ratio esset

ἐν ἡμέρᾳ δὲ μοῖρ' ἀπρόσκοπος βροτῶν.
ἦ πολλὰ μὲν δὴ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε·
χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα,
καὶ νυκτίσεμνα δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς
ἔθυον, ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν.
καὶ πάντα ταῦτα λὰξ ὁρῶ πατούμενα·
ὁ δ' ἐξαλύξας οἴχεται νεβροῦ δίκην,
καὶ ταῦτα κούφως ἐκ μέσων †ἀρκυστάτων
ὤρουσεν, ὑμῖν ἐγκατιλλώψας μέγα.
ἀκούσαθ'· ὡς ἔλεξα τῆς ἐμῆς πέρι
ψυχῆς· φρονήσατ', ὦ κατὰ χθονὸς θεαί.
ὄναρ γὰρ ὑμᾶς νῦν Κλυταιμνήστρα καλῶ.

μοῖρα φρενῶν, ut dubitem annon Scholiastæ τῆς φρενὸς ex φρὴν in v. superiore sumptum sit. Ceterum non adeo certum est, *ipsa vulnera oculis cernere* jubeat, an *a quo* inflicta sint *mentis acie perspicere:* sed τάσδε pro priore facit.

107. ἀοίνους. Vide Œd. Col. 100. 481. et Schol. ibid. Vinum propterea non dabatur Furiis, quia id præcipue in causa est cur rixæ et inde cædes oriantur, quibus quodammodo in homines excitantur deæ. Ceterum vide inf. ad v. 975.

109. ὥραν, insolentior accusativi usus, de quo vide Elmsl. ad Bacch. 722. Dem. p. 1257. Arist. Ach. 23.—νυκτὶ σεμνὰ divisim quidam libri; sed sic ὥρᾳ potius dicendum fuit.

112. Sententia: et illud tamen fecit cum jam mediis cassibus esset inclusus; quo facto vobis graviter illusit. καὶ ταῦτα τὰ πηδήματα intelligit Linwood., ut πήδημ' ὀρούσας Ag. 799. Cf. Hippol. 829. πήδημα ὁρμήσασα. Œd. Tyr. 1300. ὁ πηδήσας μείζονα τῶν μηκίστων. Sed nunc puto recte de hoc usu statuisse Donaldson. *New Crat.* p. 264. Infrequentius usurpatur καὶ ταῦτα cum verbo finito. Sed confer Arist. Vesp. 771. καὶ ταῦτα μέν νυν εὐλόγως, ἢν ἐξέχῃ εἵλη κατ' ὄρθρον, ἡλιάσει πρὸς ἥλιον. Ceterum plerique libri ἀρκυσμάτων præbent, quod tuentur Franzius et Linwood. Sed ἄρκυσμα neque alibi occurrit, nec profecto recte formatum videtur ab ἄρκυς. Contra veram formam esse τὰ ἀρκύστατα ex pluribus locis patet. Vide ad Ag. 1346.

113. ἐγκατιλλώπτειν proprie valet, *vultum contorquere irridendi gratia;* (*to make faces at.*) Cf. Frag. 211 (225 Dind.) σὺ δ' ὁ σταθμοῦχος εὖ κατιλλώψας ἄθρει. Hom. Od. xviii. 11. οὐκ ἀΐεις ὅτι δή μοι ἐπιλλίζουσιν ἅπαντες; (*wink at me.*) ἴλλειν est Antig. 509. ἰλλὸς Thesm. 846. Hinc compositum nomen proprium Πέριλλος, *qui circumspicit.*

114. ὡς, *quoniam.* Sic recte, opinor, Hermannus, qui post ἀκούσαθ' plenius interpunxit. Respicitur autem nota locutio, περὶ ψυχῆς ἀγὼν, ὑπὲρ ψυχῆς ἀπολογεῖσθαι. Cf. Phœn. 1330. Orest. 847. Heracl. 984. Hel. 946. Od. ix. 422. πάντας δὲ δόλους καὶ μῆτιν ὕφαινον, ὥστε περὶ ψυχῆς. Il. xxii. 161. ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο. Soph. El. 1492.

116. Nunc enim, inquit, utpote mortua, εἴδωλον tantum et quasi somnium vos voco. Dormiunt jam Eumenides; dormientibus solummodo apparere possunt somnia. Clytæmnestra igitur dicere vult, se non jam veram esse figuram, qualis tangi et cerni possit, sed imaginem sive umbram, qualis somniantibus adesse solet. Spectant hæc ad vv. 103—5, et totius sermonis tenor est, moneri secundum quietem Eumenides, ab

ΧΟΡΟΣ.

(Μυγμός.)

ΚΛ. μύζοιτ' ἂν, ἀνὴρ δ' οἴχεται φεύγων πρόσω·
φίλοις γάρ εἰσιν, οὐκ ἐμοὶ, προσίκτορες.

ΧΟ. (Μυγμός.)

ΚΛ. ἄγαν ὑπνώσσεις, κοὐ κατοικτίζεις πάθος.
φονεὺς δ' Ὀρέστης τῆσδε μητρὸς οἴχεται.

ΧΟ. (Ὠγμός.)

ΚΛ. ὤζεις; ὑπνώσσεις; οὐκ ἀναστήσει τάχος;
τί σοι πέπρακται πρᾶγμα πλὴν τεύχειν κακά;

ΧΟ. (Ὠγμός.)

ΚΛ. ὕπνος πόνος τε, κύριοι ξυνωμόται,
δεινῆς δρακαίνης ἐξεκήραναν μένος.

ΧΟ. (Μυγμὸς διπλοῦς, ὀξύς.)

λάβε, λάβε, λάβε, λάβε, φράζου.

ΚΛ. ὄναρ διώκεις θῆρα, κλαγγαίνεις δ' ἅπερ
κύων μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν πόνου.

ea quæ ut somnium sopitis earum mentibus illabi, vigilantibus autem non eodem modo potuit adesse. Hinc recte additur φρονήσατε, Angl. *be conscious:* sc. dum dormit corpus, vigilet mens.

118. Vulgo οὐκ ἐμοῖς. οὐκ ἐμοὶ Herm., et sic Dind. Franz. Linwood. Sententiam explicavit Müllerus, *Dissert.* p. 159. *Sunt enim dii qui cognatis, non mihi, patrocinentur*, h. e. qui Orestem ut προστρόπαιον tueantur. Vide ad Suppl. 1, ubi Ζεὺς ἀφίκτωρ. Pluralis numerus sæpe usurpatur cum aliquid innuitur tantum, non diserte exprimitur. Vide ad Cho. 35.

122. Quid a te factum est, nisi quod non debebat fieri, scilicet ut matricida pœnam eluderet?

123. "κύριοι ξυνωμόται vocantur qui natura sua inter se conspirare solent." *Minckwitz.*

125. φράζου, Angl. *mark him!* Egregius versus; quem terribili et acuto clamore enuntiatum puta, qui totum theatrum pavore perculerit.

126. ὄναρ, *in somniis.* Notum Atticorum idioma. Photius: κατ' ὄναρ οὐ χρὴ λέγειν, βάρβαρον γὰρ παντελῶς ἀλλ' ὄναρ. Cf. Vesp. 1218. Iph. Taur. 505. Ag. 82. Plat. Resp. ii. ad fin. Apol. p. 40. D. —κλαγγάνεις scribunt Franz. Dind. Donaldson. Linwood., non item Hermannus. Certe nihil probat Soph. Frag. 782, ubi utramvis formam admittit metrum. Confer ὀλισθάνω et ὀλισθαίνω. De canum somniis, de quibus hic sermo esse videtur, vide Lucret. iv. 992. *Venantumque canes in molli sæpe quiete Jactant crura tamen subito, vocesque repente Mittunt, et crebras reducunt naribus auras, Ut vestigia si teneant inventa ferarum.* Aristot. Hist. Anim. iv. 10. init. ἐνυπνιάζειν φαίνονται οὐ μόνον ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ ἵπποι καὶ κύνες καὶ βόες.—δηλοῦσι δ' οἱ κύνες τῷ ὑλαγμῷ.

τί δρᾷς; ἀνίστω, μή σε νικάτω πόνος,
μηδ' ἀγνοήσῃς πῆμα μαλθαχθεῖσ' ὕπνῳ.
ἄλγησον ἧπαρ ἐνδίκοις ὀνείδεσιν·
τοῖς σώφροσιν γὰρ ἀντίκεντρα γίγνεται.
†σὺ δ' αἱματηρὸν πνεῦμ' ἐπουρίσασα τῷ,
ἀτμῷ κατισχναίνουσα, νηδύος πυρί,
ἕπου, μάραινε δευτέροις διώγμασιν.

ΧΟΡΑΓΟΣ.

ἔγειρ', ἔγειρε καὶ σὺ τήνδ', ἐγὼ δὲ σέ.
εὕδεις; ἀνίστω, κἀπολακτίσασ' ὕπνον,
ἰδώμεθ' εἴτι τοῦδε φροιμίου ματᾷ.
ΧΟ. ἰοὺ, ἰοὺ, πύπαξ. ἐπάθομεν, φίλαι— στρ. α'
ἦ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάταν ἐγώ,—
ἐπάθομεν πάθος δυσαχὲς, ὦ πόποι,

128. An recte scripserit Hermannus τὶ δρᾷς; ut sit *ecquid agis?* i.e. *agedum*, non vero *quid agis?* equidem vehementer dubito. Tanti viri non erat talia tentare. Sed obsecutus est Minckwitz.

131. *Ea enim* (sc. convicia) *sapientibus sunt quasi stimuli.* Cf. inf. v. 153.

132. Libri οὐδ', i.e. O for C.—τῷ pro τούτῳ, ut supr. 2 inf. 166. Theb. 380. et (quamquam versu insititio) Ag. 7. Orestem manifesto significat. Hermannus, cui "τῷ de Oreste intellectum, sic in fine versus, præsertim sequente alio dativo, ἀτμῷ, prorsus putidum" videtur, τῷδ' scripsit, statim sequente ἕπου, μάραινε κ.τ.λ. At ea licentia, a Sophocle, ut Œd. Tyr. 29, parcissime admissa, nusquam alibi apud Æschylum reperitur. Nam quod laudat Vir Doctus Suppl. 739 (749), locum a se ipso correctum, φιλεῖ δ' | ὠδῖνα τίκτειν νὺξ κ.τ.λ., hoc est conjecturam conjectura, arenoso sane fundamento, ædificare.

135. "Cantus qui sequitur ratio ita comparata est, ut non ab universo Choro, sed a singulis ordine Furiis decantata sit. Ubi autem plene interpungitur, ibi aliam cantum incipere intelligendum est. Tres primi versus trimetri sunt, quos prima decantat Furia: reliqui in strophas et antistrophas distribuendi." Linwood. qui personas paullo aliter quam Hermannus constituit. Scilicet hic in stropha et antistropha prima non decem, sed octo; in reliquis non quatuor, sed sex loqui putat.

ibid. ἔγειρε. "Una Furiarum expergefacta eam quæ proxime accubuerat excitat, et sic deinceps. ἐγὼ δὲ σέ dictum est pro ὡς ἐγὼ σὲ ἤγειρα." Schütz. Exempla quædam hujus usus vide ad Suppl. 734.

137. τοῦδε φροιμίου de somnio quod quasi præluserat intelligit Schützius: de *incepta persecutione* Minckwitzius. Sed ad sequentem cantilenam referendum potius videtur: *Videamus an nihil valeat quod jam de Apollinis injuria cantaturæ sumus:* sc. experiamur primum an eum ad reddendum clientem suum hoc probroso carmine moveamus. Postea autem in ipsum caput devoti hominis carmen δέσμιον φρενῶν instituunt, inf. v. 319.

138. πύπαξ. Sonum exprimit σχετλιαστικὸν, ut et altera forma πύππαξ, quam servavit Photius. Confer ποππύζειν et πυππάζειν.

ἄφερτον κακόν.
ἐξ ἀρκύων πέπτωκεν, οἴχεται δ' ὁ θήρ.
ὕπνῳ κρατηθεῖσ' ἄγραν ὤλεσα.
ἰώ, παῖ Διός, ἐπίκλοπος πέλει. ἀντ. α'.
νέος δὲ γραίας δαίμονας καθιππάσω,
τὸν ἱκέταν σέβων, ἄθεον ἄνδρα καὶ
τοκεῦσιν πικρόν.
τὸν μητραλοίαν δ' ἐξέκλεψας ὢν θεός.
τί τῶνδ' ἐρεῖ τις δικαίως ἔχειν;
ἐμοὶ δ' ὄνειδος ἐξ ὀνειράτων μολὸν στρ. β'.
ἔτυψεν δίκαν διφρηλάτου
μεσολαβεῖ κέντρῳ
ὑπὸ φρένας, ὑπὸ λοβόν.
πάρεστι μαστίκτορος δαΐου δαμίου
βαρύ, τὸ περίβαρυ κρύος ἔχειν.
τοιαῦτα δρῶσιν οἱ νεώτεροι θεοί, ἀντ. β'.
κρατοῦντες τὸ πᾶν δίκας πλέον·
φονολιβῆ † θρόμβον
περὶ πόδα, περὶ κάρα—
πάρεστι γᾶς ὀμφαλὸν προσδρακεῖν αἱμάτων

142. *οἴχεταί θ'* prætulit Donaldson. cum Dind.

149. *τί τῶνδε*; sc. cum in seniores juveniliter insolescis, aut cum matricidam nobis eripis. Sic sæpius apud Æschylum *τί τῶνδε* de duabus partibus usurpatur, ut Cho. 832. 330. Ag. 204.

151. Metrum ut inf. 758. Theb. 319. 734, ex dochmio cum dipodia iambica.—*μεσολαβεῖ*, quod medium prehenditur quo firmior sit et magis habilis usus. Confer *μεσσοπαγὲς ἔγχος* Il. xxi. 172. Theocr. xvi. 78. *ἤδη βαστάζουσι Συρακόσιοι μέσα δοῦρα.*

154. *Adest mihi quem sentiam* (*ἔχειν*) *publici carnificis gravis prægravis cruciatus.* Cf. v. 130.

156. *οἱ νεώτεροι θεοί.* Ubique enim se *παλαιὰς δαίμονας* et *δηναιὰς θεὰς* (v. 809) vocant, utpote ab antiquissima omnium nocte oriundæ. Vide Præfat.

158. Libri *φονολειβῆ θρόνον*. *θρᾶνον* Franzius, ex conj. H. L. Ahrens. *θρόμβον* Wakefieldius, quem secuti sunt Herm. Dind. Linwood. Non sane absurdum est quod adnotavit Hermannus, dum personarum distributionem olim a se factam tuetur: "Antistrophica ratio docet his verbis, *περὶ πόδα, περὶ κάρα*, finiri orationem pariter atque in stropha his, *ὕπο* [sic enim scribit] *φρένας, ὕπο λοβόν*, hoc autem verbo, *πάρεστι*, et hic et illic novum alius personæ dictum incipere." Quod vero vertit ille *κρατοῦντες φονολιβῆ θρόμβον* etc. "*sibi vindicantes cædis vestigia*, i. e. judicium sibi arrogantes parricidii," id adeo durum est ut maluerim cum Franzio abruptæ orationis signum apponere. Sci-

βλοσυρὸν †ἀρόμενον ἄγος ἔχειν.

ἐφεστίῳ δὲ, †μάντις ὢν, μιάσματι — στρ. γ'.
μυχὸν ἔχρανας αὐτόσσυτος, αὐτόκλητος,
παρὰ νόμον θεῶν βρότεα μὲν τίων,
παλαιγενεῖς δὲ Μοίρας φθίσας.
κἀμοί γε λυπρὸς, καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται, — ἀντ. γ'.
ὑπό τε γᾶν φυγὼν οὔ ποτ' ἐλευθεροῦται·
ποτιτρόπαιος ὢν δ' ἕτερον ἐν κάρᾳ
μιάστορ' †ἐξ ἐμοῦ πάσεται.

ΑΠ. ἔξω, κελεύω, τῶνδε δωμάτων τάχος
χωρεῖτ', ἀπαλλάσσεσθε μαντικῶν μυχῶν·
μὴ καὶ λαβοῦσα πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν,
χρυσηλάτου θώμιγγος ἐξορμώμενον,
ἀνῇς ὑπ' ἄλγους μέλαν' ἀπ' ἀνθρώπων ἀφρὸν,
ἐμοῦσα θρόμβους οὓς ἀφείλκυσας φόνου.
οὔτοι δόμοισι τοῖσδε χρίμπτεσθαι πρέπει·

licet excipit alia quod hæc ipsa statim dictura erat, *πάρεστι προςδρακεῖν*, sed addito novo accusativo *ὀμφαλόν*.

161. *ἀρόμενον* Abresch. pro *αἰρούμενον* vel *αἰρόμενον*.

162. Libri *μάντι σῷ* vel *σῶ*. Correxit Schützius. *μάντι, σὸν* Scholefieldius.

163. *αὐτόσσυτον· αὐτοκέλευστον*. Hesych. Vide Soph. Frag. 503.

167. Libri *κἀμοί τε*. Melius videtur *κἀμοί γε*, ut correxit Casaubonus. Hermannus *ἐμοί τε*. Quanquam stare possit etiam vulgata lectio: *et, dum mihi gravis est, illum non magis liberabit.*

169. *μιάστορα*, i. e. *ἀλάστορα*. *ἐν κάρᾳ* vel *ἐπ' ὀρόφῳ μιαίνειν* proprie de obscœnis avibus dicebatur, qui fœda ventris proluvie tectum inquinabant. Confer Suppl. 637. *τὸν οὔτις ἂν δόμος ἔχοι ἐπ' ὀρόφων μιαίνοντα*, ubi vide notata. In Hesiodi loco ibi laudato nescio an *χρώζῃ*, *fœdet*, rectius quam *κρώζῃ*, *crocitet*, legeretur. Id mali ominis cum visum esset, magnopere abominati sunt Græci. A statuis autem arcebant apposito *μηνίσκῳ*. Vide omnino Arist. Av. 1114—17. Malum Genium vel Dæmona sæpe cum volucri capiti insidente comparari nemo nescit. Vide ad Ag. 1638. Cf. Eur. Med. 1371. *οἴδ' εἰσὶν, οἶμαι, σῷ κάρᾳ μιάστορες*. Nunc demum, lector, recte intelligis Arist. Nub. 174. *ἥσθην γαλεώτῃ καταχέσαντι Σωκράτους*, quod non modo fœdum, sed contra religionem habebatur. Pythagorea doctrina ex Oriente invecta est, ubi hodieque capita assidue lavant et purganda curant. Ceterum recepi Scholefieldii conjecturam *ἐξ ἐμοῦ* pro eo quod in libris corrupte legitur, *ἐκείνου*. *ἐκ νέου* Franz. cum H. L. Ahrens. *ἔστιν ὃν* Hermannus, qui olim *ἔστιν οὗ* tentabat. *ἐκ κείνου* Dind. Both. sed adversante metro.

172. *πτηνὸν ὄφιν*. Sagittam dicit. *Alis adlapsa sagitta.* Virg. Æn. ix. 578. Schol. *διὰ τὸ ἐπτερῶσθαι*.

176. *τοῖσδε* emphasin habet: *his* in-

ἀλλ' οὗ καρανιστῆρες ὀφθαλμωρύχοι
δίκαι, σφαγαί τε, σπέρματός τ' ἀποφθορᾷ
παίδων κακοῦται χλοῦνις, ἠδ' ἀκρωνία
† λευσμοί τε, καὶ μύζουσιν οἰκτισμὸν πολὺν
ὑπὸ ῥάχιν παγέντες. ἆρ' ἀκούετε

quam, ubi læta omnia ac pura esse debet.

177. ὀφθαλμωρύχοι Franz. Dind. Linwood. pro ὀφθαλμώρυχοι, quod servavit Herm. Ad hoc genus supplicii respicit Demosthenes p. 1269. ubi inter alios homines nequam recenset Ἀριστοκράτην τὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς διεφθαρμένον. Vide Stallbaum. ad Plat. Gorg. p. 473. C. ad Remp. x. p. 361. fin. Hæc de Persarum moribus intelligenda putat Musgravius. Confert Stanl. καρανιστὴς μόρος Rhes. 817.

178. Libri ἀποφθοραί, quod servarunt Franz. Linwood. Dind. et nuper Herm. qui *partus abactos* significari putat. Mea quidem sententia id alienum esset a poetæ mente. Tormenta dicit et mutilationes membrorum qualis est castratio, etc. Videtur enim de Persarum eunuchis præcipue cogitare. De vero sensu v. χλοῦνις non magis constat inter viros doctos quam ipsis veteribus constabat quid esset χλούνης σῦς Il. ix. 539, quem alii ἐκτομίαν, *castratum* (Aristot. Hist. An. vi. 28.), alii ἐν τῇ χλόῃ εὐναζόμενον satis absurde interpretabantur. Quid vero si Æschylus non ἐκτομίαν, sed plane contrarium intelligebat? Aptissimum enim istud epithetum animali, cui permagni et conspicui et non solitum in modum appensi sunt testes. Ridiculum est, quod de extritis testiculis tradunt grammatici. Ferocem aprum si describere voluit poeta, manifestum est, ἔνορχιν, non emasculatum, dicturum fuisse: nam castrando semper frangitur vis et spiritus. Legitur χλούνης vel μαχλούνης etiam in Frag. Edon. 63, ubi non alia aptior videtur significatio. χλοῦνιν (sc. ἡλικίαν) *pubertatem* haud absurde vertas, si substantivum esse nolis concedere. Huc certe omnino facit loci sententia, ut χλοῦνις sit *virilis vis*, quæ pueris perditur ac corrumpitur σπέρματος ἀποφθορᾷ. Non minus obscurum est ἀκρωνία, quam vocem plerique Grammaticorum πλῆθος vel ἀθροισμὸν explicant, alii ἀκρωτηριασμὸν valere putant, scholiastes autem κακῶν ἄθροισις ἢ λιθοβολίας, ipse scilicet in tenebris versatus cum de vera loci sententia tum de vi verborum. Fortasse antiquum vocabulum fuit ἀγρωνία (confer Bacchi festum τὰ Ἀγριώνια) ad vindemiam pertinens, quod postea pronuntiando vel in ἀκρωνία transiit vel cum eo confusum est, sc. *uvarum coacervatio ex agris.* De more abscindendi nasum, aures, digitos, ut hic cogitemus omnino ducit oratio. Utut sit, versus non videtur corruptus esse: nec probabile puto aut Hermanni παίδων τε χλοῦνις, ἠδ' ἀκρωνία κακοῦ, aut Franzii παίδων κάκη τε χλοῦνις κ.τ.λ. ut κάκη valeat κάκωσις. κακοῦσθαι proprie de læsis corporis membris usurpari videtur. Hippocrat. De Aere et Aquis, i. p. 551. ed. Kühn. ὑφ' ὧν τὸ μὲν σφαιροειδὲς τῆς κεφαλῆς κακοῦται, τὸ δὲ μῆκος αὔξεται. Idem, De Sacro Morbo, p. 597. ἢν δὲ ἀπὸ ἑνός τινος γένηται (ἡ ἀπότηξις), ἢ ἀπὸ ὀφθαλμοῦ ἢ οὔατος, ἢ φλέψ τις συνισχνανθῇ, ἐκεῖνος κακοῦται οὕτως ὁκοίως ἂν καὶ τῆς ἀποτήξιος ἔχῃ. Vulgo autem (et sic Dind. Minckwitz. Donaldson.) κακοῦ τε χλοῦνις, ex Turn. Steph.

180. Libri λευσμόν, et sic Herm. et Jelf. Gr. Gr. § 566. 1. ut sit λευσμόν τε μύζουσιν οἱ λευόμενοι, καὶ οἰκτισμὸν οἱ παγέντες. Ceteri fere λευσμός emendant. Si quid mutandum, præferrem λευσμοί, quod præbet Marg. Askev. et sic Scholef. —χοῦ μύζουσιν Donaldson., quod conjecerat etiam G. Burges.

181. ὑπὸ ῥάχιν παγέντες. Sic ἀμπείρας ῥάχιν Rhes. 514. Atrocissimum supplicii

οἵας ἑορτῆς ἔστ' ἀπόπτυστοι θεοῖς
στέργηθρ' ἔχουσαι; πᾶς δ' ὑφηγεῖται τρόπος
μορφῆς. λέοντος ἄντρον αἱματορρόφου
οἰκεῖν τοιαύτας εἰκὸς, οὐ χρηστηρίοις
ἐν τοῖσδε πλησίοισι τρίβεσθαι μύσος.
χωρεῖτ' ἄνευ βοτῆρος αἰπολούμεναι·
ποίμνης τοιαύτης δ' οὔτις εὐφιλὴς θεῶν.
ΧΟ. ἄναξ Ἄπολλον, ἀντάκουσον ἐν μέρει.
αὐτὸς σὺ τούτων οὐ μεταίτιος πέλει,
ἀλλ' † εἷς τὸ πᾶν ἔπραξας, ὡς παναίτιος.
ΑΠ. πῶς δή; τοσοῦτο μῆκος ἔκτεινον λόγου.
ΧΟ. ἔχρησας ὥστε τὸν ξένον μητροκτονεῖν.
ΑΠ. ἔχρησα ποινὰς τοῦ πατρὸς πέμψαι. τί μήν;
ΧΟ. κἄπειθ' ὑπέστης αἵματος δέκτωρ νέου.
ΑΠ. καὶ προστραπέσθαι τούσδ' ἐπέστελλον δόμους.
ΧΟ. καὶ τὰς προπομποὺς δῆτα τάσδε λοιδορεῖς;
ΑΠ. οὐ γὰρ δόμοισι τοῖσδε πρόσφορον μολεῖν.
ΧΟ. ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν τοῦτο προστεταγμένον.
ΑΠ. τίς ἥδε τιμή; κόμπασον γέρας καλόν.

genus, ut recte vocat Schützius, accuratius, quanquam in mortuis, describit Herod. iv. 72.

183. "οἵας ἑορτῆς στέργηθρα ἔχουσαι θεοῖς ἀπόπτυστοί ἐστε. Verba sic jungenda." Linwood. Vide Cho. 233. Prom. 500. Sequentia sic vertit Schützius: *Eo quoque ducit universa species oris vestri corporisque conformatio.* Similiter (addit Vir doctus) Vulcanus τῷ Κράτει fœdam μορφὴν exprobrat Prom. 78.

186. πλουσίοισι recepit Linwood. ex Pauwii conjectura. πλησίοισι ego olim sic interpretabar ut esset τρίβεσθαι μύσος πλησίοισι, i. e. *immorari piaculum vicino populo.* Vereor ne falso. Melius Hermannus: "Ex templo egressus Apollo increpat Furias, quæ ab umbra Clytæmnestræ expergefactæ se proripuerant ex templo atque in orchestram descenderant. In orchestra autem commorantes intelliguntur esse in περιβόλῳ templi. Itaque πλήσια χρηστήρια *vicinum templum* sunt, ante quod Furiæ commorantur." τρίβεσθαι interpretatur Schol. προστρίβεσθαι. Mediæ vocis esse videtur, et ἐν χρηστηρίοις τρίβεσθαι pro ἐντρίβεσθαι χρ. per tmesin quandam ponitur.

191. εἷς pro εἰς ex Canteri conject. receperunt recentiores. ὢν παναίτιος Dind. Donaldson.

192. τοσοῦτο, quod Tragicorum esse negavit Elmsleius, τοσοῦτον semper scribendum ratus, non solicitarunt critici.

196. *Etiam hoc feci, fateor, ut suaderem ei ad meum templum se recipere.*

200. γέρας καλὸν quibusdam ironice accipiendum videtur. Dicit potius Apollo: Quis hic vester honor? honestum ministerium jacta, non autem τὸ ἐλαύνειν μητραλοίας, turpe et ignobile dearum munus.

ΧΟ. τοὺς μητραλοίας ἐκ δόμων ἐλαύνομεν.
ΑΠ. τί γάρ; γυναικὸς ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ;
ΧΟ. οὐκ ἂν γένοιθ' ὅμαιμος αὐθέντης φόνος.
ΑΠ. ἦ κάρτ' ἄτιμα καὶ παρ' οὐδὲν †εἰργάσω
Ἥρας τελείας καὶ Διὸς πιστώματα·
Κύπρις δ' ἄτιμος τῷδ' ἀπέρριπται λόγῳ,
ὅθεν βροτοῖσι γίγνεται τὰ φίλτατα.
εὐνὴ γὰρ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ μορσίμη
ὅρκου 'στὶ μείζων τῇ δίκῃ φρουρουμένη.
εἰ τοῖσιν οὖν κτείνουσιν ἀλλήλους χαλᾷς,
τὸ μὴ γενέσθαι μηδ' ἐποπτεύειν κότῳ,
οὔ φημ' Ὀρέστην σ' ἐνδίκως ἀνδρηλατεῖν.

202. *ἥτις νοσφίσῃ.* Structura ut Ag. 740. *ὅτε τὸ κύριον μόλῃ.* Genitivus *γυναικὸς* a *μητραλοίαν* sive *φονέα* pendet. Jure, inquit Apollo, matricidas persequeris; sed non eodem jure eum, qui patris ultor parentem nequam occiderit. Mirum est, in hac sententia hæsisse interpretes, ipsumque Scholiastam.

203. *Ea vero non esset cædes sanguine cognati*, sed tantum alienigenæ, sc. si uxor occidat maritum. Sic Admetus, Alcest. 532. uxorem vocat *ὀθνεῖον, οὐ συγγενῆ γεγῶσαν.—αὐθέντης, αὐτοσφαγὴς, αὐτόφονος*, interdum dici de cæsis propinquis notum est. Vide ad Suppl. 63. Cf. autem inf. 575.

204. Libri *ἠρκέσω*, quod nihili est. *ἤρκεσεν* Scholef. sed *ἤρκεσ' ὡς* in Appendice et novissima hujus fabulæ editione; quod non probandum. *ἠδέσω* Well. Dind. Franz. Linwood. *ἧκέ σοι* Hermannus. Sed felicius, opinor, J. Wordsworthius *εἰργάσω*, *fecisti*, idque non dubitavi ex priore ed. repetere.

209. Vulgo *ὅρκους τι. ὁρκοῦστι* Med. *φρουρουμένῃ* Ald. quod recepit Linwood. sc. *γυναικὶ τῇ ὑπὸ δίκης φρουρουμένῃ*, sed male de Clytæmnestra intelligens *γυναικί*. Sententia hæc esse videtur: justum matrimonium, et sancte servatum, majus aliquid in se habet quam quod tu putas, mera scilicet jurisjurandi verba: h. e. Non est tantum fœdus civile, sed *quasi cognatio* existit inter virum et feminam fidem sibi invicem inviolatam servantes.—*τῇ δίκῃ*, in quo offendit Linwoodius, legitur inf. 417.

210-4. Si igitur mitis es, nec irasceris ei quæ junctum sibi matrimonio occidit, injuria nunc persequeris Orestem; hoc enim (sc. illius facinus) video te ægre ferentem, illud (sc. interfectum ab uxore maritum) manifesto remissius curantem. *ἐνθυμουμένην* valet *ἐνθύμιον ποιουμένην.*

211. Nec quod Hermannus dedit, *τὸ μὴ τίνεσθαι*, nec quod Linwoodius isti conjecturæ non bene prætulit, *τὸ μηδ' ἕπεσθαι*, verum esse puto. Vix recte contulit Herm. Soph. Œd. Col. 993, ubi *τίνεσθαι* est *ἀμύνεσθαι*, de eo dictum qui *illatam sibi* injuriam ulcisci parat. Quod in hunc locum plane non cadit. *τίνεσθαι* receperunt Minckwitz. Dind. Donaldson. Me judice, non mutanda erat vulgata lectio. Infinitivus enim a *γενέσθαι* pendet, ut Ajac. 378, ubi confusæ sunt duæ structuræ: *οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν ταῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν.* Lysias *κατὰ Ἐρατοσθ.* p. 120. 7. *πάντως τὴν μὲν πόλιν γενέσθαι τὴν ἀρχὴν δεῖσθαι χρημάτων.* Lucianus, Dialog. Meretr. 7. *γένοιτο μὴ ψεύδεσθαι.* Verte, *ita ut non accidat ne ut respicias quidem interfectorem infesto animo.*—*τὸ μὴ*, i. e. *ὥστε μὴ*, ut Ag. 552.

τὰ μὲν γὰρ οἶδα κάρτα σ' ἐνθυμουμένην,
τὰ δ' ἐμφανῶς πράσσουσαν ἡσυχαιτέραν.
δίκας δὲ Παλλὰς τῶνδ' ἐποπτεύσει θεά.
ΧΟ. τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον οὔ τι μὴ † λίπω ποτέ.
ΑΠ. σὺ δ' οὖν δίωκε, καὶ πόνον πλέον τίθου.
ΧΟ. τιμὰς σὺ μὴ ξύντεμνε τὰς ἐμὰς λόγῳ.
ΑΠ. οὐδ' ἂν δεχοίμην ὥστ' ἔχειν τιμὰς σέθεν.
ΧΟ. μέγας γὰρ ἔμπας πὰρ Διὸς θρόνοις λέγει·
ἐγὼ δ', ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον, δίκας
μέτειμι τόνδε φῶτα † κάκκυνηγετῶ.
ΑΠ. ἐγὼ δ' ἀρήξω, τὸν ἱκέτην τε ῥύσομαι·
δεινὴ γὰρ ἐν βροτοῖσι κἀν θεοῖς πέλει
τοῦ προστροπαίου μῆνις, εἰ προδῶ σφ' ἑκών.

214. ἡσυχαίτερα dedit Linwood. Adverbium si voluisset poeta, ἡσυχαίτερον potius scripsisset. Nisi fallor, ἥσυχος πράσσει τι qui otiosus et securus aliquid agit; ἡσύχως, quem non sentit neque audit alius; ἥσυχα πράσσει qui tranquille vivit. Cf. ἄτιμα πράσσειν Ag. 1418.

216. Libri omnes λείπω. Longe usitatior est structura quam corrigendo dedit Porsonus. Sed vide Matth. Gr. Gr. § 517.

217. πλέον, ulterius, magis quam ante, τίθου πόνον, fac tibi inanem laborem. πλέω Linwood. Sane confusa videntur πλέον et πλέω Ag. 1270. πόνου πλέον Heath. Donaldson.

218. *Ne tu irridendo* (sc. ista dicendo) *partes meas elevare studeas.* Nam ironice dixerat σὺ δ' οὖν δίωκε, scilicet conscius sibi idoneam se habere potentiam quæ miserum hominem conservaret.—ψόγῳ Herm.

220. ἔμπας, *omnino*, Cho. 678. Angl. *any how*, i. e. vel sine iis muneribus. Notandum epicum πὰρ, quod in Choro legitur Suppl. 547. παρὰ Dind. Donaldson.

222. κάκκυνηγέτης Med. cum plerisque libris. Hermanni sive Erfurdtii emendationem receperunt recentiores. Linwoodio cum Well. κακκυνηγέτις placuit. Sed neque ullum talis usus (κὰ pro κατὰ, duplicata ob metrum sequente litera) exemplum apud Tragicos reperitur, nisi forte καββὰς, Suppl. 807, verum putes, et in promptu fuit poetæ plene scribere κατακυνηγέτις. Sententia est: et pœnas sumere pergam, et nunc vestigiis ejus insequor. Ion. 1422. ὦ Ζεῦ, τίς ἡμᾶς ἐκκυνηγετεῖ πότμος; De locutione μετιέναι τινὰ δίκας consule Elmsl. ad Heracl. 852.

225. προστρόπαιος habebatur, qui perpetrata cæde ad hominis expiatoris opem supplex confugerat. Vide Müller. Dissert. p. 139. Tamdiu enim impurus erat et cæde pollutus; sed postquam purgatus esset, tum non jam opus erat ad aras se recipere. Hinc patet causa, cur verba προστρόπαιος, ἱκέτης, προσίκτωρ, vv. 419. 423. 452, significent *sontem supplicem.* Hesychius: προστρόπαιος· φόνιος· μιαρός· αἵματι μεμιασμένος, καὶ πρός τινα τραπόμενος δεήσει καθάρσεως. Sic Eur. Herc. Fur. 1259. προστρόπαιος ὢν valet *nondum expiatus*, ut supra v. 168, et mox v. 228. Ceterum neminem hodie morabitur subjunctivus post εἰ. Cf. Pers. 787. Suppl. 86. Equit. 698. Jelf, Gr. Gr. § 854. 1. Herm. de Part. ἂν lib. ii. § 7. Qui προδῶ hic obelo notavit Scholefieldius, eodem modo improbare debebat ἥτις νοσφίσῃ v. 202,

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἄνασσ' Ἀθάνα, Λοξίου κελεύσμασιν
ἥκω, δέχου δὲ πρευμενῶς ἀλάστορα,
οὐ προστρόπαιον, οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα,
ἀλλ' †ἀμβλὺς ἤδη, προστετριμμένος τε πρὸς
ἄλλοισιν οἴκοις καὶ πορεύμασιν βροτῶν,
ὅμοια χέρσον καὶ θάλασσαν ἐκπερῶν,
σώζων ἐφετμὰς Λοξίου χρηστηρίους,
πρόσειμι δῶμα καὶ βρέτας τὸ σόν, θεά.

nam prorsus eadem est structuræ ratio. ἢν προδῶ Dind. ex Porsoni arbitrio.

226. "Postquam chorus ex orchestra abiit, et Apollo in templum se recepit, mutatur scena. Conspicitur templum Minervæ Poliadis in arce Athenarum. Advenit Orestes et supplex ad simulacrum deæ accedit." *Hermannus.* Debili ac supplice voce ad movendam misericordiam hæc dicta putabit lector.

228. Hesych. ἀφοίβαντον· ἀκάθαρτον. Αἰσχ. Νεανίσκοις.

229. Libri ἀμβλὺν et προστετριμμένον. Quæ scriptura hanc præcipue habet offensionem, quod nexu sic caret ὅμοια v. 231. Hermannus, transpositis vv. 229, 230, ita edidit: ἀλλ', ἀμβλὺς ἤδη προστετριμμένον μύσος, ὅμοια κ.τ.λ. "Quod enim καθαρὸς et ἀβλαβὴς dicitur (v. 452), idem est ἀμβλὺς ἤδη τὸ μύσος. Innocuus ad templum Minervæ Orestes accedere poterat, quia hebetatum erat et evanuerat piaculum quod sibi contraxerat." Comparat autem πρόστριμμα Ag. 386. προστρίβεται Prom. 337. Et sic quidem, quod valde miror, edidit Minckwitz. Doctam et ingeniosam de hoc loco, qui interpretes mirifice vexavit, disputationem habet Donaldson. *New Cratylus*, (ad v. ἀμβλὺς,) ubi quod olim proposuerat adhuc tuetur, προστετραμμένον τε πρὸς κ.τ.λ., nihili esse contendens quod ego objectaveram, nec recte dici potuisse οὐ προστρόπαιον ἀλλὰ προστετραμμένον, et οἴκους, non οἴκοις sic scripturum fuisse poetam. Et in hoc quidem me falsum esse libenter confiteor, cum notio *accedendi* perfecti participio non necessario inesse videatur. ἀμβλὺς idem de evanescente colore sanguinis explicat. Mihi vero alia medicina hodie quærenda videtur. Accusativos enim ἀμβλὺν etc. librariis deberi aio, qui quidem, structuram usque ad v. 233. continuatam non capientes, manibus temperare omnino non potuerunt quin οὐ προστρόπαιον ἀλλ' ἀμβλὺν etc. scriberent. Recepto nominativo, non est, meo quidem judicio, quo jure offendaris. Nam de præpositione contra morem tragicorum senarium claudente, etiamsi non aliud exstaret exemplum (exstant autem, quæ frustra evertere conatur Hermannus, Œd. Col. 495, Œd. R. 555, Philoct. 626,) non est cur nimis soliciti simus. Licebat, opinor, Æschylo ut in re libera suo arbitrio uti. ἀμβλὺς autem idem fere quod προστετριμμένος valere credo, sc. *hebes et attritus*, sive *retusam piaculi aciem habens, ad alias domos et vias hominum*, sc. passim vagabundus. Metaphora est ab acuta ferri cuspide, quæ retunditur atterendo. Confer θηγάνειν πρὸς θηγάναις Ag. 1514. πρὸς βασάνῳ Œd. Tyr. 494. inf. 429.—Verba τε πρὸς corrupta putat Linwood. πάρος frustra conjecit Reisigius.

231. ὅμοια, *pariter, perinde.* Sunt qui idem quod ὅμως hic valere putent.

233. πρόσειμι non est ab εἶμι, *ibo*, sed ab εἰμὶ, *sum*, et pendet accusativus a notione *motus in locum.* Sed tamen non recte vertit Linwood. *accedam*, siquidem

αὐτοῦ φυλάσσων ἀναμένω τέλος δίκης.
ΧΟ. εἶεν· τόδ' ἐστὶ τἀνδρὸς ἐκφανὲς τέκμαρ·
ἕπου δὲ μηνυτῆρος ἀφθέγκτου φραδαῖς.
τετραυματισμένον γὰρ ὡς κύων νεβρὸν,
πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύομεν.
πολλοῖς δὲ μόχθοις ἀνδροκμῆσι φυσιᾷ
σπλάγχνον· χθονὸς γὰρ πᾶς πεποίμανται τόπος,
ὑπέρ τε πόντον ἀπτέροις πωτήμασιν
ἦλθον διώκουσ', οὐδὲν ὑστέρα νεώς.
καὶ νῦν ὅδ' ἐνθάδ' ἐστί που καταπτακών.
ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ.

ὅρα, ὅρα μάλ' αὖ, † παντᾶ λεῦσσε μὴ

jam accesserat, v. 226. *Accessi ac nunc adsum* dicit. Cf. Eur. Bacch. 5. πάρειμι Δίρκης νάματ' Ἰσμηνοῦ θ' ὕδωρ. δόμους πάρειμι (al. δόμοις) Hippol. 805.

234. ἀναμενῶ Herm. cum Stanleio.

235. "Introeunt Furiæ σποράδην in orchestram." *Herm.*

236. μηνυτὴρ ἄφθεγκτος est cruoris tacitum indicium, ipse enim Orestes, αἵματι στάζων χεῖρας supra v. 42, putandus est sanguinis guttas inter fugiendum sparsisse.

238. ἐκματεύομεν Linwood. cum Dind., probabiliter quidem, sed certe non necessario. Cf. Ag. 1068. μαστήριος Suppl. 897. In Eur. Hel. 597. metrum postulat μαστεύων. Nec vulgatum turbavit Herm.

239. μόχθος ἀνδροκμὴς est labor ad virum defatigandum adhibitus, ut recte monuit Herm. Active legitur etiam Cho. 875. Suppl. 661. inf. 916.

242. Scholefieldius: "νεὼς, *navis* quæ Orestem vehebat." Ego generaliter intelligo.

243. καταπτακὼν, aoristi participium a καταπτήσσω. An recte se habeat πτήσσω, ἔπτακον, fortasse dubitari possit: καταπτακὼς Turn. Hesychius vero καταπλακών· καταπλήξας· quod corrigendum esse ex hoc loco καταπτακών· καταπτήξας· perspexit· Dind.—Ceterum hanc ῥῆσιν (235—44) inter quinque personas distribuit Franz. cum coryphæi potius sermo sit. De sequentibus Hermannus: "Aperte his versibus colloquium continetur Furiarum. Distribuendos esse hos versus inter septem Furias, quæ canunt dum reliquæ in orchestram irrumpunt, neque antistrophica hæc esse, et res ipsa monstrat, et indicatum est a me in Opusc. vi. 2. p. 51."

245. Vulgo (et sic Franz.) λεύσσετον πάντα. λεῦσσέ τε Herm. Dind. Linwood. Duali numero si uteretur chorus, una ex tribus (vide ad v. 1) reliquas duas alloqueretur necesse esset. Sed falsum esse λεύσσετον colligi potest a scriptura Med. ubi λεύσσε . . τὸν cum rasura, unde λεῦσσε τὸν Ven. Flor. Tum πάντᾶ Med., quod ad Reisigii conjecturam παντᾶ facile ducit. Mihi quidem videtur istud τὸν inepte intrusum esse ad πάντα, ut solebant librarii articulum ubicunque possent infercire. Itaque transposui ob metrum παντᾶ λεῦσσε. Nam singularis imperativi λεῦσσε unice congruit cum ὅρα, nec probabile est τε in τὸν corruptum esse. Comparat autem Elmsl. Œd. Col. 117—122. ὅρα, τίς ἄρ' ἦν, ποῦ ναίει·——λεῦσσ' αὐτὸν, προσδέρκου πανταχῆ.

λάθρᾳ φύγδα βὰς ματροφόνος ἀτίτας.
ὁ δ' αὖτέ γ' ἀλκὰν ἔχων
περὶ βρέτει πλεχθεὶς θεᾶς ἀμβρότου,
ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν.
τὸ δ' οὐ πάρεστιν· αἷμα ματρῷον χαμαὶ
δυσαγκόμιστον, παπαῖ.
τὸ διερὸν †πέδοι χύμενον οἴχεται.
ἀλλ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ' ἀπὸ ζῶντος ῥοφεῖν
ἐρυθρὸν ἐκ μελέων πέλανον· ἀπὸ δὲ σοῦ
βοσκὰν φεροίμαν πώματος δυσπότου·
καὶ ζῶντά σ' ἰσχνάνασ' ἀπάξομαι κάτω,
†ἀντιποίνους τίνειν ματροφόνους δύας.
ὄψει δὲ κεἴ τις ἄλλος ἤλιτεν βροτῶν,

246. Libri ὁ ματροφόνος, ex eodem quem modo notavi errore.—ἀτίτας, *impunitus*, vide ad Ag. 72.

247. Libri ὅδ' αὖτε γοῦν, vel γ' οὖν. Ineptum senarii additamentum (de quo vide ad Ag. 448.) recte sustulit Hermannus.

250. ὑπόδικος γενέσθαι χερῶν est γενέσθαι ὑπὸ δίκης χερῶν, ut dicitur ἐν χερῶν δίκῃ, *in potestate alicujus*, Bacch. 738. ἐν χερῶν νόμῳ Herod. viii. 89. χειροδίκαι Hes. Opp. 189. θέλει, sc. hac tutela usus, sed non aliter. Quod non sine irrisione dici videtur. *Reus manuum*, sc. cædis, duriuscule interpretatur Scholefieldius. Hermannus autem et Linwood., scholiastæ verbis moti, qui ἀνθ' ὧν ἡμῖν χρεωστεῖ explicat, Scaligeri emendationem χρεῶν receperunt. Sed bene addidit Herm. χρεωστεῖ posse ex solo v. ὑπόδικος profluxisse, cum Hesychius habeat ὑπόδικος· ὑπεύθυνος, χρεώστης, ἔνοχος δίκης. Recte, me judice, χερῶν servarunt Dind. Franz. Donaldson.

251. Post χάμαι plenius interpunxerunt Herm. Franz. δυσαγκόμιστον cum Schol. ad τὸ διερὸν referentes, nescio an recte.

253. Hesych. διερόν· ὑγρόν· χλωρόν. (Pertinet hoc ad Od. ix. 43.) Libri autem πέδῳ κεχυμένον, nisi quod πέδον Par. Correxerunt Pors. Dind. Confer Heracl. 76. ἐπὶ πέδῳ χύμενον.

256. Libri βοσκὰν φεροίμαν. Recte fortasse, sed nulla metri necessitate, transposuerunt Herm. Dind. Franz. Linw. cum Well. φέρεσθαι hic proprie est *nancisci*. Frustra φέροιμ' ἂν J. Wordsworthius.—ἰσχνάνασα, sc. exsucto sanguine. Libri ut solent ἰσχάνασ' vel ἰχνάνασ'.

258. Libri ἀντιποίνους τείνης, τίνης, vel τείνεις. In Med. τείνης superscripta ει. Schützii emendationem ἀντίποιν' ὡς τίνῃς receperunt plerique recentiorum. Equidem cum Franzio Hermanni conjecturam (quanquam ipse hodie Schützium sequitur) ἀντιποίνους τίνειν prætuli. ἄποιν' ὡς τίνῃς olim edidi. Libri autem μητροφόνας. ματροφόνου Franz. Dind. ex Casauboni emendatione. ματροφόνους Herm. Vulgatum servat Linwood., provocans ad Porsoni sententiam, Præf. Hec. p. ix. et ad Med. 822. Ceterum μητρόφονος δύη simpliciter est *matricidium*, quod Orestes dicitur τίνειν, ut τίνειν ἀδικίαν etc., ἀντίποινον autem, ita ut sibi invicem pœna patienda sit.

259. Libri ἄλλον, quod non debebam servare. Recte, opinor, Heathius ἄλλος, quanquam repugnante Minckwitzio.

ἢ θεὸν ἢ ξένον τιν' †οὐκ εὐσεβῶν ἢ τοκέας φίλους,
ἔχονθ' ἕκαστον τῆς δίκης ἐπάξια.
μέγας γὰρ Ἅιδης ἐστὶν εὔθυνος βροτῶν
ἔνερθε χθονός,
δελτογράφῳ δὲ πάντ' ἐπωπᾷ φρενί.
ΟΡ. ἐγώ, διδαχθεὶς ἐν κακοῖς, ἐπίσταμαι
πολλοὺς καθαρμούς, καὶ λέγειν ὅπου δίκη,
σιγᾶν θ' ὁμοίως· ἐν δὲ τῷδε πράγματι
φωνεῖν ἐτάχθην πρὸς σοφοῦ διδασκάλου·
βρίζει γὰρ αἷμα καὶ μαραίνεται χερός,
μητροκτόνον μίασμα δ' ἔκπλυτον πέλει·
ποταίνιον γὰρ ὄν, πρὸς ἑστίᾳ θεοῦ
Φοίβου καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις.
πολὺς δέ μοι γένοιτ' ἂν ἐξ ἀρχῆς λόγος,
ὅσοις προσῆλθον ἀβλαβεῖ ξυνουσίᾳ.
χρόνος καθαίρει πάντα γηράσκων ὁμοῦ.
καὶ νῦν ἀφ' ἁγνοῦ στόματος εὐφήμως καλῶ
χώρας ἄνασσαν τῆσδ' Ἀθηναίαν, ἐμοὶ

260. Libri *ἀσεβῶν*. Certa fere videtur Hermanni emendatio *οὐκ εὐσεβῶν*. "Si per errorem scriptum erat *ἀσεβῶν* pro *εὐσεβῶν*, consequens erat ut *οὐκ* omitteretur." Vide inf. ad v. 850. Ceterum accusativi *θεὸν ἢ ξένον* etc., non tam ab *εὐσεβῶν*, quanquam id quidem fieri potuit (vide ad Ag. 329), quam ab *ἤλιτεν* pendere videntur. Confer Hes. Scut. Herc. 80. *μάκαρας ἤλιτεν Ἀμφιτρύων*. Od. iv. 378. *ἀθανάτους ἀλιτέσθαι*. ib. v. 108. *Ἀθηναίην ἀλίτοντο*. Xen. Hell. 1. 7. 19. *ἁμαρτάνειν θεούς*. Vide etiam Jelf, Gr. Gr. § 565.

270. *μαραίνεται χερὸς* ut *διώκεσθαι πόλεως* Cho. 281. *βάθρων ἵστασθε* Œd. Tyr. 142. *χρέος* Linwood., ex Jacobsii conjectura, quam nullo modo amplectendam fuisse censeo.

273. Junge *πρὸς ἑστίᾳ θεοῦ ἠλάθη*, et vide Cho. 1048.

274. Longum esset narrare quot homines post factam expiationem accesserim; qui quum nihil damni ex meo commercio (*ἀβλαβεῖ ξυν.*) perceperint, facile intelligitur me non jam esse impurum sc. scelere contaminatum. Cf. inf. v. 452.

276. Hunc versum uncis incluserunt Herm. Dind. Musgravii sententiæ obsecuti. Equidem nec ipso versu nec ordine quo nunc legitur offendor. Hoc dicit; cum tempore vel sævissima quæque mitescant, et ne sceleris quidem maculæ semper inhæreant, se non modo expiatione, sed lapsu etiam temporis ita scelere purgatum, ut ore non jam polluto (*ἀφ' ἁγνοῦ στόματος*) deam invocare possit. Sic plane Theb. 679. *οὐκ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος*: sic, inquam, quia etsi contraria revera ibi docet, similis est sententia de vi temporis ad scelera eluenda. Ceterum libri *καθαιρεῖ*, quod tuentur Franz. Scholef. Emendavit Stanleius.

μολεῖν ἀρωγόν· κτήσεται δ' ἄνευ δορὸς
αὐτόν τε καὶ γῆν καὶ τὸν Ἀργεῖον λεὼν,
πιστὸν δικαίως ἐς τὸ πᾶν τε σύμμαχον.
ἀλλ' εἴτε χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς,
Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου,
τίθησιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα
φίλοις ἀρήγουσ', εἴτε Φλεγραίαν πλάκα,
θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ, ἐπισκοπεῖ,
ἔλθοι,—κλύει δὲ καὶ πρόσωθεν ὢν θεὸς,—
ὅπως γένοιτο τῶνδ' ἐμοὶ λυτήριος.

ΧΟ. οὔτοι σ' Ἀπόλλων οὐδ' Ἀθηναίας σθένος

279. De fœdere Argivo, quod hic respicitur, vide ad v. 735. *ἄνευ δορὸς*, sc. non bello subiget, sed amicitia conciliabit. —*ἐς τὸ πᾶν*, *in omne tempus*, sc. ita ut nunquam non sint socii. Sic inf. 379. Sigeum *ἐς τὸ πᾶν* Atheniensibus datum memoratur. v. 640. *πιστὸς ἐς τὸ πᾶν χρόνου.*

282. Librorum omnium scripturam *Λιβυστικοῖς* servavit Hermannus, *χώρας*, ut sæpius in hujusmodi formulis, abundare monens. *Λιβυστικῆς* Linwood. Franz. Dind. ex Aurati conject.

283. *Τρίτων*, unde dicta Pallas *Τριτογένεια*, fluvius et lacus Libyæ ubi nata est Dea. Herod. iv. 180. Pind. Pyth. iv. 36. Pausan. i. cap. xv.—*ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα*, *rectum sive veste coopertum*, h. e. sive stet sive sedeat. Quod idem est ac si dixisset, sive otiosa sit sive pugnet. *κατηρεφῆ*, sc. demissa palla vel peplo. De clypeo vel ægide certe non intelligendum. Strabo, xiii. 1. *πολλὰ δὲ τῶν ἀρχαίων τῆς Ἀθηνᾶς ξοάνων καθήμενα δείκνυται, καθάπερ ἐν Φωκαίᾳ, Μασσαλίᾳ, Ῥώμῃ, Χίῳ, καὶ ἄλλαις πλείοσιν.* Pausan. i. 24. 7. *τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς ὀρθόν ἐστιν ἐν χιτῶνι ποδήρει, καί οἱ κατὰ τὸ στέρνον ἡ κεφαλὴ Μεδούσης ἐλέφαντός ἐστιν ἐμπεποιημένη.* (Ægida describit, de Parthenone loquens.) Imago vix dubium quin ex ipsa deæ statua sumpta sit. Sedenti scilicet defluit vestis et pæne celat pedem, qui stanti sive ambulanti totus apparere solet. Vide *Athens and Attica*, p. 126. Müller. Dissert. p. 103. Paullo aliter locum explicat Hermannus: *sive palam incedens, sive latens opem fert amicis*, qui de nube, non de veste, *κατηρεφῆ* intelligit.

500. *ἄναρκτον* Med. *ἀνάρκετον* Farn. *ἀνάρκητον* Ven. Flor. *ἄναρκτον οὖν βίον* Linwood. ex Heathii conject. Hermannus: "Recte videtur Wieselerus scribendum censuisse *μήτ' ἀνάρχετον βίον*, ut *ἀπεύχετον* Æschylus dixit in Choeph. 148. 614." Huc fortasse referendum *πανάρκετος*, Cho. 61., nam *ἀρκετὸς* ab *ἀρκέω* exstat in Romana lingua, *coercitus* ab *arceo*. Contractæ formæ ab *ἄρχω* sunt *ἄναρκτος*, *δύσαρκτος* (Cho. 1013.) ut mox *πολύευκτος* v. 509, ubi *χ* in *κ* transiit, quia radix *εὐχ*, *ἀρχ*, aspiratam literam ante *τ* in verbali, omissa *ε*, servare non potuit. Aliud esse *ἄναρχον* v. 666. per se patet. *εὐκτὸς* pro *εὐχετὸς* legitur Il. xiv. 98. Theocr. x. 52.

503. *παντὶ* pro *ἅπαντι* Pauwius. Plato, Resp. x. § 14. fin. *τὸν μέσον ἀεὶ τῶν βίων αἱρεῖσθαι, καὶ φεύγειν τὰ ὑπερβάλλοντα ἑκατέρωσε καὶ ἐν τῷδε τῷ βίῳ κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ ἐν παντὶ τῷ ἔπειτα· οὕτω γὰρ εὐδαιμονέστερος γίγνεται ἄνθρωπος*. Eur. Frag. Alcmæon. xiii. *βροτοῖς τὰ μείζω τῶν μέσων τίκτει νόσους*.

504. *ἄλλ' ἄλλᾳ ἐφορεύει*. Sententia est: Unum probat *τὸ μέσον*: quæ extrema sunt, quasi extra ordinem habet. Hermannus: "*alia aliter gubernat*, i. e. alia aliis rebus pro suo arbitrio attribuit." Linwoodius: "neque enim omnia eodem lumine aspicit Deus."

505. Revertitur ad *τὸ δεινὸν* v. 491, nam modo deflexerat orationem propter v. 500—2.—*ξύμμετρον*, huic sententiæ consentaneum, sc. ex contemptu *τοῦ δεινοῦ* oriri insolentiam. Vide ad Ag. 732.

508. *αὖ φρενῶν ὁ πάμφιλος* Herm., servato in antistr. 518. vulgato ordine *δωμάτων ἐπιστροφάς*. Nescio an verum viderit: quanquam *πάμφιλος* proba auctoritate caret. Libri *πᾶσι φίλος*.

511. *βωμὸν δίκας*. Confer Ag. 375.

513. *ἀτίσῃς*, ab *ἀτίζω*, mediam syllabam corripere notabunt tirones. Et ipsum verbum, sensu sc. transitivo, insolenter compositum est, et aoristum *ἤτισα* fortasse non alibi reperitur. Quod cum Med. dedit Donaldson., *πατήσῃς*, recepissem si in versu dactylico exemplum similis licentiæ præsto ad manus fuisset.

σῃς· ποινὰ γὰρ ἐπέσται·
κύριον μένει τέλος.
πρὸς τάδε τις τοκέων σέβας εὖ προτίων,
καὶ ξενοτίμους
ἐπιστροφὰς δωμάτων
αἰδόμενός τις ἔστω.
†ἑκὼν δ' ἀνάγκας ἄτερ δίκαιος ὢν στρ. δ'.
οὐκ ἄνολβος ἔσται·
πανώλεθρος †δ'† οὔποτ' ἂν γένοιτο·
τὸν ἀντίτολμον δὲ φαμὶ †καὶ† παραιβάταν
τὰ πολλὰ παντόφυρτ' ἄνευ δίκας
βιαίως ξὺν χρόνῳ καθήσειν
λαῖφος, ὅταν λάβῃ πόνος,
θραυομένας κεραίας.
καλεῖ δ' ἀκούοντας οὐδὲν, ἐν μέσᾳ ἀντ. δ'.
δυσπαλεῖ τε δίνᾳ·

515. *κύριον μένει τέλος.* "*Proprius manet finis*, h. e. certissimus rerum exitus, ut justi præmium, malefici pœnam accipiant." *Minckwitz.*

518. *ἐπιστροφαὶ δωμ. ξεν.* nihil aliud quam *hospitalitatem* significant: cf. Theb. 645. Ag. 945. De repetito *τις* vide ad Suppl. 58. Ceterum pietatem erga parentes cum reverentia hospitum solebant fere conjungere, ut supr. 260. Arist. Ran. 147. Plat. Phæd. § 144.

520. Libri *ἐκ τῶνδ'*. Wiesleri emendationem non solum sententia et metrum confirmant, sed totidem fere verbis idem dicit Plato, Resp. ii. § 4. *μηδένα ἑκόντα εἶναι δίκαιον ἀλλ' ἀναγκαζόμενον.* Propert. v. 11. 48. *Mi Natura dedit leges a sanguine ductas, Ne possem melior judicis esse metu.*

522. Particulam *δὲ* inseruit Heathius, et in proximo v. *καὶ* Hermannus. Libri autem *περαιβάδαν* vel *περβάδαν*. *παρβάδαν* Flor. unde *παρβάταν* olim Hermannus, et sic Dind. Linwood. Cf. Suppl. 1032. Theb. 740. inf. 738.

524. Libri *παντόφυρτ' ἄνευ δίκης* vel *δίκας*. Male olim *παντόφυρτον οὐκ ἄνευ δίκας* edidi, quasi id *confusum* sc. *conflictatum* significare posset. *παντόφορτα* J. Conington. ad Agam. 447; ut *αὐτόφορτος* Cho. 675, ut sit *καθήσειν παντόφορτα ἄνευ δίκας*, *opes injuste comparatas in mare projecturum.* Sed recte, opinor, Hermannus: "*τὸν ἀντίτολμον καὶ παραιβάταν τὰ πολλὰ παντόφυρτ' ἄνευ δίκας* idem est ac si dixisset *τὸν οὕτω πολλὰ τολμήσαντα.*" Qui *σωφρόνως* et *κατὰ κόσμον* agit, opponitur *τῷ παντόφυρτα παραβαίνοντι*, cum *ordo* actionum sit pars virtutis. Ceterum Donaldson. Franz. H. L. Ahrensii commenta receperunt, *τὸν ἀντ. δὲ φάμ' ὑπέρβια δαέντα πολλὰ κ.τ.λ.*

525. *καθήσειν λαῖφος, vela contracturum esse.* Laudat Linwood. Hom. Od. ix. 72. *καὶ τὰ μὲν ἐς νῆας κάθεμεν, δείσαντες ὄλεθρον.*

528. *ἐν* etiam in Med. Flor. Ven. exstare testatur Hermannus; abesse ab omnibus præter Par. Franz. et Linwood. *δυσπαλεῖ* alii a *δυσπαλής*, equidem cum

γελᾷ δὲ δαίμων ἐπ' ἀνδρὶ θερμῷ,
τὸν οὔποτ' αὐχοῦντ' ἰδὼν ἀμαχάνοις δύαις
†λαπαδνὸν, οὐδ' ὑπερθέοντ' ἄκραν·
δι' αἰῶνος δὲ, τὸν πρὶν ὄλβον
ἕρματι προσβαλὼν δίκας,
ὤλετ' ἄκλαυστος, αἴστος.

ΑΘΗΝΑ.

κήρυσσε, κῆρυξ, καὶ στρατὸν κατειργάθου·
εἶθ' ἡ διάτορος †οὐρανοῦ Τυρσηνικὴ
σάλπιγξ, βροτείου πνεύματος πληρουμένη,
ὑπέρτονον γήρυμα φαινέτω στρατῷ.
πληρουμένου γὰρ τοῦδε βουλευτηρίου

Scholef. a δυσπαλέω deduco. Confer Herod. viii. 21. εἶχε πλοῖον κατῆρες ἕτοιμον, εἰ παλήσειε ὁ ναυτικὸς στρατός.

530. Libri θερμοεργῷ præter Farn. et Ven. quorum hic θυμοεργῷ, ille θερμῷ recte præbet. Confer ναύταισι θερμοῖς Theb. 599.

531. τὸν οὔποτ' αὐχοῦντα, *qui dicere solebat nunquam ita fore.* Vide ad Ag. 98.

532. Libri λέπαδνον, quod legebat etiam Schol., cujus falsa interpretatio est ὑπεζευγμένον καὶ χαλινωθέντα. λαπαδνὸν Musgr. et Herm., h. e. ἀλαπαδνὸν, *debilem, impotentem.*—ὑπερθεῖν κύματος ἄκραν ex Eur. Frag. Archelai iv. laudant Scholef. Herm. Utitur eo verbo etiam Lucianus, Ἔρωτες, p. 405. Χελιδονέας ὑπερθέοντες οὐκ ἀμοχθεὶ, τοὺς εὐτυχεῖς τῆς παλαιᾶς Ἑλλάδος ὅρους.

535. αἴστος Pors. Herm. Linw. Dind. pro ἄϊστος. αἶστος Franz. Donaldson. Minckwitz.

536. Transfertur scena in Areopagum: vide ad v. 655.

ibid. Libri κατεργάθου. κατειργάθου Pors. Herm. κατειργαθοῦ Dind. Linwood. Franz. Vide ad Suppl. 61. Mox ἦτ' (εἶτ' vel ἦτ') οὖν διάτορος τυρσηνικὴ libri. διάκτορος Par. Flor. Ven. εἶτ' οὖν Herm. Franz., hic inserto αἰθέρος ex Emperii conject., ille lacuna relicta. *Sive potius canat tuba*, sc. ne voce præconis diutius turbetur silentium. ἡ τ' οὖν διάτορος αἰθέρος Donaldson. εἶτ' οὐρανοῦ διάτορος ἡ Τυρσηνικὴ Scholefield. Profecto οὐρανοῦ per compendium οννου scriptum facile in οὖν depravari potuit, nec dubito quin recte hoc reposuerit Askevius. Æschyleo senario convenientius videtur ἡ διάτορος οὐρανοῦ, quod dedi. Imperativo φαινέτω non εἶτε, sed εἶτα præponi debebat. Ceterum de tuba Tyrrhenorum, ut ferebatur, invento, Pausanias, ii. 21. 3: Ἀθηνᾶς δὲ ἱδρύσασθαι Σάλπιγγος ἱερόν φασιν Ἡγέλεων· Τυρσηνοῦ δὲ τόνδε τὸν Ἡγέλεων, τὸν δὲ Ἡρακλέους εἶναι καὶ γυναικὸς λέγουσι τῆς Λυδῆς, Τυρσηνὸν δὲ σάλπιγγα εὑρεῖν πρῶτον, Ἡγέλεων δὲ τὸν Τυρσηνοῦ διδάξαι τοὺς σὺν Τημένῳ Δωριέας τοῦ ὀργανοῦ τὸν ψόφον, καὶ δι' αὐτὸ Ἀθηνᾶν ἐπονομάσαι Σάλπιγγα. Itaque recte fortasse Minckwitzius: "Quum belli Trojani et Orestis temporibus illæ tubæ nondum inventæ notæve essent, poetam hic admisisse anachronismum statuendum est, ut Soph. Aj. v. 17. χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς."

540. πληρουμένου, dum concurritur ad concilium: dum sedent judices.

σιγᾶν ἀρήγει, καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμοὺς
πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον
καὶ τόνδ', ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη.
ΧΟ. ἄναξ Ἄπολλον, ὧν ἔχεις αὐτὸς κράτει.
τί τοῦδε σοὶ μέτεστι πράγματος, λέγε.
ΑΠ. καὶ μαρτυρήσων ἦλθον·—ἔστι γὰρ δόμων
ἱκέτης ὅδ' ἀνὴρ, καὶ δόμων ἐφέστιος
ἐμῶν· φόνου δὲ τοῦδ' ἐγὼ καθάρσιος·—
καὶ ξυνδικήσων αὐτός· αἰτίαν δ' ἔχω
τῆς τοῦδε μητρὸς τοῦ φόνου. σὺ δ' εἴσαγε
ὅπως ἐπίστᾳ τήνδ' †ὁ κυρώσων δίκην.
ΑΘ. ὑμῶν ὁ μῦθος· εἰσάγω δὲ τὴν δίκην.
ὁ γὰρ διώκων, πρότερος ἐξ ἀρχῆς λέγων,
γένοιτ' ἂν ὀρθῶς πράγματος διδάσκαλος.
ΧΟ. πολλαὶ μέν ἐσμεν, λέξομεν δὲ συντόμως·

541. Post hunc excidisse versum putat Hermannus, quem ipse sic ex ingenio supplet: *καὶ τὸν διώκοντ' ἠδὲ τὸν φεύγονθ' ὅμως*, et pro *καὶ τῶνδ'* in v. 543. *ἐκ τῶνδ'* scribendum contendit. Mihi quidem tutius videtur cum Dind. *καὶ τόνδ'* ex Med. Par. reponere, quanquam *τῶνδε* legebat Schol. *τῶν Ἀρεοπαγιτῶν* interpretatus. Possis sic accipere: *καὶ μαθεῖν αὐτοὺς* (h. e. *τοὺς βουλευτὰς*) *πόλιν τε πᾶσαν θεσμοὺς ἐμούς*. Cf. Arist. Ach. 93. 338. 1185. Sed non absurde et totum populum animadvertere jubet Pallas quæ in futurum constitutura sit, nempe Areopagi concilium, et ipsum reum præsentis judicii rationem audire, ut sine fraude (*εὖ*) omnia agantur. Verum, opinor, vidit Minckwitz., "non de hac tantummodo lite, sed universe dictum esse et de hac et de futuris litibus." Nescio an commemoranda sit conjectura mea jam in ed. priore proposita, *καὶ τῶνδ' ὅπως ἄνευ κ.τ.λ.* *ut etiam sine his, qui nunc circa litem versantur, judicium contra reos in posterum feratur.* cf. 653. De metro vide supr. 26. Œd. R. 731. 772. 777. etc.

546—7. *δόμων* bis positum jure displicuit editoribus. Corruptum sit an ex negligentia scribendi profectum haud facile dicas. *ἔστι γὰρ νόμῳ* Herm. ex Burgesii emendatione satis probabili. *μυχῶν ἐφέστιος* Franz. cum H. L. Ahrens.

549. Duplex officium, et testis et patroni, suscipere voluit deus. Proprie *σύνδικος* e partibus rei, *συνήγορος* contra reum agebat. Sed infra v. 731. Eumenides vocantur *σύνδικοι* Clytæmnestræ, quia cum accusantibus faciunt. Vide Elmsl. ad Med. 155.

551. *ὅπως ἐπίσται* vel *ἐπίστα* libri. *ἐπίστᾳ* (h. e. *ἐπίστασαι*) Pors. *ὅπως τ' ἐπίστᾳ* Herm. Franz. Dind. Linwood. Equidem non discedo ab emendatione mea *τήνδ' ὁ κύρωσων*, Є in O mutata. Sententia est: Quisquis *εἰσαγωγεὺς* est, causam introducendam curet. Respondet Pallas, ego sum *εἰσαγωγεύς*. Vide Müller. Diss. p. 179. Confer etiam Antig. 261. *οὐδ' ὁ κωλύσων παρῆν*. Libri autem *κύρωσον*, nisi quod *κυρώσων* Flor.

555. *πολλαί*. Chori numerum quindecim fuisse demonstravit Müllerus, p. 59. Idem diserte tradidit Schol., qui etiam quod conjecerat Hermannus, tres fuisse quæ proprie Furiæ haberentur, comitatum

ἔπος δ' ἀμείβου πρὸς ἔπος ἐν μέρει τιθείς.
τὴν μητέρ' εἰπὲ πρῶτον εἰ κατέκτονας.
ΟΡ. ἔκτεινα· τούτου δ' οὔτις ἄρνησις πέλει.
ΧΟ. ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων.
ΟΡ. οὐ κειμένῳ πω τόνδε κομπάζεις λόγον.
ΧΟ. εἰπεῖν γε μέντοι δεῖ σ' ὅπως κατέκτανες.
ΟΡ. λέγω· ξιφουλκῷ χειρὶ πρὸς δέρην τεμών.
ΧΟ. πρὸς τοῦ δ' ἐπείσθης, καὶ τίνος βουλεύμασι;
ΟΡ. τοῖς τοῦδε θεσφάτοισι· μαρτυρεῖ δέ μοι.
ΧΟ. ὁ μάντις ἐξηγεῖτό σοι μητροκτονεῖν;
ΟΡ. καὶ δεῦρό γ' ἀεὶ τὴν τύχην οὐ μέμφομαι.
ΧΟ. ἀλλ' εἴ σε μάρψει ψῆφος, ἄλλ' ἐρεῖς τάχα.
ΟΡ. πέποιθ'· ἀρωγὰς δ' ἐκ τάφου πέμψει πατήρ.
ΧΟ. νεκροῖσί νυν πέπεισθι μητέρα κτανών.
ΟΡ. δυοῖν γὰρ εἶχε προσβολὰς †μιασμάτοιν.
ΧΟ. πῶς δή; δίδαξον τοὺς δικάζοντας τάδε.
ΟΡ. ἀνδροκτονοῦσα πατέρ' ἐμὸν κατέκτανεν.
ΧΟ. τοιγὰρ σὺ μὲν ζῇς, ἡ δ' ἐλευθέρα †φόνῳ.

autem aliarum quæ Ἀρὰς se vocarent v. 395. adjunxisse poetam, id ipsum totidem verbis declaravit: *τοῦτο οὐ πρὸς τὰς τρεῖς, ἀλλὰ πρὸς τὸν χορόν· ιέ γὰρ ἦσαν.* Sed vide ad v. 1.

559. *τῶν τριῶν παλαισμάτων.* Ter enim prostratus athleta victus est. Il. xxiii. 733. *καί νύ κε τὸ τρίτον αὖθις ἀναΐξαντ' ἐπάλαιον, Εἰ μὴ Ἀχιλλεὺς αὐτὸς ἀνίστατο καὶ κατέρυκεν.* Soph. Frag. 678. 13. Si ita dejectus esset ut surgere non posset, dicebatur *κεῖσθαι πεσών.* Conferat lector quæ de hac metaphora congessit Blomf. apud Linwood. Pauca ego ad Suppl. 85.

569. Infrequentior imperativi forma *πέπεισθι* notanda est. Confer *ἄνωχθι* Cho. 759. *κέκραχθι* Acharn. 335. Ceterum admodum acute suspicatus est Hermannus, non *πέποιθ'*, sed *κἀμοίγ'* in v. 568 legisse scholiastam, qui sic annotavit: *ὡς ὑμῖν* (*ὑμᾶς* Herm.) *ἔπεμψεν ἡ μήτηρ, οὕτω βοηθοὺς κἀμοὶ πέμψει ὁ πατήρ.* Confirmasset sententiam suam, si addidisset, *πέποιθα* propter sequens *πέπεισθι* intrusum videri. Sed potuit etiam Scholiastes ista de suo adjicere. Libri autem *πέμπει.* *πέμψει* Herm. cum Aurato.

570. *μιασμάτοιν* pro —*των* ex Elmsleii sententia ad Med. 798 receperunt recentiores.—Ante *γὰρ* supplendum *ἔκτεινα.*

572. Eadem opera suum maritum et meum patrem interfecit. Confer Ag. 1604. Trach. 740. In uno igitur facinore duo concurrebant piacula.

573. Illa quidem Agamemnonem, tu matrem tuam. Sed illa morte sua cædem expiavit: tu adhuc vivis, et nondum pœnas dedisti. Cf. v. 324. Hoc voluit: *τοίγαρ ἐκείνη μὲν ἐφονεύθη καὶ οὕτως ἐλευθέρα ἐστὶ, σὺ δὲ ζῇς.* Libri autem *φόνου.* Schützii emendationem cum Herm. Dind. Minckwitz. non dubitavi recipere. Hermannus autem, quasi id non satis

ΟΡ. τί δ' οὐκ ἐκείνην ζῶσαν ἤλαυνες φυγῇ;
ΧΟ. οὐκ ἦν ὅμαιμος φωτὸς ὃν κατέκτανεν.
ΟΡ. ἐγὼ δὲ μητρὸς τῆς ἐμῆς ἐν αἵματι;
ΧΟ. πῶς γάρ σ' ἔθρεψεν ἐντὸς, ὦ μιαίφονε,
ζώνης; ἀπεύχει μητρὸς αἷμα φίλτατον;
ΟΡ. ἤδη σὺ μαρτύρησον, ἐξηγοῦ δέ μοι,
Ἄπολλον, εἴ σφε σὺν δίκῃ κατέκτανον.
δρᾶσαι γὰρ, ὥσπερ ἐστὶν, οὐκ ἀρνούμεθα·
ἀλλ' εἰ δικαίως, εἴτε μὴ, τῇ σῇ φρενὶ
δοκεῖ τόδ' αἷμα, κρῖνον, ὡς τούτοις φράσω.
ΑΠ. λέξω πρὸς ὑμᾶς, τόνδ' Ἀθηναίας μέγαν
θεσμὸν, δικαίως, μάντις ὢν δ' οὐ ψεύσομαι.
οὐπώποτ' εἶπον μαντικοῖσιν ἐν θρόνοις,
οὐκ ἀνδρὸς, οὐ γυναικὸς, οὐ πόλεως πέρι,
ὃ μὴ †κελεύσαι Ζεὺς Ὀλυμπίων πατήρ.
τὸ μὲν δίκαιον τοῦθ', ὅσον σθένει, μαθεῖν,
βουλῇ πιφαύσκω δ' ὔμμ' ἐπισπέσθαι πατρός·
ὅρκος γὰρ οὔτι Ζηνὸς ἰσχύει πλέον.
ΧΟ. Ζεὺς, ὡς λέγεις σὺ, τόνδε χρησμὸν ὤπασε
φράζειν Ὀρέστῃ τῷδε, τὸν πατρὸς φόνον
πράξαντα μητρὸς μηδαμοῦ τιμὰς νέμειν;

esset, sic edidit: *τί γάρ; σὺ μὲν ζῇς, ἣ δ' ἐλευθέρα φόνῳ. Quid id ad rem? tu vivis, illa autem libera a persecutione nostra, quia occisa est.*

575. Confer v. 203. Eur. Alcest. 533.

577. *ἐντὸς ζώνης.* Cf. Cho. 979.

583. *δοκεῖ*, sc. *πεπρᾶχθαι*, quod supplendum a *δρᾶσαι* v. 581. *τόδ' αἷμα κρῖνον* Hermannus, puncto post *δοκεῖ* posito.

588. *ὃ μὴ κελεύσαι, quod non jussisset.* Libri *κελεύσει*. Optativum restituit Hermannus. Sic Dem. p. 1198. init. *πάντες γὰρ ἴστε τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν οὐ τῶν δημοσίων ἀδίκως ἐπιθυμοῦντα, ἀλλὰ τῶν αὐτοῦ ὑμῖν, ὅτε* [malim *ὅτι*] *κελεύσαιτε, προθύμως ἀναλίσκοντα.* Ubi quidam libri, ut in nostro loco, *κελεύσετε* exhibent.

590. *ὔμμε*, h. e. *ὑμᾶς*. Antig. 846. *συμμάρτυρας ὔμμ' ἐπικτῶμαι.* Od. xiii. 357. Sententia est: Quoniam ipse Zeus voluit cædem fieri patris ulciscendi causa, id quod per me prophetam suum declaravit, suadeo vobis animadvertere quantum hoc valeat, et acquiescere in summi patris consiliis: nam ut juraveritis æquum ferre judicium, Jovis voluntas certe omni jurejurando valentior esse debet. Secundo loco poni *ὅρκον* vidimus jam ante v. 410.

592. *ὤπασε φράζειν*, tradidit quem diceres sc. nuntiares. Vide ad v. 19. Incredibile, inquit, narras, hoc jussisse Jovem, posthabita matre patris partes Orestem in se suscipere.—Schol. *πράξαντα· ἐκδικήσαντα.*

ΑΠ. οὐ γάρ τι ταυτὸν, ἄνδρα γενναῖον θανεῖν
διοσδότοις σκήπτροισι τιμαλφούμενον,
καὶ ταῦτα πρὸς γυναικὸς, οὔ τι θουρίοις
τόξοις ἑκηβόλοισιν, ὥστ᾽ Ἀμαζόνος,
ἀλλ᾽ ὡς ἀκούσει, Παλλὰς, οἵ τ᾽ ἐφήμενοι
ψήφῳ διαιρεῖν τοῦδε πράγματος πέρι·
ἀπὸ στρατείας γάρ νιν ἠμποληκότα
τὰ πλεῖσθ᾽ †ἅμ᾽ αἴνοις εὔφροσιν δεδεγμένη,
δροίτῃ περῶντι λουτρὰ κἀπὶ τέρματι
φᾶρος παρεσκήνωσεν, ἐν δ᾽ ἀτέρμονι
κόπτει πεδήσασ᾽ ἄνδρα δαιδάλῳ πέπλῳ.
ἀνδρὸς μὲν ὑμῖν οὗτος εἴρηται μόρος
τοῦ παντοσέμνου, τοῦ στρατηλάτου νεῶν·
ταύτην τοιαύτην εἶπον, ὡς δηχθῇ λεὼς,
ὅσπερ τέτακται τήνδε κυρῶσαι δίκην.
ΧΟ. πατρὸς προτιμᾷ Ζεὺς μόρον, τῷ σῷ λόγῳ·

598. ὥστ᾽ Ἀμαζόνος. "Similis est constructio Soph. Trach. 770. ὥστε τέκτονος, ubi vid. Herm. notam." *Linwood.*

602. Libri τὰ πλεῖστ᾽ ἄμεινον vel ἀμείνον᾽. ἀμείνον᾽ M. τὰ πλεῖστα ἄμεινον ἠμποληκότα *rebus plerisque bene gestis* vertit Hermannus, qui deesse aliquid post δεδεγμένη cum Dindorfio credit. Emendavi olim ad Suppl. 528. quod nunc, ut mea sententia veri simillimum, edidi. Nam Ag. 890. verbum αἰνεῖν de hac ipsa re diserte usurpatur; ἀλλ᾽ ἐναισίμως αἰνεῖν, παρ᾽ ἄλλων χρὴ τόδ᾽ ἔρχεσθαι γέρας. Tu vero ἀπὸ στρατείας δεδεγμένη junge, et τὰ πλεῖστα ἠμποληκότα *pleraque lucratum* accipe. Schol. πλεῖστα ηὐτυχηκότα. ἐμπολᾶν enim est belli commercio quæstum facere. Confer Theb. 540. καπηλεύειν μάχην, et ibid. interpp. Proxime ad hanc sententiam accessit Hermannus: "Mihi olim εὔφροσιν dictum esse videbatur ut μειλιχίοισιν, κερτομίοισιν, ut esset *blandis verbis.*" Et sic vertendum putant Minckwitz. et Scholef.

603. δροίτης Linwood. Herm. probabiliter, sed certe nulla necessitate. κἀπὶ τέρματι intelligo *etiam imæ balnei parti*, sc. ut totum labrum injecta veste tegeretur, nec manus aut pedes expedire posset Agamemno. Vide ad Cho. 985. Implicatos etiam pedes fuisse novimus ex v. 969 ibid. ἀτέρμων dicitur vestis ut ἄπειρον Ag. 1353. Orest. 25. Nullam video in hoc versu causam suspicandæ depravationis, nisi ὁμοιοτελεύτου speciem in 603—4, quæ quidem levissima est. Ceterum περεσκήνωσεν Franz. Herm. cum Med. et Schol., ut περεβάλοντο Ag. 1116, ubi vide notata. περαιβάδην pro παραιβάτην falso præbent libri supra v. 523.

608. δ᾽ inseruit Hermannus, id quod ego feceram ignarus sic conjecisse Pauwium. Opponi scilicet videntur ἀνδρὸς μὲν—ταύτην δέ. Sed nunc rectius abesse puto; solet enim τοῖος vel τοιοῦτος sic sine particula inferri, ut Prom. 929. 941, nec necessarium est post οὕτω μὲν, πρῶτον μὲν, et similia sequi δέ.

αὐτὸς δ' ἔδησε πατέρα πρεσβύτην Κρόνον.
πῶς ταῦτα τούτοις οὐκ ἐναντίως λέγεις;
ὑμᾶς δ' ἀκούειν ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι.
ΑΠ. ὦ παντομισῆ κνώδαλα, στύγη θεῶν,
πέδας μὲν ἂν λύσειεν, ἔστι τοῦδ' ἄκος,
καὶ κάρτα πολλὴ μηχανὴ λυτήριος·
ἀνδρὸς δ' ἐπειδὰν αἷμ' ἀνασπάσῃ κόνις,
ἅπαξ θανόντος οὔτις ἔστ' ἀνάστασις.
τούτων ἐπῳδὰς οὐκ ἐποίησεν πατὴρ
οὑμός· τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω
στρέφων τίθησιν, οὐδὲν ἀσθμαίνων μένει.
ΧΟ. πῶς γὰρ τὸ φεύγειν τοῦδ' ὑπερδικεῖς, ὅρα·
τὸ μητρὸς αἷμ' ὅμαιμον ἐκχέας πέδῳ,
ἔπειτ' ἐν Ἄργει δώματ' οἰκήσει πατρός;
ποίοισι βωμοῖς χρώμενος τοῖς δημίοις;
ποία δὲ χέρνιψ φρατέρων προσδέξεται;
ΑΠ. καὶ τοῦτο λέξω, καὶ μάθ' ὡς ὀρθῶς ἐρῶ.
οὐκ ἔστι μήτηρ ἡ κεκλημένου τέκνου

611. Arist. Nub. 904. *πῶς δῆτα, δίκης οὔσης, ὁ Ζεὺς οὐκ ἀπόλωλεν, τὸν πατέρ' αὑτοῦ δήσας*; cf. Prom. 219.

613. Vos, judices nempe, (v. 599.) obtestor, animadvertatis quomodo ad hæc respondeat Apollo.

615. Structura est, *πολλὴ μηχανὴ λύσειεν ἄν*, quod monuit Linwood. Vulgo intelligunt *τις*, et sic Franz. Herm., qui post *λύσειεν* plenius interpungunt.

617. Confer v. 251. Ag. 989. Hom. Il. ix. 408. *ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λῃϊστὴ οὔθ' ἑλετή, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψῃ ἕρκος ὀδόντων.*

620. Alia omnia temere et pro arbitrio suo disponit facili opera: hoc solum (*θανόντος* sc. *ἀνάστασιν*) fieri non permisit. Cf. Suppl. 93. Theb. 388. Satis audacter in codices grassatus est Hermannus, qui *στρέφων τίθησιν υὐδὲν, ἀσμένῳ μένει* scripsit, et *τίθησιν οὐδὲν temnit* interpretatus est. Id cum plerumque sit *οὐδαμοῦ τίθεσθαι*, vel *θέσθαι παρ' οὐδὲν*, ex Soph. El. 1270. *δαιμόνιον αὐτὸ τίθημ' ἐγὼ* laudavit, ubi videtur sane *τίθημι* insolentius pro *τίθεμαι*, ut in choricis, usurpari. Sed tamen an *τιθέναι οὐδὲν, nihili pendere*, bene Græcum sit, id nondum liquet.

622. *ὅρα πῶς ὑπερδικεῖς τοῦδε τὸ φεύγειν* est: cave huic viro ita patrocineris ut judicio absolvatur. Soph. Aj. 1346. *σὺ ταῦτ', Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπερδικεῖς ἐμοί*; *ὑπερδικεῖν λόγου* Plat. Phæd. § 37. Particulæ *γὰρ* hæc fere vis est: frustra defendis merito hanc feminam occisam fuisse: nullo *enim* modo hic homo absolvendus est.

623. *πέδοι* Dind. Franz. Linwood.: non recte, opinor. Nam in v. 253. *πέδοι* non tam a *χύμενον*, quam ab utroque *χύμενον οἴχεται* pendet.

626. Libri *φρατέρων*, et sic Herm. Dind. Franz. Vulgo *φρατόρων*.

628. *ἡ κεκλημένου τέκνου μήτηρ οὐκ*

τοκεὺς, τροφὸς δὲ κύματος νεοσπόρου·
τίκτει δ' ὁ θρώσκων, ἡ δ' ἅπερ ξένῳ ξένη
ἔσωσεν ἔρνος, οἷσι μὴ βλάψῃ θεός.
τεκμήριον δὲ τοῦδέ σοι δείξω λόγου·
πατὴρ μὲν ἂν γένοιτ' ἄνευ μητρός· πέλας
μάρτυς πάρεστι παῖς Ὀλυμπίου Διὸς,
οὐδ' ἐν σκότοισι νηδύος τεθραμμένη,
ἀλλ' οἷον ἔρνος οὔτις ἂν τέκοι θεός.
ἐγὼ δὲ, Παλλὰς, τἄλλα θ', ὡς ἐπίσταμαι,
τὸ σὸν πόλισμα καὶ στρατὸν τεύξω μέγαν,
καὶ τόνδ' ἔπεμψα σῶν δόμων ἐφέστιον,
ὅπως γένοιτο πιστὸς εἰς τὸ πᾶν χρόνου,
καὶ τόνδ' ἐπικτήσαιο σύμμαχον, θεὰ,
καὶ τοὺς ἔπειτα, καὶ τάδ' αἰανῶς μένοι
στέργειν τὰ πιστὰ τῶνδε τοὺς ἐπισπόρους.

ΑΘ. ἤδη κελεύω τούσδ' ἀπὸ γνώμης φέρειν
ψῆφον δικαίαν, ὡς ἅλις λελεγμένων.

ἔστι τοκεὺς, sc. mater ejus quod vulgo vocatur *τὸ τέκνον* non est revera ejus parens, sed tantum utero asservat ac nutrit *κύημα νεόσπορον, τίκτει* enim *ὁ θρώσκων*, *mas.* Faciliore verborum ordine, sed minus apte ad sententiam, construere possis *ἡ κεκλ. τέκνου τοκεὺς οὐκ ἔστι μήτηρ. ἡ κεκλημένη* Herm. cum Flor. Ven. Sententiam naturæ legibus plane contrariam non dubitavit adsciscere Euripides, Orest. 553. Plutarch. Symposiac. iii. Quæst. iv. § iii. *καὶ τὸ σπέρμα μὴ προσγέγονεν αὐταῖς γόνιμον, διὰ κατάψυξιν, ἀλλ' ὕλην μόνον καὶ τροφὴν παρέχουσι τῷ ἀπὸ τοῦ ἄρρενος.* Eurip. Frag. incert. xxxv. *οὐδ' ἂν εἷς ἀνὴρ γυναικὸς αὐχήσειεν, ἀλλὰ τοῦ πατρός.*

629. *κῦμα* ex *κύημα* contractum, ut *νηδὺς ἀκύμων* Eur. Androm. 158. *κύματος θεοσπόρου* idem dixit, Frag. Alop. 1.

630. *ὁ θρώσκων*, *mas.* Hesych. *θρώσκων· κνώδαλα ἐκθορίζων, καὶ σπερματίζων, γεννῶν. Αἰσχύλος Ἀμυμώνῃ.*

631. *ἔρνος.* Plutarch. de Stoicorum repugnant. § xli. *τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι νομίζει* (sc. *Χρύσιππος*) *καθάπερ φυτόν.*—*οἷσι μὴ βλάψῃ θεὸς*, quibus fetum non læserit deus. Cf. inf. 869. Metaphoram vide in v. 898, *δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβη.* Masculinum *οἷσι* ad patres tantummodo referatur an ad utrumque parentem parum interest.

635. *οὐδ'. οὐκ* Schützius. Deesse versum putant Linwood. Herm. Dind. et Minckwitz., qui sic ex ingenio supplet: *βλαστοῦσ' ἀμήτωρ πατρὸς ἐκ κρατός ποτε.* Sed sensus esse potest; ne in utero quidem gestata, sed ex Jovis capite nata. En tibi, inquit, Jovis filiam, quam non modo non genuit mater ex eadem ratione qua mas gignere dicitur, sed ne in utero quidem servavit femina, ut *ξένη ξένῳ.*

640. Vide ad v. 735.

644. *ἀπὸ γνώμης*, ex sincera animi sententia. Eur. Ion. 1313. *ἀπὸ γνώμης σοφῆς.* Contrarium est *ἄπο γνώμης*, Trach. 389. Sic *ἀπ' ἐλπίδος*, Ag. 969. *οὐκ ἄπο σκοποῦ* Od. xi. 344.

ΧΟ. ἡμῖν μὲν ἤδη πᾶν τετόξευται βέλος·
μένω δ' ἀκοῦσαι, πῶς ἀγὼν κριθήσεται.
ΑΘ. τί γάρ; πρὸς ὑμῶν πῶς τιθεῖσ' ἄμομφος ὦ;
ΧΟ. ἠκούσαθ' ὧν ἠκούσατ', ἐν δὲ καρδίᾳ
ψῆφον φέροντες ὅρκον αἰδεῖσθε, ξένοι.
ΑΘ. κλύοιτ' ἂν ἤδη θεσμὸν, Ἀττικὸς λεὼς,
πρώτας δίκας κρίνοντες αἵματος χυτοῦ.
ἔσται δὲ καὶ τὸ λοιπὸν Αἰγέως στρατῷ
ἀεὶ δικαστῶν τοῦτο βουλευτήριον.
πάγον δ' Ἄρειον τόνδ', Ἀμαζόνων ἕδραν
σκηνάς θ', ὅτ' ἦλθον Θησέως κατὰ φθόνον
στρατηλατοῦσαι, καὶ πόλιν νεόπτολιν

648. Notanda structura. Non dicunt Græci πῶς ὦ ἄμομφος; nisi addita actione de qua deliberari possit. Itaque hoc revera vult: πῶς τιθῶ ὥστε ἄμομφος εἶναι; Similiter Ag. 205. πῶς λιπόναυς γένωμαι; quomodo ita agam ut destituar a sociis? Ceterum inter ψῆφον τιθέναι et usitatius illud ψῆφον τίθεσθαι proprie hoc interesse videtur, quod τιθέναι de disponendis calculis dicitur (Dem. p. 304. 4.) numerandi gratia, τίθεσθαι autem est *ad certam partem accedere* suffragio sc. ferendo. Sed verisimile est Æschyli temporibus hæc nondum in constantem usum abiisse.

652. Post hunc v. inseruit Hermannus 674—6, in quo consentientem habuit Minckwitz. Sed ut speciem id habeat probabilitatis, mutandi necessitatem saltem non intelligo. Vide inf. ad v. 663. Nimirum τοῦτο βουλευτήριον, etiamsi nondum id disertis verbis constitui declaravit, minime, quod voluit Herm., absurdum est, quoniam omnium ante oculos jam sedebant judices. Et recte ad v. 674 adnotavit Linwood.: "non promittit his versibus se judicium constituturam, sed quale sit illud quod jam constituerat enuntiare pergit."—Αἰγέως Flor. Vulgo Αἰγέῳ vel Αἰγείῳ.

655. πάγον τόνδε, *quod attinet ad hunc collem.* Vide ad v. 536. Ex solito Græcorum more initio loci ponitur accusativus, si forte verbum aliquod in sequentibus eum recte excepturum sit. Debebat enim dicere, πάγον τόνδε σεβίζοντες, οὐδὲν ἀδικήσεσθε, v. 660. Mirum mihi quidem videtur, ὄρειον tam confidenter correxisse Herm. quem sequitur Dind. Nam id ipsum quod statim additur, Ἄρει δ' ἔθυον, causam continet cur Ἄρειος vocatus sit, cum vulgo id nomen ex judicio Martis ibi habito inditum esset. Nec displicet quod repetitur πάγος Ἄρειος v. 660, nec verum est quod quidam objiciunt, contra logicam rationem peccare τόνδ' Ἀ. πάγον, ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος Ἀ. πάγος, cum τόνδε non nisi δεικτικῶς de loco ponatur, de quo plura narratura est Pallas, et qui jam diu, cum acta est fabula, eo nomine notus fuerat. De re confer Pausan. i. 28. 5. ἔστι δὲ Ἄρειος πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη· καί μοι ταῦτα δεδήλωκεν ὁ λόγος, ὡς Ἀλιρρόθιον ἀνέλοι, καὶ ἐφ' ὅτῳ κτείνειε. κριθῆναι δὲ καὶ ὕστερον Ὀρέστην ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός, καὶ βωμός ἐστιν Ἀθηνᾶς Ἀρείας, ὃν ἀνέθηκεν ἀποφυγὼν τὴν δίκην. Vide prætereа de hoc concilio Grote, Hist. Gr. i. p. 289. Baehr. ad Herod. viii. 52. Wordsworth., *Athens and Attica*, p. 77. Lysiam, Epitaph. p. 190. 4.

657. πόλιν νεόπτολιν τήνδε. Recte Schol. τὸν Ἄρειον πάγον. Recentiorem

τήνδ' ὑψίπυργον ἀντεπύργωσαν τότε,
Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος
πέτρα πάγος τ' Ἄρειος· ἐν δὲ τῷ σέβας
ἀστῶν, φόβος τε ξυγγενὴς τὸ μὴ 'δικεῖν
σχήσει, τό τ' ἦμαρ καὶ κατ' εὐφρόνην ὁμῶς,
αὐτῶν πολιτῶν μὴ †'πικαινούντων νόμους.
κακαῖς ἐπιρροαῖσι βορβόρῳ θ' ὕδωρ
λαμπρὸν μιαίνων, οὔποθ' εὑρήσεις ποτόν.
τὸ μήτ' ἄναρχον μήτε δεσποτούμενον
ἀστοῖς περιστέλλουσι βουλεύω σέβειν,
καὶ μὴ τὸ δεινὸν πᾶν πόλεως ἔξω βαλεῖν.

urbis partem, Areopagum, veteri acropoli adversam munierunt. *πυργοῦν τι ὑψηλὸν* dicitur ut *φράσσειν ὕψος* Ag. 1347. Probari non potest Mülleri sententia, qui *ἀντεπύργωσαν* valere putat, "exstructo *ἀντιπυργώματι* in colle Martis hanc novam acropolin expugnabant." (Diss. p. 98.)

658. Redundat quodammodo *τότε*, cum modo præcessisset *ὅτ' ἦλθον καὶ κ.τ.λ.* Non dissimile est apud Arist. Av. 711. *ὅταν γέρανος—μεταχωρῇ, καὶ τότε φράζει κ.τ.λ.*

660. *ἐν δὲ τῷ*, *in hoc, inquam.* Cf. Ag. 198. *φόβος συγγενής*, timor cum reverentia cognatus; metuit enim, qui veretur.

663. Libri *μὴ 'πικαινόντων*. *μὴ 'πικαινούντων* Herm. Franz. Pors. ex Stephani conjectura. *μὴ 'πιχραινόντων* Linwood. Dind. cum Wakefieldio. In proximo interpungit Herm. post *ἐπιρροαῖσι*, et *βορβόρῳ δ'* corrigit, cum nuda ista verba, *βορβόρῳ λαμπρὸν ὕδωρ μιαίνειν*, ut proverbium a quibusdam grammaticorum laudata sint. Potuit etiam in suos usus convertere quod dixit Strabo, xv. 1. *ὅμοιον γάρ, ὡς ἂν εἰ διὰ βορβόρου καθαρὸν ἀξιοῖ τις ὕδωρ ῥεῖν.* Eur. Suppl. 222. *λαμπρὸν δὲ θολερῷ δῶμα συμμίξας τὸ σὸν, ἥλκωσας οἴκους.* Hermannum secuti sunt Minckwitz. et Donaldson. Gravius est, quod bene notavit idem Vir doctus, dicendum fuisse *κακαῖς δ' ἐπιρροαῖσι.* Sed fortasse, ut in proverbio, nectendi particulam consulto omisit poeta. Adeo nexum orationis desiderat Hermannus, ut statim *τὸ μὴ δ' ἄναρχον* scripserit, et ob eam præcipue causam vv. 674—6 alio transtulerit. Habent autem optimi libri *μηδὲ δεσποτούμενον*, v. 666, quod servandum duxit Linwood. Hoc tamen in loco (651—80) ego quidem *μηδὲν ἐπικαινοῦν* statui, neque enim quicquam in vulgatis video quod jure offendat. Nec cum Minckwitz. laudo "Hermanni ingenium admirandum, cujus acumen effecerit ut hæc Palladis oratio, quæ pluribus vitiis laborabat, in integrum restitueretur."

667. *βουλεύω* pro *συμβουλεύω.*—*περιστέλλουσι*, omni studio tuentibus, sc. *τὸ μέσον* inter monarchiam et populare imperium. *περιστέλλειν* solemne est de legibus observandis. Vide Herod. ii. 147. iii. 31. iv. 80. Supra v. 500. *μήτ' ἀνάρχετον βίον μήτε δεσποτούμενον αἰνέσῃς.* Insignis est hic locus, utpote consilium exhibens quod omnium optimum esse sera ætas experientia probavit. Sapienter autem poeta, popularis auræ satis intolerans, ipsam deam civibus hæc suadentem introducit, quæ in futurum etiam, *ἐς τὸ λοιπὸν* v. 678, quasi ex divina auctoritate amplectantur.

668. *τὸ δεινὸν πᾶν.* Confer v. 497. Cic. Tusc. Disp. iv. § 46. *metum si quis sustulisset, omnem vitæ diligentiam sub-*

τίς γὰρ, δεδοικὼς μηδὲν, ἔνδικος βροτῶν;
τοιόνδε τοι ταρβοῦντες ἐνδίκως σέβας,
ἔρυμά τε χώρας καὶ πόλεως σωτήριον
ἔχοιτ' ἂν, οἷον οὔτις ἀνθρώπων ἔχει
οὔτ' ἐν Σκύθαισιν, οὔτε Πέλοπος ἐν τόποις.
κερδῶν ἄθικτον τοῦτο βουλευτήριον,
αἰδοῖον, ὀξύθυμον, εὑδόντων ὕπερ
ἐγρηγορὸς φρούρημα γῆς καθίσταμαι.
ταύτην μὲν ἐξέτειν' ἐμοῖς παραίνεσιν
ἀστοῖσιν εἰς τὸ λοιπόν· ὀρθοῦσθαι δὲ χρὴ,
καὶ ψῆφον αἴρειν, καὶ διαγνῶναι δίκην,
αἰδουμένους τὸν ὅρκον. εἴρηται λόγος.
ΧΟ. καὶ μὴν βαρεῖαν τήνδ' ὁμιλίαν χθονὸς
ξύμβουλός εἰμι μηδαμῶς ἀτιμάσαι.
ΑΠ. κἄγωγε χρησμοὺς τοὺς ἐμούς τε καὶ Διὸς
ταρβεῖν κελεύω, μηδ' ἀκαρπώτους κτίσαι.
ΧΟ. ἀλλ' αἱματηρὰ πράγματ', οὐ λαχὼν, σέβεις,
μαντεῖα δ' οὐκ ἔθ' ἁγνὰ μαντεύσει μένων.

latam fore; quæ summa esset in eis, qui leges, qui magistratus, qui paupertatem, qui ignominiam, qui mortem, qui dolorem timerent.

670. *ἐκ νόμων* Donaldson., scilicet ne statim repeteretur idem vocabulum.

673. Libri plerique *σκύθῃσιν*. Has autem regiones nominavit ut septemtrionalem et meridionalem *τῆς οἰκουμένης* partem exprimeret. Vide Herm. ad Œd. Col. 694.

675. Notanda antithesis inter *εὑδόντων* et *ἐγρηγορὸς*, quam quidem adeo captabant tragici ut non ubique dixeris quatenus afficiat loci sententiam. Cf. Ag. 792. Cho. 263. Dum populus dormit, sc. remissius agit, interim (inquit) vigiles Areopagitæ urbem custodient.

680. Libri *αἰδουμένοις* vel *αἱρουμένοις*. *αἰδουμένους* receperunt recentiores, neque ego debebam vulgatum servare, quanquam *χρὴ* cum dativo construitur Antig. 736. Eur. Ion. 1316. Nam *αἰδουμένοις* cum *εἴρηται* male jungebant librarii. Minckwitzius: "Hæc dictio, qua finis imponi solet orationibus, significat idem quod Hebræorum *Amen*." Ceterum *ψῆφον* dicit, non *ψήφους*, quia tunc temporis uno calculo sententiam unusquisque ferebat, in hanc vel illam urnam demisso. Vide Arist. Vesp. 987 seqq. Ingeniose Müllerus (Dissert. p. 57.) hinc colligit duodecim fuisse Areopagitas (eosdem scilicet qui *τῶν γερόντων* partes modo egerant in Agamemnone), quia ex hoc v. ad 704 toties suspenditur cursus orationis dum singuli calculos ferunt. Sed vide ad v. 711.

684. *ἀκαρπώτους*. Pind. Isth. viii. 101. *ἐπέων δὲ καρπὸς οὐ κατέφθινε.* Theb. 614. *εἰ καρπὸς ἔσται θεσφάτοισι Λοξίου.*

686. *νέμων* Herm. Dind. Linwood. alii. Cf. Orest. 592. *Ἀπόλλων ὃς — στόμα νέμει σαφέστατον.* Iph. Taur. 1255. *μαντείας βροτοῖς θεσφάτων νέμων.* *μένων*

ΑΠ. ἦ καὶ πατὴρ τι σφάλλεται βουλευμάτων,
πρωτοκτόνοισι προστροπαῖς Ἰξίονος;
ΧΟ. λέγεις· ἐγὼ δὲ, μὴ τυχοῦσα τῆς δίκης,
βαρεῖα χώρᾳ τῇδ' ὁμιλήσω πάλιν.
ΑΠ. ἀλλ' ἔν τε τοῖς νέοισι καὶ παλαιτέροις
θεοῖς ἄτιμος εἶ σύ· νικήσω δ' ἐγώ.
ΧΟ. τοιαῦτ' ἔδρασας καὶ Φέρητος ἐν δόμοις·
Μοίρας ἔπεισας ἀφθίτους θεῖναι βροτούς.
ΑΠ. οὔκουν δίκαιον τὸν σέβοντ' εὐεργετεῖν,
ἄλλως τε πάντως χὤτε δεόμενος τύχοι;
ΧΟ. σύ τοι παλαιὰς διανομὰς καταφθίσας
οἴνῳ παρηπάτησας ἀρχαίας θεάς.
ΑΠ. σύ τοι τάχ', οὐκ ἔχουσα τῆς δίκης τέλος,
ἐμεῖ τὸν ἰὸν οὐδὲν ἐχθροῖσιν βαρύν.
ΧΟ. ἐπεὶ καθιππάζει με πρεσβῦτιν νέος,
δίκης γενέσθαι τῆσδ' ἐπήκοος μένω,
ὡς ἀμφίβουλος οὖσα θυμοῦσθαι πόλει.
ΑΘ. ἐμὸν τόδ' ἔργον, λοισθίαν κρῖναι δίκην·

si hic manebis vulgo intelligunt. Ego de oraculi sede Delphis constituta, et ab aliis ante eum occupata accipio: *manebis tu quidem, sed non jam sanctus propheta.* οὐκέτι ἁγνὸς μενεῖς ἐπὶ τῷ μαντείῳ.

689. τυχεῖν τῆς δίκης hic est νικᾶν. Cf. Suppl. 151. Contulit Minckwitz. Phœn. 490. ἃ μὴ κυρήσας τῆς δίκης πειράσομαι δρᾶν.

693. δράσας Hermannus.

696. *Præsertim si quando subsidio egeat.* Expectabat fortasse aliquis ὅταν τύχῃ, sed notandus tironibus hic usus, qui longe alius est quam ὅτε vel ὁπότε τύχοι de re præterita dictum. Sic Antig. 666. ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν. Œd. Tyr. 315. Pac. 437. Hic enim relativum valet εἴ ποτε, εἴ τινα etc. Ne Homero quidem ignotus hic usus: cf. Il. iv. 263. Od. xix. 511. De ἄλλως τε καὶ cf. Prom. 685. Pers. 654.

697. Libri δαίμονας. Rob. δάμονας, casu, ut videtur. διανομὰς Herm. Dind. ex scholio Vaticano ad Eur. Alcest. 12 nuper edito, in quo vv. 693—8 ex hoc loco laudantur. Veram scripturam ægre ex ingenio reposuissent critici. Vult autem: *subversa priore fati distributione,* sc. ut stato tempore moreretur Admetus.

698. οἴνῳ. Hanc fraudem, de qua tacent veteres scriptores, vocat Euripides Alc. 33. δόλιον τέχνην, ubi Schol. cod. Flor. (laudante Herm.) οἴνῳ γὰρ ταύτας, φασὶ, τῶν λογισμῶν ἀπαγαγὼν ἐξῃτήσατο Ἄδμητον. Pertinet hic vetiti vini usus ad νηφάλια μειλίγματα Furiarum, v. 107, cum quibus communia sacra si habebant Μοῖραι, id non mirum esse patet ex v. 920.

700. τὸν ἰόν. Vide sup. v. 456. Confusam notionem inter *iram* Furiarum, sterilitatem terræ creantem, et venenum aliquod ex ore emissum, vide inf. ad v. 767.

704. λοισθίαν δίκην. Quantum sc.

ψῆφον δ' Ὀρέστῃ τήνδ' ἐγὼ προσθήσομαι.
μήτηρ γὰρ οὔτις ἐστὶν ἥ μ' ἐγείνατο·
τὸ δ' ἄρσεν αἰνῶ πάντα, πλὴν γάμου τυχεῖν,
ἅπαντι θυμῷ, κάρτα δ' εἰμὶ τοῦ πατρός.
οὕτω γυναικὸς οὐ προτιμήσω μόρον,
ἄνδρα κτανούσης δωμάτων ἐπίσκοπον,
νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ.
ἐκβάλλεθ' ὡς τάχιστα τευχέων πάλους,
ὅσοις δικαστῶν τοῦτ' ἐπέσταλται τέλος.
ΟΡ. ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον, πῶς ἀγὼν κριθήσεται;
ΧΟ. ὦ Νὺξ μέλαινα μῆτερ, ἆρ' ὁρᾷς τάδε;
ΟΡ. νῦν ἀγχόνης μοι τέρματ', ἢ φάος βλέπειν.
ΧΟ. ἡμῖν γὰρ ἔρρειν, ἢ πρόσω τιμὰς νέμειν;
ΑΠ. πεμπάζετ' ὀρθῶς ἐκβολὰς ψήφων, ξένοι,

manet post latas judicum sententias, eæ si forte propter parem utrimque numerum rem non dijudicarint.

708. Eur. El. 1103. οἱ μὲν εἰσὶν ἀρσένων, οἱ δ' αὖ φιλοῦσι μητέρας μᾶλλον πατρός. Angl. *on the side of the father.*

711. ἰσόψηφος. Antipho, p. 135. 51. τῶν ψήφων ὁ ἀριθμὸς ἐξ ἴσου γενόμενος τὸν φεύγοντα μᾶλλον ὠφελεῖ ἢ τὸν διώκοντα. Vide Eur. Iph. Taur. 1483. Electr. 1274. *Ego*, inquit Pallas, v. 705, *hoc meum suffragium Oresti postea feram; et vincet, si æquus fuerit numerus calculorum a judicibus in utramque urnam demissus.* Nondum posito Palladis calculo, numerantur suffragia, dum suspensi animis reus et accusatores eventum expectant. Reperta sunt æqua; et sic demum ad absolvendum reum, *quia a judicibus non fuit condemnatus*, valet Palladis calculus. Ita hunc locum expediendum putat Müllerus, cui ego quidem assentior; cum contra Hermannus Minervæ calculum prius in urnam demissum arbitretur, quam reliqui numerati essent. Utriusque rationes plene et dilucide exposuit Minckwitzius, ipse dubius hærens quomodo res intelligenda sit. Hermanni partes suscipit Linwoodius. Patet autem, si hæc vera est loci explicatio, judicum numerum æquum fuisse (vide ad v. 680); nec, si unquam impar fuit, potuit esse ἰσοψηφία. Non recte igitur Schol. ad v. 713: ὁ ἀριθμὸς τῶν Ἀρεοπαγιτῶν λ' καὶ εἷς (XXXI); sed recte, ut videtur, ad 705: ἐγὼ προσθήσω τὴν ἐσχάτην ψῆφον, ἢ ὅτι (ᾗ, ὅταν Herm.) ἴσαι γένωνται, νικᾷ ὁ κατηγορούμενος. Id postea ita in morem valuit, ut si quando æquus esset suffragiorum numerus, Minerva quasi manu non visa suum reo addere putaretur; quæ Παλλάδος ψῆφος Græcis, nobis dicitur *the benefit of the doubt.*

712. τευχέων. "Videtur *una* tantum *urna* intelligenda esse; nam si duæ fuissent, dualem poeta, opinor, posuisset. Pluralem autem sæpissime pro singulari a poetis poni, satis constat." *Minckwitz.* Vide supra ad v. 680. Apertum est, si singulos calculos ferebant judices, non autem duos, e. g. atrum et nigrum, quorum alterutrum demitterent, duas fuisse urnas.

716. Schol. νῦν μοι ζωὴ ἢ θανάτου τέλος.

718. πεμπάζετ'. Plutarchus de Defectu Orac. xxxvi. διὸ καὶ πεμπάσασθαι τὸ

τὸ μὴ 'δικεῖν σέβοντες ἐν διαιρέσει.
γνώμης δ' ἀπούσης πῆμα γίγνεται μέγα,
βαλοῦσά τ' οἶκον ψῆφος ὤρθωσεν μία.

ΑΘ. ἀνὴρ ὅδ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην·
ἴσον γάρ ἐστι τἀρίθμημα τῶν πάλων.

ΟΡ. ὦ Παλλάς, ὦ σώσασα τοὺς ἐμοὺς δόμους,
καὶ γῆς πατρῴας ἐστερημένον σύ τοι
κατῴκισάς με, καί τις Ἑλλήνων ἐρεῖ,
Ἀργεῖος ἀνὴρ αὖθις, ἔν τε χρήμασιν
οἰκεῖ πατρῴοις, Παλλάδος καὶ Λοξίου
ἕκατι, καὶ τοῦ πάντα κραίνοντος τρίτου
Σωτῆρος, ὃς πατρῷον αἰδεσθεὶς μόρον
σώζει με, μητρὸς τάσδε συνδίκους ὁρῶν.
ἐγὼ δὲ χώρᾳ τῇδε καὶ τῷ σῷ στρατῷ
τὸ λοιπὸν εἰς ἅπαντα πλειστήρη χρόνον
ὁρκωμοτήσας νῦν ἄπειμι πρὸς δόμους,
μήτοι τιν' ἄνδρα δεῦρο πρυμνήτην χθονὸς
ἐλθόντ' ἐποίσειν εὖ κεκασμένον δόρυ.
αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ὄντες ἐν τάφοις τότε

ἀριθμῆσαι τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἦν καλεῖν, ἅτε δὴ τῆς πεντάδος ἐκ τῶν πρώτων ἀριθμῶν συνεστώσης. καὶ γὰρ οἱ μὲν ἄλλοι πολλαπλασιαζόμενοι πρὸς ἄλλους εἰς ἕτερον αὐτῶν ἀριθμὸν ἐκβαίνουσιν· ἡ δὲ πεντὰς, ἂν μὲν ἀρτιάκις λαμβάνηται, τὸν δέκα ποιεῖ τέλειον· ἐὰν δὲ περισσάκις, ἑαυτὸν πάλιν ἀποδίδωσιν. (e. g. $2 \times 5 = 10$, $4 \times 5 = 20$; sed $3 \times 5 = 15$, etc.)

720. γνώμης ἀπούσης. *Si desit unum suffragium, sæpe magna ex eo oritur calamitas.* Mox βαλοῦσα ψῆφος μία breviter dictum pro εἷς ψηφιζόμενος βαλὼν τὴν γνώμην monuit Hermannus. *Si prudentia absit,* sc. cura in numerando, vertit Linwood.

722. ἀνὴρ ὅδ' libri et edd. Nescio an scribendum sit ἁνὴρ ὅδ'. Ex Farn. affert Herm. ἄνηρ, Linwoodius ἅνηρ.

727. *Hic vir rursus est Argivus,* sc. in civitatem receptus ac non jam ἄτιμος. Libri ἀνήρ. De τρίτου Σωτῆρος vide ad Suppl. 26. Ag. 237. 1355.

735. χθονὸς, sc. Argivæ. Spectant hæc ad fœdus cum Argivis ab Atheniensibus initum A.C. 459, eodem anno quo acta est hæc fabula, sive Ol. 80. 2. Vide supra, v. 280. 640. Paciscitur Orestes, nullum unquam regem Argivorum Athenis bellum inlaturum. Respexit fortasse hunc locum Eur. Suppl. 1191. ὁ δ' ὅρκος ἔσται, μήποτ' Ἀργείους χθόνα ἐς τήνδ' ἐποίσειν πολέμιον παντευχίαν. Quæ comparavit jam Stanleius.

737. Nos enim ipsi, tunc in sepulcro jacentes, efficiemus per infaustos eventus, nempe vias et itinera hostibus infesta reddentes, ut eos pœniteat laboris, sc. expeditionis suæ. πράξομεν ὡς μεταμέλῃ, ut πράσσοις ἂν ὡς ἀνστήσῃς Suppl. 318. ποιέειν ὅκως καταστρέψηται Herod. ix. 2. Theb. 623. Thuc. i. 56. iii. 70. vii. 56.

τοῖς τἀμὰ παρβαίνουσι νῦν ὁρκώματα
ἀμηχάνοισι πράξομεν δυσπραξίαις,
ὁδοὺς ἀθύμους καὶ παρόρνιθας πόρους
τιθέντες, ὡς αὐτοῖσι μεταμέλῃ πόνος·
ὀρθουμένων δὲ, καὶ πόλιν τὴν Παλλάδος
τιμῶσιν ἀεὶ τήνδε συμμάχῳ δορὶ,
αὐτοῖσιν ἡμεῖς ἐσμεν εὐμενέστεροι.
καὶ χαῖρε, καὶ σὺ καὶ πολισσοῦχος λεώς·
πάλαισμ᾽ ἄφυκτον τοῖς ἐναντίοις ἔχοις,
σωτήριόν τε καὶ δορὸς νικηφόρον.
ΧΟ. ἰὼ θεοὶ νεώτεροι, παλαιοὺς νόμους στρ.
καθιππάσασθε, κἀκ χερῶν εἵλεσθέ μου.
ἐγὼ δ᾽ ἄτιμος ἁ τάλαινα βαρύκοτος,
ἐν γᾷ τᾷδε, φεῦ,
ἰὸν ἰὸν ἀντιπενθῆ μεθεῖσα καρδίας,
σταλαγμὸν χθονὶ
ἄφορον·—ἐκ δὲ τοῦ λειχὴν ἄφυλλος,

Usus conjunctivi Romanis quam Græcis propior. Sed non male Donaldson. *πράξομεν δυσπραξίαις ὁδοὺς ἀθύμους* interpunxit, nisi quod *πράσσειν* hoc sensu pro *ποιεῖν* infrequentius est. *πόνον* pro *πόνος* mavult Scholefieldius: sed cf. Nub. 1114. *οἶμαι δέ σοι ταῦτα μεταμελήσειν.* De re confer Herod. i. 68. Ceterum junge *τὰ ἐμὰ νῦν ὁρκώματα.* In *αὐτοῖσι* repetitur dativus ut Œd. R. 270. Trach. 289.

742. *ὀρθουμένων*, sc. *τῶν νῦν ὁρκωμάτων* v. 738, vel in universum *τῶν πραγμάτων*, ut *εὖ ξυντυχόντων* Theb. 263. Recte igitur se habet genitivus absolute positus, nec necesse est *ὀρθουμένοις* corrigere.

744. *καὐτοί γ᾽ ἂν ἡμεῖς εἶμεν* Hermannus, qui non sine causa offendit cum in præsenti *ἐσμὲν* tum in *αὐτοῖσιν* initio clausulæ posito. Sed male sonat *καὐτοί γε.* Probabilior videtur Dindorfii opinio, ab alia manu, et quidem minus perita, assutos esse hos versus, 737—44. Quanquam si tres abessent, 742—4, ceteros facile ferres.

745. Post *καὶ χαῖρε* plenius interpungit Herm. et sic Linwood. Franz. Quo nihil lucramur nisi structuram certe non ubique obviam, *καὶ σὺ καὶ λεὼς ἔχοις.* Aliud enim est *χαῖρε καὶ σὺ καὶ λεώς*, ubi præcedit imperativus. *Jamque vale: et tu, inquam, et populus tuus.*

747. "Relinquunt scenam Orestes et Apollo. Remanere Areopagitas ostendit v. 909. *ἢ τάδ᾽ ἀκούετε, πόλεως φρούριον;*" Hermannus.

752. *ἀντιπενθῆ καρδίας* jungit Hermannus. Sed *ἐκ καρδίας* facile intelligitur. Mox *χθονὶ* uncis inclusit Linwood., *χθόνιον* correxit Herm. *χθονὶ ἄφορον* est *terræ sterilitatem creantem. ἄφορος* proprie est *sine fetu*, ut mox *ἄφυλλος sine foliis;* cf. Herod. ii. 156. *δένδρεα καὶ καρποφόρα καὶ ἄφορα πολλά.* Ex v. 768. apparet transitiva vi utrumque hic accipiendum esse. Cf. 457. 902. *ἰὸν* cur *sagittam* verterit Minckwitz. non perspicio. Imo *venenum*, ut v. 700.

754. Libri *λιχήν. λειχὴν* Herm. Dind.

ἄτεκνος, ὦ δίκα, πέδον ἐπισύμενος,
βροτοφθόρους κηλῖδας ἐν χώρᾳ βαλεῖ·—
στενάζω; τί ῥέξω; γένωμαι
δυσοίστα πολίταις †ἄπαθον;
ἰώ, μεγάλα τοι, κόραι δυστυχεῖς
Νυκτὸς ἀτιμοπενθεῖς.

ΑΘ. ἐμοὶ πίθεσθε μὴ βαρυστόνως φέρειν·
οὐ γὰρ νενίκησθ᾽, ἀλλ᾽ ἰσόψηφος δίκη
ἐξῆλθ᾽ ἀληθῶς, οὐκ ἀτιμίᾳ σέθεν.
ἀλλ᾽ ἐκ Διὸς γὰρ λαμπρὰ μαρτύρια παρῆν,
αὐτός θ᾽ ὁ †φήσας αὐτὸς ἦν ὁ μαρτυρῶν,

Linwood. Formatur quidem a λείχω, cujus tamen radix est λιχ, ut non adeo constet de vera scriptura.

755. Libri ἰὼ δίκα. ὦ δίκα, δίκα, Hermannus, qui, cum breve hoc carmen inter octo Furias distribuendum putaverit, nexum orationis non modo turbavit, sed funditus sustulit. Deest verbum ad ἐγὼ δ᾽ ἄτιμος v. 750; sed voluit, ut videtur, poeta, ἐγὼ ἄτιμος τί δρῶ; στενάζω; κ.τ.λ. μεθεῖσα dicit quasi jam irata terræ damnum intulisset; quod tamen mox deprecatur Pallas ne facere pergant, v. 767.

757. γελῶμαι Herm. Linwood. Dind. ex Tyrwhitti conjectura. Cf. Antig. 838. οἴμοι, γελῶμαι. Sed nec nunc me piget emendationis meæ: *fiamne intolerabilis civibus ob ea quæ passa sum?* δυσοίστα (Libri δύσοιστα) Müller. Dissert. p. 42, qui similem formam παναρκέτη laudat ex Cho. 61. Potuit etiam εὐφιλήτη Theb. 104. περικλύστη Pers. 598. ἄπαθον, si quis exemplum desiderat, legitur Acharn. 377. Equit. 520. In eandem conjecturam incidit Hermannus, qui δύσοισθ᾽ ἄπαθον edidit. γένωμαι δυσοίστα | πολίταις; ἔπαθον, | ἰώ, μεγάλα τοι κ.τ.λ. Donaldson. Metrum v. 758. est dochm. cum dipod. iamb., ut sup. 151. Cho. 342. Prom. 585. Theb. 734.

759. μεγάλα τοι. Intellige, ἐστὶν ἃ ἔπαθον.

762. οὐ νενίκησθε. Nam neuter vincitur ubi æque utrimque pugnatum est. Mox ἀληθῶς valet ἀδόλως. cf. v. 809.

764. μαρτύρια. De metro cf. Suppl. 255. 382, quanquam suspicandi locus est verba hujusmodi mensuræ ut trisyllaba enuntiata esse. Sic sup. 107. χοάς τ᾽ ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα. 463. ὑμεῖς δὲ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια καλεῖσθ᾽. Œd. R. 301. ἄρρητά τ᾽ οὐράνιά τε καὶ χθονοστιβῆ. Et sic fortasse Ag. 1568, si vera Hermanni emendatio: ἀστοξένια δὲ τοῦδε δύσθεος πατὴρ κ.τ.λ. Ea hyperthesis, ut τάλαινα pro ταλάνια, fortasse latius patuit in pronuntiando αι pro ια. Quanquam de hoc quidem οὐ διϊσχυρίζομαι.

765. Vulgatum ὁ χρήσας nihil est nisi Turnebi conjectura. Boni libri δ᾽ ὁ θήσας exhibent, unde ὁ θήξας Wieselerus, Franz. ὁ φήσας Hermannus, qui id in scholio invenire sibi visus est, ἔφασκε γὰρ ὁ Ἀπόλλων γνώμῃ Διὸς μαντεύεσθαι. Sed hæc, quæ ad v. priorem pertinent, levissimum aut nullum argumentum præbent. Inter Θ et Φ exiguum est discrimen, quanquam, quod sciam, non admodum frequens est istarum literarum permutatio. Ceterum confer Frag. Æsch. ap. Plat. Remp. ii. fin. ὁ δ᾽ αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρών, αὐτὸς τάδ᾽ εἰπών, αὐτός ἐστιν ὁ κτανὼν τὸν παῖδα τὸν ἐμόν. Exemplis a Blomf.

ὡς ταῦτ' Ὀρέστην δρῶντα μὴ βλάβας ἔχειν.
ὑμεῖς δέ τοι γῇ τῇδε μὴ βαρὺν κότον
†σκήψητε, μὴ θυμοῦσθε, μηδ' ἀκαρπίαν
τεύξητ', ἀφεῖσαι δαιμόνων σταλάγματα,
βρωτῆρας αἰχμὰς σπερμάτων ἀνημέρους·
ἐγὼ γὰρ ὑμῖν πανδίκως ὑπίσχομαι,
ἕδρας τε καὶ κευθμῶνας ἐνδίκου χθονὸς,
λιπαροθρόνοισιν ἡμένας ἐπ' ἐσχάραις,
ἕξειν, ὑπ' ἀστῶν τῶνδε τιμαλφουμένας.
ΧΟ. ἰὼ θεοὶ νεώτεροι, παλαιοὺς νόμους ἀντ.
καθιππάσασθε, κἀκ χερῶν εἵλεσθέ μου.

apud Linwood. congestis adde Xen. Anab. iii. 2. 4. αὐτὸς ὀμόσας ἡμῖν, αὐτὸς δεξιὰς δοὺς, αὐτὸς ἐξαπατήσας, συνέλαβε τοὺς στρατηγούς.

766. Non sibi sed ipsi Jovi acceptum referri dicit quod judicio absolutus est Orestes. Recte Minckwitz. *testatus est, Orestem pœna liberum esse.* Nam si voluisset *quo testimonio factum est ut liberaretur*, non δρῶντα sed δράσαντα dicendum fuit.

767. Aliquanto probabilius videtur τοι quam τῇ, idque ex Hermanni conjectura recepi. Libri ὑμεῖς δέ τε τῇδε γῇ.

768. Libri σκήψησθε, quod correxit Elmsl. Notabit lector aoristum de subitanea actione, præsens tempus de diuturna usurpari. Cf. Œd. Col. 731. Verba μὴ θυμοῦσθε—τεύχητ' (sic enim scribit, de librorum scriptura, ut videtur, deceptus,) uncis inclusit Hermannus, qui mox δαΐων σταλαγμάτων ex Pauwio recepit, et σπερμάτων ἀνημέρους construit. Nimis temeraria sunt hujusmodi tentamina: nec tamen tacendum quod statim addit, "Remoto isto languido additamento, tredecim versibus constat oratio Minervæ, pariter atque post repetitum chori carmen v. 810 seqq." (788.)

769. Libri δαιμόνων, quod corruptum esse consentiunt fere omnes. Verte, ut in loco pæne desperato, quasi esset δαιμόνια σταλάγματα, Angl. *demon-drops.* Quanquam nescio an corrigendum sit δαίμονες, casu vocativo. πλευμόνων (πνευμόνων) Wakefieldius, διὰ γόων Franzius, satis infeliciter. Vulgatum quodammodo tuetur βόσκημα δαιμόνων v. 292, a Dobræo allatum. Conjecturam meam λαιμάτων, in ed. priore propositam, hodie etiam lectoribus commendo. Confer ἐμεῖ τὸν ἰὸν v. 700. et μεθεῖσα καρδίας σταλαγμὸν v. 753, unde satis manifestum est, de veris guttis ore sive gutture Furiarum ejectis cogitasse poetam. Ex ira Furiarum, quasi ex primaria causa, sterilitatem venire statuit; unde ἰὸς ἐκ φρονημάτων et hoc loco μὴ θυμοῦσθε dicit. Sed proxima causa fuit robigo (λειχὴν v. 754) inde orta, sata ac culta urens. Has autem causas passim confundere videtur poeta, e. g. cum dicit καρδίας σταλαγμὸν v. 753, tanquam venenum aliquod quo afflatæ marcescerent arbores, sed id ex corde, sc. spiritu emissum. Confer autem Arist. Av. 1562. κᾆτ' ἀνῆλθ' αὐτῷ κάτωθεν πρὸς τὸ λαῖμα τῆς καμήλου Χαιρεφῶν ἡ νυκτερίς. Confusa sunt δαίμων et λαιμῶν Bacch. 992. Potuit etiam forma fuisse λαίμων, λαίμονος, ut πνεύμων, et sic Well.

770. αἰχμὰς, *influences*, Scholef. Vide ad Ag. 467. αὐχμοὺς conjecit Scaliger. Sed si verum est αἰχμὴ ab ἀΐσσω formari, vulgato nihil aptius videtur.

772. ἐνδίκους Heath. Herm.

ἐγὼ δ' ἄτιμος ἁ τάλαινα βαρύκοτος,
ἐν γᾷ τᾷδε, φεῦ,
ἰὸν ἰὸν ἀντιπενθῆ μεθεῖσα καρδίας,
σταλαγμὸν χθονὶ
ἄφορον·—ἐκ δὲ τοῦ λιχὴν ἄφυλλος,
ἄτεκνος, ὦ δίκα, πέδον ἐπισύμενος,
βροτοφθόρους κηλῖδας ἐν χώρᾳ βαλεῖ·—
στενάζω; τί ῥέξω; γένωμαι
δυσοίστα πολίταις †ἄπαθον;
ἰὼ, μεγάλα τοι, κόραι δυστυχεῖς
Νυκτὸς ἀτιμοπενθεῖς.

ΑΘ. οὐκ ἔστ' ἄτιμοι, μηδ' ὑπερθύμως ἄγαν
θεαὶ βροτῶν στήσητε δύσκηλον χθόνα.
κἀγὼ πέποιθα Ζηνὶ, καὶ τί δεῖ λέγειν;
καὶ κλῆδας οἶδα δωμάτων μόνη θεῶν,
ἐν ᾧ κεραυνός ἐστιν ἐσφραγισμένος·
ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῦ δεῖ· σὺ δ' εὐπειθὴς ἐμοὶ
γλώσσης ματαίας μὴ 'κβάλῃς ἐπὶ χθόνα
καρπὸν, φέροντα πάντα μὴ πράσσειν καλῶς.

789. *κτίσητε* Linwood. pro *στήσητε*. Hermannus: "dictum est *στήσητε* ut a Sophocle Œd. Col. v. 1041. *πρὶν ἄν σε τῶν σῶν κύριον στήσω τέκνων*." Frequentius tamen est *καθιστάναι*, ut Antig. 657. *ψευδῆ γ' ἐμαυτὸν οὐ καταστήσω πόλει*.——*δύσκηλον βροτῶν*, *malignam in homines* minus recte conjungit Scholef, qui non videtur perspexisse antithesin inter *θεαὶ* et *βροτῶν*, ut Cho. 122.

790. Sententia est: ego quoque potestatem habeo a Jove mihi commissam, et possum, si velim, vi cogere nolentes obsequi. Sed nunc persuasio (cf. 845. 928.), non vis, adhibenda est; itaque vos, meum exemplum secutæ, nolite immittere terræ sterilitatem.—*καὶ τί δεῖ λέγειν*; Attica locutio, ut Plat. Symp. p. 217. C. *συνεγυμνάζετο οὖν μοι καὶ προσεπάλαιε πολλάκις, οὐδενὸς παρόντος. καὶ τί δεῖ λέγειν; οὐδὲν γάρ μοι πλέον ἦν.* Cf. Ag. 581. *καὶ νῦν τὰ μάσσω μὲν τί δεῖ σ' ἐμοὶ λέγειν;*

791. *δωμάτων*. *δώματος* Hermannus, propter sequens *ἐν ᾧ*, et quia in uno conclavi, non in pluribus, conclusum esse Jovis fulmen debebat. Falsam esse structuram *δωμάτων ἐν ᾧ* Linwoodius quoque opinatur, et *ἐν οἷς* cum Farn. scribendum putavit. Equidem *ἐν ᾧ* intelligo *ἐν ᾧ τόπῳ*, h. e. *οὗ*. Hinc fortasse jocatus est Comicus Av. 1537, ubi *Βασίλειαν* dicit *καλλίστην κόρην, ἥτις ταμιεύει τὸν κεραυνὸν τοῦ Διός*.

794. *γλώσσης ματαίας καρπὸν*, sc. temere editam imprecationem, "*ferentem* eam rerum conditionem, *ut omnia improspere cedant*." Scholef.

κοίμα κελαινοῦ κύματος πικρὸν μένος,
ὡς σεμνότιμος καὶ ξυνοικήτωρ ἐμοί.
πολλῆς δὲ χώρας τῆσδ' ἔτ' ἀκροθίνια,
θύη πρὸ παίδων καὶ γαμηλίου τέλους,
ἔχουσ' ἐς αἰεὶ τόνδ' ἐπαινέσεις λόγον.

ΧΟ. ἐμὲ παθεῖν τάδε, φεῦ, στρ.
ἐμὲ παλαιόφρονα, κατά τε γᾶν οἰκεῖν
ἀτίετον, φεῦ, μύσος.
πνέω τοι μένος ἅπαντά τε κότον.
οἶ οἶ, δᾶ, φεῦ.
τίς μ' ὑποδύεται πλευρὰς ὀδύνα;
θυμὸν ἄϊε, μᾶτερ
Νύξ· ἀπὸ γάρ με τιμᾶν
†δαναιᾶν θεῶν
δυσπάλαμοι παρ' οὐδὲν ἦραν δόλοι.

798. *πολλῆς χώρας.* Vide Baehr. ad Herod. iv. 109. Hes. Theog. 861. Theb. 484. Vobis, inquit, fient e terræ primitiis oblata pro prole et nuptiis donaria. Quæ *τὰ ἐκ γῆς δυσφρόνων* (sc. *δαιμόνων*) *μειλίγματα* dixit Cho. 270. Inter *τἀκροθίνια* et *ἔτ' ἀκροθίνια* eligere difficile est. Illud Turn., hoc Herm. Franz. alii recentiorum dederunt.

800. *τόνδε λόγον, hanc conditionem.*

802. *οἰχνεῖν* et mox *μῖσος* Hermannus. *μῖσος* etiam Donaldson. Franz. Minckwitz., qui perperam vertit: "*habitare non ultam odium*, non ulta injuria." *μῦσος* vel *μύσος* omnes boni libri exhibent. Est autem *κατὰ γᾶν in terra*, nec recte olim Herm. *κατὰ γᾶς, sub terra.* De cultu enim suo apud Athenienses, quem promiserat Pallas v. 772, ironice loquitur.

804. *πνέω τοι μένος.* Homerum respexit, Il. iii. 8. *μένεα πνείοντες Ἀχαιοί.*

806. Metro caret hic versus. Probabiliter scripsit Hermannus *τίς μ' ὑποδύεται τίς ὀδύνα πλευράς;* Proximus mihi quidem pherecrateus est, nam *α* in *ἀΐω* plerumque producitur: vide ad Suppl. 57. Hermanno dochmius est, correpta prima litera. Dindorfius mediam *ι* longam esse ratus (Hes. Opp. 215. ubi tamen incerta est scriptura,) clausulam choriambicam efficit. Ceterum inter octo personas hanc stropham distribuit Herm.

808. Libri *τιμῶν δαμαίων* vel *—αν. δαναιᾶν* L. Dindorfius, et sic Franz. Linwood. *τιμᾶν ἀμᾶν* Hermannus, minus feliciter. Cf. *γέρας παλαιὸν* v. 372. Sententia est: iniquæ deorum (Apollinis et Palladis) fraudes sustulerunt me, pro nihilo habitam, ab antiquis meis honoribus. *παρ' οὐδὲν*, intellige *θέμενοι*, ut *παρ' οὐδὲν ἔθεντο* Ag. 221. Schol. Med. *δαμίαν* interpretatur *τὴν δημοσίαν ὑπὸ θεῶν δεδομένην*, sed mox ad *ἦραν δόλοι* annotavit: *οἱ δόλοι γὰρ τῶν θεῶν ὡς οὐδὲν παρῇράν με τῶν δημοσίων τιμῶν.* Duo scholia diversas grammaticorum sententias indicant, quorum alter *δαμίαν τιμὰν* accusativo casu accepit et *τιμὰν θεῶν* conjunxit, alter recte *τιμᾶν* et *θεῶν δόλοι* intellexit. Quod Hermannum fefellisse videtur, cum non perspicere se profiteatur quo spectet illud *ὑπὸ θεῶν δεδομένην.*

ΑΘ. ὀργὰς ξυνοίσω σοι· γεραιτέρα γὰρ εἶ.
[καίτοι γε μὴν σὺ κάρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα,]
φρονεῖν δὲ κἀμοὶ Ζεὺς ἔδωκεν οὐ κακῶς.
ὑμεῖς δ' ἐς ἀλλόφυλον ἐλθοῦσαι χθόνα
γῆς τῆσδ' ἐρασθήσεσθε· προὐννέπω τάδε.
οὑπιρρέων γὰρ τιμιώτερος χρόνος
ἔσται πολίταις τοῖσδε· καὶ σὺ τιμίαν
ἕδραν ἔχουσα πρὸς δόμοις Ἐρεχθέως
τεύξει παρ' ἀνδρῶν καὶ γυναικείων στόλων
†ὅσων παρ' ἄλλων οὔποτ' ἂν σχέθοις βροτῶν.
σὺ δ' ἐν τόποισι τοῖς ἐμοῖσι μὴ βάλῃς
μήθ' αἱματηρὰς θηγάνας, σπλάγχνων βλάβας
νέων, ἀοίνοις ἐμμανεῖς θυμώμασι·

811. Versus, ut opinor, insititius, et ab aliquo intrusus qui non vidit absolutam in se esse sententiam propter notionem sapientiæ in *γεραιτέρα*. Græce non dicitur *κάρτα σοφωτέρα*, et libri vel claudicante metro *καίτοι μὲν σὺ*, vel *καίτοι γε μὴν σὺ κάρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα* præbent. *καὶ τῷ μὲν εἶ σὺ* Franz. cum Wieseler. *καίτοι τὰ μὲν σὺ* Linwood. ex priore Hermanni conjectura, qui hodie totum versum omisit. *καὶ τοῦτο μὲν σὺ κάρτ'* J. Conington. Mihi suspectus est etiam proximus versus, quem non admodum desiderares, si abesset.

813. Vos vero si in aliam veneritis terram hanc aliquando desiderabitis: nondum enim ad summam gloriam hi cives mei provecti sunt, sed in posterum vel insigniores erunt; tuque honorificam sedem nacta juxta Erechtheum tanta munera habebis quanta nusquam alibi reperies. Pro vulg. *ὅσην* scripsi *ὅσων*, quod in accusativum mutatum esse credo propter *ἕδραν*. Duriusculum esset *ὅσην τιμὴν* intelligere ex v. *τιμίαν*. Quanquam verum potest esse *οἵαν*. Vide Pors. ad Hec. 22. *ὅσ' ἂν* Franz. cum H. L. Ahrensio, quæ Æschyli stilo minus convenire videtur, siquidem *ἂν* non cum *ὅσα*, sed bis cum *σχέθοις* construendum erit. Lacunam statuunt Linwood. Dind. Herm. Male omnino Abreschius, quem sequitur Minckwitz., verborum ordinem esse docet *καὶ σὺ τεύξει ἔχουσα ἕδραν — τιμίαν παρ' ἀνδρῶν* etc. *ὅσην κ.τ.λ.* Quod bene Græcum esse nego. De verbis *πρὸς δόμοις Ἐρεχθέως* consule Mülleri Dissertationem, p. 206, qui docet templum *τῶν Σεμνῶν θεῶν* situm fuisse inter Areopagum et Acropolin, et sic Erechtheo quodammodo contiguum. Hermannus: "Locus ubi Furiæ, præter lucum illum cujus mentio fit in Œdipo Coloneo, Athenis colebantur, vicinus erat Areopago, ut multis demonstravit Meursius in Areop. c. 2. Erat autem medius inter Areopagum et arcem. Pausanias enim de fano Eumenidum explicans 1. 28. 7. dicit *ἔστι δὲ καὶ ἐντὸς τοῦ περιβόλου μνῆμα Οἰδίποδος*, ubi non murum quo Areopagus cinctus fuerit, ut Meursio visum est, sed eum qui templum Furiarum ambiebat, intelligendum esse ostendit Valerius Maximus v. 3. ipse quoque a Meursio memoratus, qui Œdipodis sepulcrum inter arcem et Areopagum fuisse scribit."

822. *ἐμμανεῖς* cum v. *θηγάνας* construendum est. *θηγάνη* dicitur quicquid ad rabiem movet, eaque *ἐμμανὴς* fit cum usque ad furorem provecta est, sive, quod eodem redit, ad furorem incitat. Itaque

μηδ', ἐξελοῦσ' ὡς καρδίαν ἀλεκτόρων,
ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἱδρύσῃς Ἄρη
ἐμφύλιόν τε καὶ πρὸς ἀλλήλους θρασύν.
θυραῖος ἔστω πόλεμος, οὐ μόλις παρὼν
ἐν ᾧ τις ἔσται δεινὸς εὐκλείας ἔρως·
ἐνοικίου δ' ὄρνιθος οὐ λέγω μάχην.

non male interpretatur Minckwitz. ἐκμαινούσας. ἄοινα θυμώματα sunt "iræ non ex vino natæ et graviores ac magis diuturnæ quam inebriatorum." Herm. et sic fere Schol. ὀργαῖς, ὅτι καὶ οἰνωθέντες τρόπον τινὰ γίνονται ἐμμανεῖς. Sed tamen eundem virum doctissimum hos versus sic interpungentem probare nequeo:

μήθ' αἱματηράς, θηγάνας σπλάγχνων, βλάβας,
νέων ἀοίνοις ἐμμανεῖς θυμώμασι.

823. ἐξελοῦσα, *tamquam cor gallis exsectum civibus indidisses.* Scholiastæ interpretationem ἀναπτερώσασα inde ortam putat J. Conington, tanquam ab ἐξαίρω, *extollere, efferre*, non ab ἐξαιρέω, formatum putasset. Tantæ inscitiæ bonum grammaticum reum agere nolim. Hermanno fidem non habeo, qui Musgravii conjecturam ἐκζέουσ' *veram haud dubie* autumat, activo sc. sensu, ut ἐξέζεσαν Theb. 706, (ubi tamen alii ἐξέζεσεν, alii intransitive accipiunt,) ἐπέζεσεν Eur. Cycl. 392.

824. ἱδρύσῃς, sc. αὐτὴν, ut Ἄρη additum sit ἐπεξηγητικῶς, *belli scilicet causam.* καρδίαν ἀστῶν de amore mutuo civium intelligit Minckwitz. qui si auferatur *excordes* futuri sint, et non minus pugnaces quam galli. Fortasse sic accepit etiam Scholiastes. Ita saltem Homerus φρένας ἐξέλετο de fatuis usurpare solet. Libri autem ἱδρύσῃ κάρη vel κάρα. κόρη Ald. βάρη Rob. De κ et β confusis vide ad Suppl. 541. de κ et η ib. 775.

826. ἐν ᾧ non est ἐν ᾧ πολέμῳ, sed παρὼν ἐκείνῳ, ἐν ᾧ. *Veniat bellum abunde ei, in quo sit vehemens gloriæ amor*, sc. qui laudis cupidus et ambitiosus sit, *sed non veniat nobis.* Ita olim hunc locum explicavi ad Suppl. 628, ubi plura ejusdem generis exempla in ed. 1. attuli. Omnino similis est sententia Tibull. i. 1. 75. *Vos signa tubæque Ite procul: cupidis vulnera ferte viris.* οὐ μόλις παρέστω θ. π. sic construit Linwood. ut sit *vicinum* sc. *externum bellum abunde nobis contingat;* quod non malum est, nam οὐ μόλις adeo unam notionem efficiunt ut vel cum imperativo οὐ pro μὴ stare possit. ἢ μόλις παρὼν Hermannus, qui nescio quomodo visus est sibi ἢ ex Scholiastæ glossa οὐ μακρὰν recte eruisse: "*foris sit bellum aut brevi spatio remotum, in quo magnus erit gloriæ amor.* Significatur autem pugna Marathonia." Confusa sane sunt ἢ et οὐ Agam. 1293, sed videtur Schol. οὐ μόλις παρὼν non aliter accepisse quam Minckwitzius, *ne vix quidem præsens*, et istud μόλις παρὼν, *tantum non præsens*, per οὐ μακρὰν, (male quidem ille,) interpretatus esse. Multo rectius, me judice, Scholef. "quantumcunque sit, nihil moror, dummodo non sit domesticum." Nec Marathonem hic tangi crediderim.

828. ἐνοικίου ὄρνιθος, *domestici volucris*, sc. galli gallinacei. Comparant Pind. Ol. xii. 20. ἐνδομάχας ἀλέκτωρ. Ludi genus Atheniensibus in deliciis habitum ab Oriente profectum videri possit, siquidem in antiquissimo Lyciæ oppido Xantho, quod medium quodammodo locum obtinet inter Græciam et Orientis regiones, sculptam marmore invenit Dominus Carolus Fellows (*Travels in Asia Minor*, 1838). Confer autem Ælian. Var. Hist. ii. 28. μετὰ τὴν κατὰ τῶν Περσῶν νίκην, Ἀθηναῖοι νόμον ἔθεντο ἀλεκτρύονας ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ ἐν τῷ θεάτρῳ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἔτους. Πόθεν δὲ τὴν ἀρχὴν ἔλαβε ὅδε ὁ νόμος, ἐρῶ. Ὅτε Θεμιστοκλῆς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἐξῆγε τὴν πολιτικὴν δύναμιν, ἀλεκτρυόνας ἐθεάσατο μαχομένους, οὐδὲ ἀρ-

τοιαῦθ' ἑλέσθαι σοι πάρεστιν ἐξ ἐμοῦ·
εὖ δρῶσαν, εὖ πάσχουσαν, εὖ τιμωμένην,
χώρας μετασχεῖν τῆσδε θεοφιλεστάτης.
ΧΟ. ἐμὲ παθεῖν τάδε, φεῦ, ἀντ.
ἐμὲ παλαιόφρονα, κατά τε γᾶν οἰκεῖν
ἀτίετον, φεῦ, μύσος.
πνέω τοι μένος ἅπαντά τε κότον.
οἶ οἶ, δᾶ, φεῦ.
τίς μ' ὑποδύεται πλευρὰς ὀδύνα;
θυμὸν ἄϊε, μᾶτερ
Νύξ· ἀπὸ γάρ με τιμᾶν
†δαναιᾶν θεῶν
δυσπάλαμοι παρ' οὐδὲν ἦραν δόλοι.

ΑΘ. οὔτοι καμοῦμαί σοι λέγουσα τἀγαθά·
ὡς μήποτ' εἴπῃς, πρὸς νεωτέρας ἐμοῦ
θεὸς παλαιὰ, καὶ πολισσούχων βροτῶν,
ἄτιμος ἔρρειν τοῦδ' ἀπόξενος πέδου.
ἀλλ' εἰ μὲν ἁγνόν ἐστί σοι Πειθοῦς σέβας,
γλώσσης ἐμῆς μείλιγμα καὶ θελκτήριον,
σὺ δ' οὖν μένοις ἄν· εἰ δὲ μὴ θέλεις μένειν,

γῶς αὐτοὺς εἶδεν· ἐπέστησε δὲ τὴν στρατιὰν, καὶ ἔφη πρὸς αὐτοὺς, Ἀλλ' οὗτοι μὲν οὔτε ὑπὲρ πατρίδος οὔτε ὑπὲρ πατρῴων θεῶν, οὐδὲ μὴν ὑπὲρ προγονικῶν ἠρίων κακοπαθοῦσιν, οὐδὲ ὑπὲρ δόξης, οὐδὲ ὑπὲρ ἐλευθερίας, οὐδὲ ὑπὲρ παίδων, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ μὴ ἡττηθῆναι ἑκάτερος, μηδὲ εἶξαι θατέρῳ τὸν ἕτερον. Hanc autem *ἐνοίκιον μάχην* ideo non dicit Pallas, *οὐ λέγει*, quia malo omine bellum domesticum sive intestinum referebat.

841. *οὔτοι καμοῦμαι.* Hoc dicit, quia nondum placatas esse Eumenidas ex proxima cantilena manifestum fuit.—*τἀγαθὰ*, sc. *ἃ ἕξεις παρ' ἡμῖν.*

845. Schol. *εἰ πείθῃ τῷ μειλίγματι τῆς ἐμῆς γλώττης, παράμεινον.* Aliter Hermannus: *εἰ πειθοῦς γλώσσης ἐμῆς ἁγνὸν σέβας ἐστί σοι μείλιγμα καὶ θελκτήριον*, impeditissima sane structura. Mihi quidem *μείλιγμα καὶ θελκτήριον* accusativo casu sunt ejusdem generis ac supra v. 357, ubi *ὥστε εἶναι* vel *ὥστε γενέσθαι* suppleri potest. Nisi si quis sic malit accipere, tanquam præcessisset *εἰ σεβίζει τὴν Πειθώ.* Majusculam literam præfixi propter v. 928. Sæpissime autem conjungi *ἁγνὸν σέβας* allatis exemplis ostendit Blomf. ap. Linwood.

847. *θέλεις.* Ne *θέλοις* scribendum putes, vide Stallb. ad Plat. Symp. p. 208. C. ad Phæd. p. 68. D. Mox *οὔταν* est *οὔτοι ἂν*, non *οὔτε ἂν*, quod putat Linwood. Altera solemnis fere formula est in tali sententia. Vide ad Ag. 331.—*ἐπιρρέπειν*, intransitive, Ag. 242.

οὐτἂν δικαίως τῇδ' ἐπιρρέποις πόλει
μῆνίν τιν' ἢ κότον τιν' ἢ βλάβην στρατῷ.
ἔξεστι γάρ σοι †τῆσδε γαμόρῳ χθονὸς
εἶναι δικαίως ἐς τὸ πᾶν τιμωμένῃ.
ΧΟ. *ἄνασσ' Ἀθάνα, τίνα με φὴς ἔχειν ἕδραν;*
ΑΘ. *πάσης ἀπήμον' οἰζύος· δέχου δὲ σύ.*
ΧΟ. *καὶ δὴ δέδεγμαι· τίς δέ μοι τιμὴ μένει;*
ΑΘ. *ὡς μή τιν' οἶκον εὐθενεῖν ἄνευ σέθεν.*
ΧΟ. *σὺ τοῦτο πράξεις, ὥστε με σθένειν τόσον;*
ΑΘ. *τῷ γὰρ σέβοντι ξυμφορὰς ὀρθώσομεν.*
ΧΟ. *καί μοι πρὸ παντὸς ἐγγύην θήσει χρόνου;*
ΑΘ. *ἔξεστι γάρ μοι μὴ λέγειν ἃ μὴ τελῶ.*
ΧΟ. *θέλξειν μ' ἔοικας, καὶ μεθίσταμαι κότου.*
ΑΘ. *τοιγὰρ κατὰ χθόν' οὖσ' ἐπικτήσει φίλους.*
ΧΟ. *τί οὖν μ' ἄνωγας τῇδ' ἐφυμνῆσαι χθονί;*
ΑΘ. *ὁποῖα νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα·*

850. Libri *τῇδέ γ' ἀμοίρου.* Emendavit Dobræus, Advers. ii. p. 30. *τῆσδ' ἐπ' εὐμοίρου χθονός* Donaldson.

854. *καὶ δὴ δέδεγμαι, fac autem me accepisse.* Cf. Cho. 556. *καὶ δὴ θυρωρῶν οὔτις ἂν φαιδρᾷ φρενὶ δέξαιτο.* Vesp. 1224. *ἀλλ' εἴσομαι· καὶ δὴ γάρ εἰμ' ἐγὼ Κλέων.* Vide Elmsl. ad Med. 380. Herm. ad Viger. 331.

855. *εὐθενεῖν* Scaliger. Libri *εὖ σθένειν* vel *εὐσθένειν. ἀθενεῖν* Rob. confusis *εὐ* et *ἀ*, de qua re vide Pors. ad Orest. 404.

859. *ἔξεστι μὴ λέγειν* minime, quod putabat Linwood., pro *οὐκ ἔξεστι λέγειν* ponitur, sed hoc dicit: *licet mihi non dicere quod non perficiam.* Licet mihi, si malim, nihil omnino polliceri. Confer Dem. Mid. p. 538. *ἐλθὼν ἐπὶ δεῖπνον, οἷ μὴ βαδίζειν ἐξῆν αὐτῷ.* (Angl. *whither he need not have gone.*) Plat. Gorg. p. 461. fin. *εἰ μὴ ἐξέσται μοι ἀπιέναι καὶ μὴ ἀκούειν σου.* Alcest. 295. *θνήσκω, παρόν μοι μὴ θανεῖν.* Heracl. 969. *χρῆν τόνδε μὴ ζῆν.* Contra Hippol. 509. *χρῆν μὲν οὔ σ' ἁμαρτάνειν* est: *non debebas peccare;* nec satis accurate vertit Monkius, *debebas non peccare,* quod *χρῆν μὴ ἁμαρτάνειν* fuisset.

862. *τί οὖν;* De hiatu vide ad Suppl. 301.

863. *νείκης* Herm. Linwood. Donaldson. "*Opta quæ bonæ contentionis, non, qualis ante tua fuerat rixa, malæ provida sint.*" *Herm.* *νίκη κακὴ* legitur Theb. 713, ubi vide adnotata, et ad Ag. 915. Contra *νείκη* sola grammaticorum auctoritate nititur, neque alibi legitur nisi ex emendatione in Ag. 1349. Simpliciter intelligo: *qualia non pertinent ad inhonestam victoriam.* Noli, inquit, irasci quia victa es, quasi id tibi ignominiosum esset. *ὁποῖα μὴ ἐπίσκοπά ἐστι* construenda videntur; nam *νίκης οὐ κακῆς* aliter, opinor, prætulisset. Nec tamen *μὴ κακῆς* pro *ἀγαθῆς* per se displicet: cf. *τὸ μὴ κακῶς φρονεῖν* Ag. 900. et *φρονεῖν οὐ κακῶς* sup. 812. *ἀγαθὴ* sive *καλὴ νίκη* sic esset victoria ipsis non inhonesta, civibus autem utilis. De victoriæ corona, sc. præstantia in universum, opibus nempe et felicitate, interpretatur Minckwitz. Sed cf. v. 762.—*ἐπίσκοπον* hic ut

καὶ ταῦτα γῆθεν, ἔκ τε ποντίας δρόσου,
ἐξ οὐρανοῦ τε· κἀνέμων ἀήματα
εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα·
καρπόν τε γαίας καὶ †βοτῶν ἐπίρρυτον
ἀστοῖσιν εὐθενοῦντα μὴ κάμνειν χρόνῳ,
καὶ τῶν βροτείων σπερμάτων σωτηρίαν.
τῶν δυσσεβούντων δ' ἐκφορωτέρα πέλοις.
στέργω γάρ, ἀνδρὸς φιτυποίμενος δίκην,
τὸ τῶν δικαίων τῶνδ' ἀπένθητον γένος.

Cho. 119. Ajac. 976. *ἄτης ἐπίσκοπον μέλος*. Hesych. *ἐπίσκοπα· τυγχάνοντα τοῦ σκοποῦ*. Vide Baehr. ad Herod. iii. 35. Hom. Od. viii. 163. *ἐπίσκοπος ὁδαίων*.

864. *καὶ ταῦτα*. Tria elementa, terram, mare, aera commendat Pallas, ut pariter fausta reddantur per Eumenidum benevolentiam. *καὶ ταῦτα* ad præcedentia pertinere videtur, *ὁποῖα* etc. Hortatur enim dea ne ob iram mala sc. sterilitatem immittant (vide ad v. 769), sed ut tempestatum clementiam et annonam faciant uberrimam, quanquam victæ et adhuc vindictam spirantes. Mutato scilicet animo jam novum in posterum nomen accepturæ sunt, et quæ olim Ἐρινῦς et Ἀραὶ nunc Εὐμενίδες et Σεμναὶ vocantur.

866. *εὐηλίως πνέοντ'*. "*Venti* dicuntur *claro sole spirantes*, ut australium terrarum naturæ atque cœlo accommodatissimum est. Ibi enim, quum permultum anni tempus sol ardeat, auris terra recreatur. Sol ut luceat, optat poeta, sed ne æstu premantur homines ac segetes, ventorum flatum precatur saluberrimum. *πνέοντ' ἐπιστείχειν* idem fere est quod *ἐπιπνέειν*, nisi quod verbo *ἐπιστείχειν* indicatur lenis cursus venti et innoxius." *Minckwitz.*

867. *βοτῶν* Stanleius pro *βροτῶν*. Quod etiam in Suppl. 836. restituendum perspexit Conington; ubi hodie legitur *ζώφυτον αἷμα βροτοῖσι θάλλει*. De solemni voto vide ad Suppl. 670. Nam semper fere arborum, pecudum, hominum fetus una nominantur. *μὴ κάμνειν εὐθενοῦντα*, *ne cessent florere*, jungenda esse non perspexit Minckwitz. Ceterum ex hoc loco sumptos esse versus ap. Cic. Tusc. D. 1. 28. servatos probabiliter putat Hermannus, qui ideo Ennio tribuit.

869. "Accusativus *σωτηρίαν* refertur, ut omnia in his versibus, ad id quod v. 889 (862) chorus dixerat." *Herm.*

870. *ἐκφορωτέρα*. Ad funerum elationes (*ἐκφορὰς*) hic respici putarunt Abreschius, vir non mediocriter doctus, et Müllerus, Dissert. p. 205. Alii intelligunt potius purgamenta hortorum quæ vehiculo eripiuntur, *ἐκφοροῦνται*, propter v. *φιτυποίμενος*. Disputatur tantummodo de metaphora. Sententia eodem redit.

870—5. Tu, inquit, de justitia, ego, utpote belli potens, de virtute militari solicita ero, et faciam ut in bellicis certaminibus victoria semper conspicui sint hi cives. *ἀρείφατοι ἀγῶνες* vix aliter quam de veris bellis intelligi possunt, quanquam modo dixerat *θυραῖος ἔστω πόλεμος*, nec satis est de exercitationibus sive ludis gymnasticis accipere, ad quos non pertinet victoria. Structuram esse *τιμᾶν ἀγώνων*, sc. *ἔντιμον ποιεῖσθαι*, monet Linwood. Vult potius, nisi fallor, *οὕτω τιμᾶν ὥστε εἶναι ἀστύνικον ἀγώνων*. Sic fere *δορὸς νικηφόρου* v. 747.

872. *τῶν δικαίων τῶνδε*. Athenienses dicit, cives suos, quorum e medio *οἱ δυσσεβοῦντες* (v. 870) tollendi sunt, tanquam noxiæ herbæ ex horto.—*ἀπένθητον*, sc. qui propter justitiam felices vivunt. Cf. v. 973.

τοιαῦτα σοὔστι. τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ
πρεπτῶν ἀγώνων οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ
τήνδ' ἀστύνικον ἐν βροτοῖς τιμᾶν πόλιν.
ΧΟ. δέξομαι Παλλάδος ξυνοικίαν, στρ. ά.
οὐδ' ἀτιμάσω πόλιν,
τὰν καὶ Ζεὺς ὁ παγκρατὴς
Ἄρης τε φρούριον θεῶν νέμει,
ῥυσίβωμον Ἑλλάνων ἄγαλμα δαιμόνων·
ᾇτ' ἐγὼ κατεύχομαι,
θεσπίσασα πρευμενῶς,
ἐπισσύτους βίου τύχας ὀνησίμους
γαίας †ἐξαμβράσαι
φαιδρὸν ἁλίου σέλας.

ΑΘ. τάδ' ἐγὼ προφρόνως τοῖσδε πολίταις σύστ. ά.
πράσσω, μεγάλας καὶ δυσαρέστους
δαίμονας αὐτοῦ κατανασσαμένη.
πάντα γὰρ αὗται τὰ κατ' ἀνθρώπους
ἔλαχον διέπειν· ὁ δὲ μὴ κύρσας

878. *τὰν καὶ Ζεύς*, *quippe quam Zeus*, etc. Vide sup. ad v. 75. Theb. 576. *καὶ—τε* pro *τε—καὶ* utroque loco positum credit Linwood. Sed ubicunque hæ particulæ sic concurrunt, *καὶ* facillime et aptissime reddi potest *etiam*.—*φρούριον θεῶν* acropolin dicit, ubi quasi ex munito loco templa deorum civibus tutela sunt et præsidium. Martem idcirco commemorare videtur, quia v. 873. mentio modo facta est *ἀρειφάτων ἀγώνων*. An de Areopago et de religionis tutela loquitur? Cf. 909.

885. Libri *ἐξαμβρόσαι* (*ἐξαμῦρόσαι* Ven. Flor. Farn. quod eodem redit). *ἐξαμρῦσαι* Herm. Franz. ex Pauwii conject. *ἐξαμβρόξαι* dedit Dind. Equidem probo Scholefieldii emendationem *ἐξαμβράσαι*. Laudat ille Hesych. *ἐκβρασθείη· ἐκβληθείη*. Herod. vii. 188. *αἱ δὲ (νῆες) περὶ αὐτὴν τὴν Σηπιάδα περιέπιπτον, αἱ δὲ ἐς Μελίβοιαν πόλιν, αἱ δὲ ἐς Κασθαναίην ἐξεβράσσοντο*. Ibid. 190. *πολλὰ μὲν χρύσεα ποτήρια ὑστέρῳ χρόνῳ ἐκβρασσόμενα ἀνείλετο*. Adde Pausan. iii. 24. 3. *καὶ ὑφ' ἡμῶν τὰ ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ἀπωθούμενα ἐς τὴν γῆν ἐκβεβράσθαι καλοῦσιν οἱ πολλοί*. Proprie igitur de mari dicitur, ex quo res in litus ejiciuntur. Sed de terra usurpatur a Gregorio Nyssen. Orat. 2. *οὐχ ἡ γῆ αὐτομάτως, ὥσπερ τοὺς τέττιγας, ἐξέβρασε*, quem locum aptissime laudavit Scholefieldius. Aoristum *ἔβρυσα* (a *βρύω*) neque exstat, neque unquam exstitisse probabile videtur. Hermannum secuti sunt Minckwitz. et Donaldson.

889. *κατανασσαμένη*. Vide Elmsl. ad Med. 163. Vesp. 662. *ἐξ χιλιάσιν, κοὔπω πλείους ἐν τῇ χώρᾳ κατένασθεν*. Formatur a *ναίω*, *habitare facio*, unde *νάσσαι* Hom. Od. iv. 174. Pind. Pyth. v. 94. Cf. *δάσσασθαι* a *δαίω*.

891. Vulgatum *ὁ δὲ μὴ κύρσας* servarunt Herm. Dind. *ὁ δὲ δὴ* dedit Franz. *ὅ γε μὴν* Linwood. Hermannus, qui multa mirabilia de his versibus prolata esse dicit, ipse *τέκτων* pro *τούτων* emendavit, et *ὁ*

βαρέων τούτων οὐκ οἶδεν ὅθεν
πληγαὶ βιότου †προσέπαισαν.†
τὰ γὰρ ἐκ προτέρων ἀπλακήματά νιν
πρὸς τάσδ' ἀπάγει, σιγῶν ὄλεθρος,
καὶ μέγα φωνοῦντ'
ἐχθραῖς ὀργαῖς ἀμαθύνει.

ΧΟ. δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα, ἀντ. α'.
τὰν ἐμὰν χάριν λέγω,
φλογμός τ' ὀμματοστερὴς
φυτῶν τὸ μὴ περᾶν ὅρον τόπων·
μηδ' ἄκαρπος αἰανὴς ἐφερπέτω νόσος·
μῆλά τ' εὐθενοῦντα †γᾶ
ξὺν διπλοῖσιν ἐμβρύοις
τρέφοι χρόνῳ τεταγμένῳ· γόνος †δ' ἀεὶ†

μὴ κύρσας τέκτων βαρέων interpretatur *si quis non commisit delictum.* Quod ego quidem concoquere nequeo. βαρεῶν (h. e. βαρειῶν) Donaldson. τούτων ad τὰ κατ' ἀνθρώπους, i. e. *sortem*, pertinet (cf. v. 914.), et sententia est: qui per vitam non expertus est adversam fortunam, intelligere nequit quanam ex causa subita mala sibi inciderint, cum revera priorum peccata, etiamsi nihil ipse commiserit, in Furiarum potestatem eum tradant, et gloriantem opprimant. De iis loquitur poeta, qui majorum delicta luunt, cum nimis superbiant et securitati suæ confidant. De κύρω cum genitivo vide sup. ad v. 373.

893. προσέπαισαν ex conjectura supplevit Herm. qui hæc in συστήματα et ἀντισυστήματα distribuit. προσέκυρσαν veri similius putat Minckwitz. oblitus fortasse modo præcessisse κύρσας.

895. σιγῶν δ' ὄλεθρος Hermannus probabiliter. "Nam quod sequitur καὶ non est *et*, sed *etiam*, omninoque qui poeticæ dictionis naturam et vim norit, non dubitabit quin δὲ addi post σιγῶν debeat." Mihi tamen videtur loci sententia non tam *etiam gloriantem* postulare, quam *quia* vel dum *gloriatur.* Nam ea ipsa jactantia Furiarum iram meruit. Cf. v. 531.

899. τὰν ἐμὰν χάριν, sc. quæ meæ benevolentiæ debentur, non autem Palladi, quæ sua etiam beneficia modo recensuit.

900. φλογμὸς ὀμματοστερὴς, *uredo oculos* sc. *germina perdens, quo prohibeantur ne latius increscant.* φλογμοῖς Minckwitz. et Donaldson. ex priore Hermanni conjectura. In eo quidem plerique interpretum falsi esse videntur, quod φλογμὸς de *solis ardore* accipiunt. Ingeniosa est Johannis Conington conjectura, ex hoc loco corrigendum esse Suppl. 979, κάωρα κωλύουσιν ὡς μένειν ὅρῳ, *ita ut eodem statu maneant.* Ceterum de vitibus et oleis loquitur, quæ sæpe morbo afficiuntur.

902. ἐφερπέτω. De imperativo optativum excipiente vide Suppl. 27. de triplice voto ibid. 670. et supra v. 867.

904. Libri εὐθενοῦντ' ἄγαν. Correxit Dobræus. Alii πρέποι pro τρέφοι scribendum putant.—χρόνῳ τεταγμένῳ, h. e. stato sive justo pariendi tempore.

906. δ' ἀεὶ in fine versus supplevit Musgravius. Per γόνον πλουτόχθονα intelligit Hermannus metalla æris et argenti,

πλουτόχθων ἑρμαίαν
δαιμόνων δόσιν τίοι.

ΑΘ. ἦ τάδ' ἀκούετε, πόλεως φρούριον, σύστ. β'.
οἷ' ἐπικραίνει; μέγα γὰρ δύναται
πότνι' Ἐρινὺς παρά τ' ἀθανάτοις
τοῖς θ' ὑπὸ γαῖαν, περί τ' ἀνθρώπων
φανερῶς τελέως διαπράσσουσιν,
τοῖς μὲν ἀοιδάς, τοῖς δ' αὖ δακρύων
βίον ἀμβλωπὸν παρέχουσαι.

ΧΟ. ἀνδροκμῆτας δ' ἀώρους ἀπεννέπω τύχας, στρ. β'.
νεανίδων τ' ἐπηράτων
ἀνδροτυχεῖς βιότους δότε, κύρι' ἔχοντες,
θεαί †τ' ὦ Μοῖραι ματροκασιγνῆται,
δαίμονες ὀρθονόμοι,
παντὶ δόμῳ μετάκοινοι,
παντὶ χρόνῳ δ' ἐπιβριθεῖς
ἐνδίκοις ὁμιλίαις,
παντᾶ τιμιώταται θεῶν.

ΑΘ. τάδε τοι χώρᾳ τῇ 'μῇ προφρόνως μεσῳδός.

quorum mentio fit etiam Pers. 236. *τίοι* sic dicitur de decima parte quæ diis pendebatur: *ἑρμαῖος* autem præcipue de invento thesauro usurpari solet. Ceterum media syllaba hic corripi videtur, ut in *ἱκταίου* Suppl. 379, et ut nonnunquam fit in *δείλαιος*, *γεραιὸς* etc. si recte se habet versus strophicus 885. Vide Monk. ad Hipp. 170.

909. *πόλεως φρούριον.* Vide ad v. 747.

916. Deprecor vero detestorque immaturas mortes et acerba funera: vos autem qui jus et potestatem habetis, (*Ζεὺς τέλειος*, *Ἥρα* cet.) date ut omnes justo matrimonio jungantur virgines. In sequentibus vulgo legebatur *θεαὶ τῶν Μοῖραι*. *θεαί τ' ὦ* Herm. et sic Linwood. Franz. Dind. alii. Erant enim Parcæ Noctis filiæ, atque ideo Furiarum sorores. Omittitur articulus ante *ἔχοντες*, ut Od. xx. 79. *ὥς ἐμ' ἀϊστώσειαν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες*. Fuerunt, qui *κύρι' ἔχοντες θεαὶ* pro *ἔχουσαι* dictum ferendum putarent. Vide ad Ag. 545.

921. Inter *ὀρθονόμοι* (*νέμω*), *justa distribuentes*, et *ὀρθόνομοι* *justis legibus utentes* recte distinguit Hermannus. Utramque scripturam exhibent libri; priorem boni omnes.

923. *ἐπιβριθεῖς*, *ingruentes*, i. e. præsentes.—*πάντᾳ* Herm. pro vulgato *πάντα*. *παντᾶ* Linwood. Dind. Franz. ex Dorum usu.

ἐπικραινομένων γάνυμαι· στέργω δ'
ὄμματα Πειθοῦς, ὅτι μοι γλῶσσαν
καὶ στόμ' ἐπωπᾷ πρὸς τάσδ' ἀγρίως
ἀπανηναμένας·
ἀλλ' ἐκράτησε Ζεὺς ἀγοραῖος·
νικᾷ δ' ἀγαθῶν
ἔρις ἡμετέρα διὰ παντός.

ΧΟ. τὰν δ' ἄπληστον κακῶν μήποτ' ἐν πόλει στάσιν ἀντ. β'.
τᾷδ' ἐπεύχομαι βρέμειν·
μηδὲ πιοῦσα κόνις μέλαν αἷμα πολιτᾶν
δι' ὀργὰν ποινᾶς ἀντιφόνους ἄτας
ἁρπαλίσαι πόλεως.
χάρματα δ' ἀντιδιδοῖεν
†κοινοφιλεῖ διανοίᾳ,
καὶ στυγεῖν μιᾷ φρενί·
πολλῶν γὰρ τόδ' ἐν βροτοῖς ἄκος.

927. ἐπικραίνεσθαι media significatione legitur Suppl. 45. αὐδᾶσθαι et σπεύδεσθαι similiter ab Æschylo usurpari vidimus vv. 357. 339.

931. Ζεὺς ἀγοραῖος. Fori sc. et facundiæ patronus. Cf. Suppl. 618. et vide Elmsl. ad Heracl. 70.—ἔρις ἀγαθῶν etc. est *certamen inter nos utra populo plus benefaciat.* Proprie quidem νικᾶν de altero tantum dicitur, cum duo litigant; sed de diversis causis non minus recte hic intelligitur, una sc. ut mala omnia terræ inciderent, quæ Furiarum erat; altera, ut non nisi bona evenirent. Eam, quæ proprie Palladis fuit, nunc ἡμετέραν dicit quia in partes ejus transierunt Furiæ. Et sic demum factum est, ut lis ista non jam inter κακὰ et ἀγαθὰ, sed inter consentientes benefactores versetur; sc. non est lis, sed æmulatio. Idem quod ἔρις ἡμῶν ἀγαθῶν putat Donaldson. (*Varronian.* p. 309.) Mihi sententia ea potius videtur quæ Herod. viii. 79. de Aristide et Themistocle narratur; ἡμέας στασιάζειν χρεών ἐστι ἔν τε τῷ ἄλλῳ καιρῷ καὶ δὴ καὶ ἐν τῷδε περὶ τοῦ ὁκότερος ἡμέων πλέω ἀγαθὰ τὴν πατρίδα ἐργάσεται.

936. ποινὰς Med. ποινᾶς Ven. Flor. et sic Herm. Dind. Franz. Linw. etc. "Intellige δι' ὀργὴν τῆς ποινῆς ἁρπαλίσαι ἀντιφόνους ἄτας πόλεως." *Herm.* Verte, *præ desiderio pœnæ insanam retributionem exigat.* Cf. Ag. 210.

940. Libri vel κοινωφελεῖ contra metrum vel κοινοφελεῖ contra analogiam. Quare Hermanni emendatio, jam ab omnibus recepta, fere necessaria est, nisi forte quod dedit Wieseler. κοινοθελεῖ, præferendum putes. De voce χάρματα, quæ hic valet χάριν vel χάριτας, *mutua beneficia,* vide *New Cratylus,* p. 372. Quod proxime additur στυγεῖν, id nihil aliud vult quam notionem ὁμονοίας exprimere, sc. τοὺς αὐτοὺς ἔχειν φίλους καὶ ἐχθρούς. Pendet infinitivus ab ἀντιδιδοῖεν, quasi esset καὶ ἐν νῷ ἔχοιεν στυγεῖν etc.

942. τόδε, sc. τὸ ὁμόφρονας εἶναι.

ΑΘ. ἆρα †φρονοῦσαι γλώσσης ἀγαθῆς ἀντισύστ. β΄.
ὁδὸν †εὑρίσκουσ'; ἐκ τῶν φοβερῶν
τῶνδε προσώπων μέγα κέρδος ὁρῶ
τοῖσδε πολίταις· τάσδε γὰρ εὔφρονας
εὔφρονες ἀεὶ μέγα τιμῶντες,
καὶ γῆν καὶ πόλιν ὀρθοδίκαιοι
πρέψετε πάντες διάγοντες.

ΧΟ. χαίρετε χαίρετ' ἐν αἰσιμίαισι πλούτου· στρ. γ΄.
χαίρετ' ἀστικὸς λεώς, ἴκταρ ἥμενοι Διός,
παρθένου φίλας φίλοι σωφρονοῦντες ἐν χρόνῳ.

943. Verum non est, quod tradit Linwoodius, in Med. esse φρονοῦσα et εὑρίσκεις, siquidem φρονοῦσιν et εὑρίσκει enotarunt Herm. Franz., et sic in omnibus legitur, nisi quod φρονούσης Ven. φρονοῦσι Flor. Vulgatum servavit Franz. Sed displicet hiatus, etsi hic quidem exemplis defendi possit: vide ad v. 304. Hermannus: "Servandum potius est φρονοῦσιν et adscito εὑρίσκειν [ex Pauwii sc. conjectura] continuanda oratio ita ut post πολίταις signum interrogationis ponatur. *Num, si sapiunt, his civibus magnum ab his horribilibus vultibus lucrum video bonæ linguæ viam invenire?* h. e. nonne utile erit bene his Furiis dicere?" Non placet. Vix dubito quin φρονοῦσαι et εὑρίσκουσ' recte scripserit Musgravius, quo plana fiunt omnia: *Nonne nunc demum sapiunt, et rectam dicendi viam invenerunt?* Alloquitur cives, ut ex sequentibus manifestum est. Id vero satis durum fuisset, si modo ad chorum conversa ἆρα εὑρίσκεις; dixisset. Cogitabam etiam de inserendo τε post γλώσσης, ut sit: ἆρα φρονοῦσιν, γλώσσης τ' ἀγαθῆς ὁδὸν εὑρίσκουσ';

947. ὀρθοδίκαιοι ex uno libro (Augustano, sæc. xvi. sed bono,) eruit Hermannus. Ceteri ὀρθοδίκαιον. Accusativi γῆν καὶ πόλιν ab isto adjectivo pendere videntur, *justi quod ad urbem* etc. nec video necessitatem corrigendi cum Herm. γῆ καὶ πόλις, quanquam id probarunt edd. recentiores, excepto Donaldson. quem sequor.

948. πρέψετε διάγοντες, *conspicui inter gentes agetis.* Nescio tamen an potius vertendum sit *conspicuam facietis.* Sic διαπρέπειν transitive legitur Plat. Gorg. p. 485. fin. Vide ad Ag. 1300. inf. 985. πάντως Herm. Franz. alii cum Ven. probabiliter.

950. ἴκταρ. Cf. Ag. 115. Ex Erotiano p. 190 hunc locum laudavit Herm. ubi Ἀττικὸς legitur. Idem de loci sententia optime adnotavit: "Intelligenda sunt hæc verba de præstantia et virtute. Plato in Philebo p. 16. C. οἱ παλαιοὶ, κρείττονες ἡμῶν καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες, et de Rep. iii. p. 388. B. Πρίαμον ἐγγὺς θεῶν γεγονότα. Ipse Æschylus in Nioba (fr. 169.)

οἱ θεῶν ἀγχίσποροι,
οἱ Ζηνὸς ἐγγὺς, ὧν κατ' Ἰδαῖον πάγον
Διὸς πατρῴου βωμός ἐστ' ἐν αἰθέρι,
κοὔπω σφιν ἐξίτηλον αἷμα δαιμόνων."

951. σωφρονοῦντες ἐν χρόνῳ. Vide Præfationem. Hoc "admodum ineptum" cum visum esset Hermanno, φίλοις et εὐφρονοῦντες scripsit, *Nobis Minervæ amicis benevolentes deinceps.* Quod ut non absurde excogitatum sit, tamen quæ sequuntur satis indicant φίλοι non de Furiis sed de civibus dici, quibus etiam rectius convenit masculinum genus.

Παλλάδος δ' ὑπὸ πτεροῖς ὄντας ἅζεται πατήρ.

ΑΘ. χαίρετε χὑμεῖς· προτέραν δ' ἐμὲ χρὴ — ἀντισύστ. α΄.
στείχειν θαλάμους ἀποδείξουσαν
πρὸς φῶς ἱερὸν τῶνδε προπομπῶν.
ἴτε, καὶ σφαγίων τῶνδ' ὑπὸ σεμνῶν
κατὰ γῆς σύμεναι, τὸ μὲν †ἀτηρὸν
χώρας κατέχειν, τὸ δὲ κερδαλέον
πέμπειν πόλεως ἐπὶ νίκῃ.
ὑμεῖς δ' ἡγεῖσθε, πολισσοῦχοι
παῖδες Κραναοῦ, ταῖσδε μετοίκοις·
εἴη δ' ἀγαθῶν
ἀγαθὴ διάνοια πολίταις.

ΧΟ. χαίρετε, χαίρετε δ' αὖθις, †ἐπανδιπλοίζω, — ἀντ. γ΄.
πάντες οἱ κατὰ πτόλιν, δαίμονές τε καὶ βροτοί,
Παλλάδος πόλιν νέμοντες· μετοικίαν δ' ἐμὴν
εὖ σέβοντες οὔτι μέμψεσθε συμφορὰς βίου.

ΑΘ. αἰνῶ τε μύθους τῶνδε τῶν κατευγμάτων,

952. ὑπὸ πτεροῖς. De hoc loco videndus omnino Wordsworthius, *Athens and Attica*, p. 97, qui monet theatrum Atheniense sub ipsa fere Palladis Προμάχου statua et quasi sub alis ejus positum esse. Confer Theb. 204. Arist. Av. 574. αὐτίκα Νίκη πέτεται πτερυγοῖν χρυσαῖν. Inauratis alis conspicuam fuisse æneam effigiem ex eo loco manifestum est. An eadem Æschyli ætate quæ postea Aristophanis temporibus posita sit, nescire me fateor. Plerique πτερὰ hic non de veris alis sed metaphorice de tutela deæ accipiunt.

959. Libri πρόπομπον. Correxit Bentleius. "Non præit in pompa Minerva, ut Müllero visum est, sed προτέρα στείχει, i. e. abit de scena ante pompam. Ideo χαίρετε dicit." *Herm.*

960. ὑπό. De hoc usu vide Monk. ad Hippol. 1294.

961. Libri ἀτήριον, quod item emendavit Bentleius.—χώρας κατέχειν, *arcere a terra*, omnino ut dicitur ἐπισχεῖν τινός, εἴργειν πόλεως, et similia. Causa certe non erat cur obelum appingeret Linwood. Sic plane πολέμου ἔσχον, *abstinuerunt*, Thuc. i. 112.

963. ἐπὶ νίκῃ. Cf. Cho. 853. εἴη δ' ἐπὶ νίκῃ. Finem et consilium exprimit, quo quid fiat.

968. Libri ἐπιδιπλοίζω. ἐπανδιπλοίζω Hermannus. Confer ἀνδαίοντες Ag. 296, et vide an legendum sit ἐπανδίπλοιζε pro ἐπαναδίπλαζε Prom. 836. διπλοίζει Ag. 808.—ἔπος διπλοίζω dedit Franz. et sic Donaldson.

973. Libri præter Turn. εὐσεβοῦντες. Vide ad Ag. 329. De veritate correctionis equidem nondum confido.

975. αἰνῶ τε Herm. pro vulg. δέ.—φέγ-

πέμψω τε φέγγει λαμπάδων σελασφόρων
εἰς τοὺς ἔνερθε καὶ κάτω χθονὸς τόπους,
ξὺν προσπόλοισιν αἵτε φρουροῦσιν βρέτας
τοὐμὸν δικαίως. ὄμμα γὰρ πάσης χθονὸς
Θησῇδος ἐξίκοιτ' ἄν, εὐκλεὴς λόχος
παίδων, γυναικῶν, καὶ στόλος πρεσβυτίδων
φοινικοβάπτοις ἐνδυτοῖς ἐσθήμασι.
τιμᾶτε, καὶ τὸ φέγγος ὁρμάσθω πυρός,
ὅπως ἂν εὔφρων ἥδ' ὁμιλία χθονὸς
τὸ λοιπὸν εὐάνδροισι συμφοραῖς πρέπῃ.

γει omnes libri, ut videtur, (nam de Flor. dubitatur.) *φέγγη* Herm. cum Turn. *φέγγει* Franz. Linw. Dind., ut sit *πέμψω αὐτάς*. Cf. Pers. ult. *πέμψω τοί σε δυσθρόοισιν γόοις.* Cum Hermanno facit Müllerus, qui (Dissert. p. 208.) ipsas faces post factam deductionem in cavernam ubi habitare putabantur Furiæ dejectas esse contendit. Vide *Athens and Attica*, p. 79. inf. v. 989. sup. 772. 961. Per hunc autem terræ hiatum quoniam ex inferis ascendisse deas vulgo hominum opinio ferebat, idcirco cella cum aris (*ἐσχαραῖς* v. 773.) ibi consecrata est, quo nocturnas libationes tulisse puta Clytæmnestram sup. v. 108. Erat autem Areopago proxima: cf. Eur. Electr. 1271.

982. Lysias contra Andoc. p. 107. 52. *ἐπὶ τούτοις ἱέρειαι καὶ ἱερεῖς στάντες κατηράσαντο πρὸς ἑσπέραν, καὶ φοινικίδας ἀνέσεισαν, κατὰ τὸ νόμιμον τὸ παλαιὸν καὶ ἀρχαῖον.* Unde colligi potest solemnem in sacris hujusmodi antiquitus fuisse puniceum colorem. Hermannus: "*Ἐνδυτὸς* non simpliciter quod induitur significat, sed quod ornatus causa. V. Eur. Iph. Aul. v. 1079. (1073.) Troad. 259. (257.) Apud eundem in Ione v. 231. (224.) *ἐνδυτὸς στέμμασι sertis ornatus* est. Sic *ἐνδυτῆρα πέπλον* Sophocles dixit Trach. v. 674." Scilicet *ἐνδυτὸς* in his valet id quod *ἐπενδύεται*, sive præter solitum *χιτῶνι* superinjicitur. Ceterum peracuta est Hermanni suspicio, plures ex hoc loco versus intercidisse. Id autem ex eo colligit, quod Harpocratio in v. *Εὐμενίδες*, et ipse auctor argumenti hujus fabulæ tradiderit, *ὡς ἡ Ἀθηνᾶ πραΰνασα τὰς Ἐρινύας, Εὐμενίδας ὠνόμασεν.* Quod vero addit, nullum nexum esse inter v. 981 et sequentes, et desiderari juvenum, virorum, senum commemorationem, propter v. 818, id quidem multo minus me movet. Sed obsecuti sunt Franz. Dind. Linwood. lacunam post 981 statuentes, et Minckwitz. qui sic ex ingenio supplevit: *ἀνδρῶν τε, ταύτας δ' Εὐμενίδας καλουμένας κ.τ.λ.* Mülleri autem opinio est, ipsas Furias puniceis vestibus ornatas esse (Diss. p. 203. not.) et sic fortasse reliqui editores. Ego vero intelligo *στόλος πρεσβυτίδων* (*σὺν* vel *ἐν*) *φ. ἐν. ἐσθ.* Jam quod ad ipsum nomen *Εὐμενίδας* attinet, Æschyleo metro non admodum accommodatum, fieri potest ut idem expresserit poeta in v. *εὔφρονας* (945.) et *εὔφρων* 984, cum plane synonyma sint *εὔφρων* et *εὐμενής*. Denique *τιμᾶτε*, quod plerique cum v. præcedente construunt, potuit etiam per se nude poni, sc. *τιμᾶτε αὐτάς*. Hoc autem ministris suis dicit, (*προσπόλοις*, v. 978.)

983. *ὁρμάσθω*, sc. protinus ducatur pompa. *τιμᾶτε* de cantilena *προπομπῶν* intellige quæ statim incipit. *πρέπῃ συμφοραῖς*, i. e. mittenda felicitate. Sed vide ad v. 949, nam *αὐτὴν* a *χθονὸς* suppleri possit.

ΠΡΟΠΟΜΠΟΙ.

βᾶτε δόμῳ, μεγάλαι φιλότιμοι στρ. α'.
Νυκτὸς παῖδες ἄπαιδες ὑπ' †εὔφρονι πομπᾷ,
(εὐφαμεῖτε δὲ, †χωρῖται,)
γᾶς ὑπὸ κεύθεσιν ὠγυγίοισιν, ἀντ. α'.
τιμαῖς καὶ θυσίαισιν †ὑπαὶ πυρισέπτοις,
(εὐφαμεῖτε δὲ πανδαμί,)
ἵλαοι δὲ καὶ εὐθύφρονες γᾷ στρ. β'.
δεῦρ' ἴτε, Σεμναὶ, †ξὺν† πυριδάπτῳ
λάμπᾳ τερπόμεναι καθ' ὁδόν·
ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.
σπονδαὶ δ' †εἰσόπιν ἐνδᾷδες ἴτων. ἀντ. β'.

986. Libri βᾶτ' ἐν δόμῳ. Vera videtur Wellaueri emendatio, quanquam infrequentior est structura Fieri tamen potest ut ἐν ex supra scripto ον (i. e. δόμον) huc irrepserit.

987. "Νυκτὸς παῖδες ἄπαιδες non dicuntur Furiæ quod prole careant, quæ Schützii et O. Mülleri opinio fuit, sed intelliguntur grandævæ. Ita v. 72. παλαιαὶ παῖδες." *Herm.* Idem recte indicaverat Linwood. ἄπαιδες omisit Donaldson. qui ξὺν τύχᾳ τε in fine versus addidit, et v. 990. τιμαῖς καὶ θυσίαις περισέπταις ἐντύχοιτε scripsit.

ibid. Libri εὐθύφρονι. Correxit L. Dindorfius. χωρῖται, sc. *incolæ regionis*, Hermannus pro χωρεῖτε. Cf. χωρίτης δράκων Frag. 121. Soph. Frag. 22. 219.

989. ὠγυγίοισι, *tenebricosis*, si recte hoc adjectivum explicat V. D. in Phil. Mus. Cant. ii. p. 350. Celtæ obscuram cavernam *ogof* vocabant. πόλιν ὠγυγίαν Theb. 310.

990. Admodum periculosa est hujus versus emendatio. Libri καὶ τιμαῖς καὶ θυσίαις περισέπται τύχαι τε (—α vel ᾳ alii). τιμαῖς καὶ θυσίαισι τύχαις τ' ἐρίσεπται Linwood. περίσεπτα τύχοιτε Franz. cum H. L. Ahrensio, in quam conjecturam incidit etiam Scholefieldius, qui sic vertit: *omnia consequamini ad justum cultum pertinentia.* περίσεπτα τυχοῦσαι Hermannus cum Musgravio. πυρίσεπτοι vel —σέπτοις idem conjecit. Possis fortasse θυσίαισιν ὑπαὶ πυρισέπτοις probabilius corrigere. Nam ὑπαὶ in τύχαι corrupto, primum τύχᾳ τε propter sententiam, mox ob metrum περίσεπτα τύχᾳ τε pro τύχᾳ τε περίσεπται scripturi erant librarii.

992. Ultimos hujus fabulæ versus recte constituere sane difficillimum est; nam metra in libris pessime turbantur. In stropham et antistropham quoquo modo redegerunt Hermannus, alii, sed vulgata satis violenter mutando. Libri εὐθύφρονες γᾶ. εὔφρονες ἀεὶ Linwood. τᾷδ' εὔφρονες γᾷ Herm. ἵλαοι primam et secundam producere videtur. Respicitur in his adjectivis nomen Εὐμενίδες. In proximo ξὺν (σὺν) recte, ut videtur, inseruit Herm.

994 Vulgo λαμπάδι. "In M. άδι in litura ab alia manu scriptum est. Scribendum erat λάμπᾳ." Herm. Idem δ' omisit, quod in libris post ὁδὸν legitur.

ibid. ἐπὶ μολπαῖς, *cum cantilenis*, usu satis noto. Sic Eur. Bacch. 151. ἐπ' εὐάσμασιν ἐπιβρέμει τοιάδ'.

996. Libri ἐς τὸ πᾶν ἔνδαιδες (vel ἔνδαδες) οἴκων, et sic Herm. Dind. ἔνδοθεν οἴκων Donaldson. ἐνδαίδες nescio an rectius quam ἐνδᾷδες scribatur, cum

Παλλάδος ἀστοῖς Ζεὺς †ὁ† πανόπτας
οὕτω Μοῖρά τε συγκατέβα.
ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.

brevis esse videatur *α* in *δαῖδες*, Hom. Od. xviii. 310. xix. 150. *ἐνδαΐδές τοι ἐν οἴκῳ* Franz. Magnopere arridet ingeniosa Linwoodii emendatio *εἰσόπιν ἐνδᾷδες ἴτων*, quanquam ne sic quidem metra ea qua debebant concinnitate congruunt. Neque enim satis habendum, utrumque versum anapæsticum esse, nisi singuli pedes etiam pares sint. Sed tamen quos quidam editores conficiunt versus, ii numeris omnino carere non inepte quis objiciat.

997. Libri *ἀστοῖσι Ζεὺς παντόπτας*. Correxit Herm. qui sic vertit, puncto post *ἀστοῖς* posito: "*Pax in omne tempus cum lumine tædarum in sedibus* (Furiarum) *Palladis civibus: Juppiter et Parca sic consenserunt.*" Immo: *pone sequantur libationes cum tædis: sic demum Zeus et Parca Palladis civibus favent.* *σπονδαὶ* in plurali legitur etiam Suppl. 959.

INDEX.

A.

B.

FINIS.

Excudebant Gilbert et Rivington, Londini, in vico dicto St. John's Square.

PUBLISHED BY JOHN DEIGHTON,

CAMBRIDGE.

I.

VARRONIANUS. A Critical and Historical Introduction to the Philological Study of the Latin Language. By the Rev. J. W. DONALDSON, D.D., Head-Master of Bury School, and formerly Fellow of Trinity College, Cambridge. *Second Edition, considerably enlarged.* 8vo. 14*s.*

II.

EURIPIDIS ALCESTIS. Ad fidem Manuscriptorum ac veterum editionum emendavit et Annotationibus instruxit J. H. MONK, S.T.P., Græcarum Literarum apud Cantabrigienses olim Professor Regius. *Editio Septima.* 8vo. 4*s.* 6*d.*

III.

EURIPIDIS HIPPOLYTUS CORONIFER. Ad fidem Manuscriptorum ac veterum editionum emendavit et Annotationibus instruxit J. H. MONK, S.T.P., Græcarum Literarum apud Cantabrigienses olim Professor Regius. *Editio Quinta, recensita et emendata.* 8vo. 5*s.*

IV.

FOLIORUM SILVULA: a Selection of Passages for Translation into Greek and Latin Verse, mainly from the University and College Examination Papers. Edited by H. A. HOLDEN, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. Post 8vo. 7*s.*

V.

By the same,

FOLIORUM CENTURIÆ. Selections for Translation into Latin and Greek Prose, chiefly from the University and College Examination Papers. Post 8vo. 7*s.*

"Both Tutors and Students have reason to be thankful to Mr. Holden for these valuable collections of Cambridge Classical Composition Papers, which supply a want often experienced. The pieces contained, having been chosen for translation by many different University and College Examiners, are as varied as can be desired; while their fitness for the purpose is amply guaranteed by the high authority with which they are stamped."—*Athenæum.*

VI.

The GREEK TESTAMENT: with a Critically Revised Text; a Digest of various Readings; Marginal References to Verbal and Idiomatic Usage; Prolegomena; and a Critical and Exegetical Commentary. For the use of Theological Students and Ministers. By H. ALFORD, M.A., Vicar of Wymeswold, Leicestershire, and late Fellow of Trinity College, Cambridge. In 3 vols.

VOL. I., containing the FOUR GOSPELS, 1*l.* 4*s.*

VOL. II., containing the ACTS of the APOSTLES the EPISTLES to the ROMANS and CORINTHIANS. 1*l.* 4*s.*

VOL. III. *in the Press.*

